224

D

33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

B 3ae mf

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

KW 224
D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

3e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ANDR. DOMINICI FLOCCI,
FLORENTINI,
De
POTESTATIBVS ROMANORVM
LIBRI DVO,
Falſo dudum L. FENESTELLAE *no-mine circumlati.*

* * *

RAPHAEL VOLATERRANVS
Commentar. Vrbanorum lib. XXI.

Emanuel Chryſoloras, præceptor Græcæ diſciplinæ, Byzantius genere, ſub Bonifacio IX *in Italiam venerat, primumque Venetiis deinde Florentiæ docuit: poſtremo n Concilium Conſtantienſe & ipſe profectus, in eodem loco extinctu ſt, ac à Poggio jus diſcipulo in f. ere laudatus.*

Ioannes Man ctus, & ANDREAS FIO-VS (*ſive* FLOCCVS) *ambo Florentini, inter llius temporis eloquentes, & ex eadem Chryſoloræ ſchola, commemorati.*

Ex ejus item ludo Leonardus Aretinus, &c. deceſſit Florentiæ ætatis anno LXXIV. *alutis* M CCCC XLIII.

IOANNES IACOBVS FRISIVS
a Bibliotheca Chronologica, ad annum Domini 1530. (imo potius 1430.)

DOMINICVS FLOCVS, *Florentinus, author ibelli* DE MAGISTRATIBVS SACERDO-TIISQVE ROMANORVM, L. FENESTEL-LAE *adſcripti.*

Ad
IACOBVM SCECKIVM, Philologum, IAC. SCHECKII Philoſophi nepotem.

Antiqitatum litteris operam dare,
Vt laude dignum eſt; ſic vituperio haud levi.
Iacobe, quippiam recens amplectier
Tamquam ve uſtum. Tully qua nomine
In publicam auram falſa Conſolatio
Exivit, atque in ipſa jam volumina
Irrepſit, agnoſcaſne Tull; ipſius?
Nequaquam, opinor; ſi ſa u. Quiſquis fuit
Qui ſcripſit, uxorem ille numquam habuit reor.
Sic & FENESTELLAE *imputata perperam.*
Quæ diligenter FLOCCVS *exaraverat*
DOMINICVS, *ac quidem hercle memoria patrum.*
Num cultor agri impune Conſtantinus eſt
Iam vindicatus? Hoc enus compluria
Temere oſcitanti obtruſa prave obambulant.
Habere delectum utile eſt. Faxis ſecus,
Compenſat impoſtura fraude gloriam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ANDR. DOMINICI FLOCCI, FLORENTINI,

De

POTESTATIBVS ROMANORVM

LIBER PRIMVS.

Ad Brandem Cardinalem Placentinum.

PRAEFATIO.

CVm per hos dies tantopere otio vacarem, ut quo illud ipſum negotio tererem, deliberationi locum darem: atq; inceſſiſſet longe antea cupido, quantumcunq; hiſtoriarum poſſem, ſi quid occaſionis exhiberetur lectitare: oblatam maturitatem nactus, diverſorum hiſtoriæ ſcriptorum codices curioſe perlegi. Non enim eſt obſcurum, quæ ex rerum geſtarum cognitione emolumenta, quæ commoditates comparentur. Eſt enim humanarum actionum magiſtra hiſtoria, qua una re minores, majores natu prudentia æquare, ac etiam excellere facile poſſunt. Sed de commoditate serioſæ hiſtoriæ, aliàs perſcripſimus. Igitur cum penes eos, quos vetuſtatis aſſertores legerem, Romanarum Poteſtatuum mentio ſuccurreret, pro cujuſque tamen propoſito ac intentione tam ſtri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Ad

IACOBVM SCECKIVM, Philologum, IAC. SCHECKII Philoſophi nepotem.

Antiqitatum litteris operam dare,
Vt laude dignum eſt; ſic vituperio haud levi.
Iacobe, quippiam recens amplectier
Tamquam ve uſtum. Tully quæ nominè
In publicam auram falſa Conſolatio
Exivit, atque in ipſa iam volumina
Irrepſit, agnoſcaſne Tull ipſius?
Nequaquam, opinor; ſi ſa u. Quiſquis fuit
Qui ſcripſit, uxorem ille numquam habuit reor.
Sic & FENESTELLAE *imputata perperam.*
Quæ diligenter FLOCCVS *exaraverat*
DOMINICVS, *ac quidem hercle memoria patrum.*
Num cultor agri impune Conſtantinus eſt
Iam vindicatus? Hoc enus compluria
Temere oſcitanti obtruſa prave obambulant.
Habere delectum utile eſt. Faxis ſecus,
Compenſat impoſtura fraude gloriam.

ANDR. DOMINICI FLOCCI, FLORENTINI, *De* POTESTATIBVS ROMANORVM

LIBER PRIMVS.

Ad Brandem Cardinalem Placentinum.

PRAEFATIO.

CVm per hos dies tantopere otio vacarem, ut quo illud ipſum negotio tererem, deliberationi locum darem: atq; inceſſiſſet longe antea cupido, quantumcunq; hiſtoriarum poſſem, ſi quid occaſionis exhiberetur lectitare: oblatam maturitatem nactus, diverſorum hiſtoriæ ſcriptorum codices curioſe perlegi. Non enim eſt obſcurum, quæ ex rerum geſtarum cognitione emolumenta, quæ commoditates comparentur. Eſt enim humanarum actionum magiſtra hiſtoria, qua una re minores, majores natu prudentia æquare, ac etiam excellere facile poſſunt. Sed de commoditate ſerioſæ hiſtoriæ, aliàs perſcripſimus. Igitur cum penes eos, quos vetuſtatis aſſertores legerem, Romanarum Poteſtatuum mentio ſuccurreret, pro cujuſque tamen propoſito ac intentione tam ſtri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ctim ac leviter, ut vices earum ac poteſtates prorſus diſiectas, non facile teneri poſſe, judicarem, ſi quæcunque occurriſſent, quæ ad rem pertinere viderentur, carptim legerem, ac ſub unius veluti corporis ſpeciem undique collecta ponerem: non me, hercle, rem inutilem facturum, mente agitavi: Fieri autem ſolet, ut novi, ac non ſemper, ut par eſt, curioſi veterum monumentorum inquiſitores, nudam quandam nullis ad rem intelligendam adjectis circumſtantiis, Dictatorum, ac Tribunorum, aut Ædilium, aut cujuſcunque Magiſtratus commemorationem incurrant, eoſque, veluti in ſalebra hærentes, affigi, rei quidem, aut novitate, aut non ſatis plena recordatione offenſos: quo in numero cum meipſum eſſe comperiſſem, mihi pariter, cæteriſque, hac haud multarum operarum ſuſceptione conſulere inſtitui. Feci ergo prout ingenioli mei tulit mediocritas, commentariorumque facultas obſecuta eſt, & ut quæque ad quamlibet Poteſtatem pertinere viſa ſunt, ita cuique adſcripſi, temporumque rationem, quoad conjectura licuit, priſca poſterioribus anteponens, obſervavi. Ad P. tuam ſcripta miſi, nemini me plura, aut potiora, debere ratus, quam ei qui ampliſſimi viri, cui me prorſus voveram, vicem atque exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

exemplar obtinere exiſtimatur. Nam ſi animorum conjunctio atque unitas id efficit, ut & abſentes adſint, & egentes abundent, &, ut ait Cicero, mortui vivant, nullum profecto omnium mortalium, ipſum præter te, ex hac vera ſingularique animorum unitate, contingere mihi potuiſſe arbitror. Neque hoc ipſum cuiquam difficile creditu fore videbitur, univerſis mortalibus ſummam tuam benevolentiam liquido perſpicientibus. Quis igitur jam admiretur, ſi meas omnes curas, ſtudia, cogitationeſque, in unam P. tuam contulerim, quæ potius tuo hæreditario jure, quam noſtra opera, aut liberalitate, tibi vendicare videaris. Ad Paternitatis vero tuæ cognitionem, horum nihil pertinere, nemo ambigit, quandoquidem tecum agitur, quem & ſtudiorum humanitatis, totiuſq; divini humanique juris peritiſſimum, ſciunt omnes, & hujus ætatis facile principem. Itaque tibi, ut iſta ipſe videres, probe omnia tenenti, nihil quicquam attinebat, me vero decebat, ut officio erga te meo ſatisfacerem. Vt enim plurimorum, etiam inopum, plerunque munuſcula, quorum minime omnes indigemus, libentiſſime accipimus, quod illorum quidem, minime vero noſtra, intereſſe arbitremur, quoque illorum humanitatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ac erga nos liberalitatem experiamur, neve inhumani agreſteſve eſſe videamur:Ita etſi hæc officiola noſtra parum, aut nihil emolumenti ad P. tuam afferant, magnopere tamen mea intereſſe cenſeo, in P.tuam aliquo pacto beneficum eſſe, atque liberalem. Ea tamen ratione potiſſimum noſtra hæc munuſcula quam minime Paternitati tuæ ingrata eſſe debent,quod à nobis ipſis, non vero à fortuna noſtra manare, perinde ut cætera videantur. Suſcipies ergo hæc, P. præſtantiſſime, ea ad te potiſſimum ratione collata, ut honoris ac reverentiæ in P.tuam noſtræ monumentum, non autem emolumentum allatura cenſeas. Rem ergo ipſam jamdudum conſiderans, natura ac ratione rerum introductum eſſe obſervavi, ut potioribus ſemper ea quæ ſunt humiliora, magiſque imbecilla, obſequantur, utpote exiſtimare videantur, ſalutem ſuam eorum in præſidio repoſitam eſſe, qui viribus, quique conſilio excellerent. Quamobrem eos ſemper tauros armenta ſequi cernimus, qui robore ac ferocia cæteris longe anteſtare videntur. Quod & in apibus quidem cernere perſpicuum: quæ & corporis animique viribus ampliorem, & ſquammis illuſtriorem conſpicatę,illi cedunt,illi obſequuntur,illum verentur, atque in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

omni quidem proſequuntur diſcrimine. Illo tandem incolumi, vires animique ad prælia infracti, eodem occiſo, paſſi, palanteſque effunduntur: quibus quis non veſtigia aliqua mentis, conſiliique ineſſe arbitretur? Cæterum cum ab initio humanum genus neque legibus, neque inſtitutis, neque ullius imperio regeretur, ſed paſſim per agros ritu pecudum vagaretur, humanæ gentes nactę pleroſque, ut fit, elegantioris ingenii, ac præſtantioris naturæ viros, quorum oratione prudentiaque allectæ, & delinitæ, è ſpecubus atque arborum libris, ad tecta tuguriaque molienda compulſæ, civileſque ſocietates ineundas, quibus humanæ conditioni bene conſuleretur, venerari illos, imperioque dignos judicare cœperunt: quod ſane plerique Poëtarum meminiſſe volentes, ſuavi mulcentis lyræ cantu, quoſdam, ut Amphiona, & Orpheum, ſylvas ſaxaque ſecum traxiſſe ſequacia, cecinerunt. Quocirca noſter Horatius:

Sylveſtres (inquit) *homines, ſacer, interpreſque deorum,*
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigreis, rapidoſque leones.

Felicia profecto ea ſecula appellarim, quibus (non dico res cum eſſent inter mortales univerſę communes) non potentio-

res, (cum nemini milites ac ſatellites eſſent) cæterum meliores eloquentioreſque duntaxat Poteſtate fungerentur: quorum ſola eminens virtus, & oratio præſtantior, quæ cæteris imperitarent, digna fore crederentur. Ex quo id eveniebat, ut eatenus duntaxat poſſe hi ſibi perſuaderent, quatenus decere ipſos per juſtitiam integritatemque animadverterent, neque ſuarum partium eſſe arbitrarentur, quod non & decori, & communi uſui conſonum ducerent. Quos ſane homines ea tempeſtate Poſidonius putabat fuiſſe ſapientes; ſequebantur enim naturam optimam vivendi ducem, cujus ope ſi quædam inſita innataque virtutum ſemina proſequeremur, ad beatam nos prope vitam ipſa perducerent. Eos tandem Magiſtratus jure gentium inſtitutos, jura moreſque civitatum excepère: ex quo factum, ut alii plurium, alii pauciorum, nonnulli unius arbitrio regantur. Hinc Lacedæmone Ephori, Romæ Conſules, alibi Priores Rempublicam gubernant, qui cum munera gerunt, ex privatis, publicę perſonæ nuncupantur. Romanis legibus cautum eſt: ut omnes Poteſtatem obtinentes, quo plus apud eos majeſtatis eſſet, ſacroſancti appellarétur: ut ſi quis quempiam in Magiſtratu violaſſet, religio judicaretur, quanquam mi-

nores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nores Magiſtratus,qui vocationem præhenſionemque non habent, ut Quæſtor, Ædilis, à privato in jus vocare ad Prætorem fas fuit. Quo jure M.Levinius Ædilis in jus ad Prætorem ductus eſt. Tantumque ei ordini tribui voluêre, ut naturali neceſſitudini publica Magiſtratuum jura longe præponerent. Q. Fabius Maximus ad Quintum filium conſulare imperium gerentem, legatus eſt miſſus, qui cum Conſuli filio in via occurriſſet, de equo non deſcendit: cum lictor reverentia motus, id patriæ auctoritati propriæque amplitudini dari impune crederet, filius lictorem vocavit, &,ut patrem de equo deſcendere juberet, imperavit: pater,collaudato filio, imperio paruit, neque,inquit, mi fili,hoc feci, quia, quod ſummo deberetur imperio, contemnerem,cæterum uti experirer,an ſcires Conſulem agere. Publicam ergo neceſſitudinem, privata potiorem eſſe, ſatis conſtat, etſi plerumque concedit naturali vinculo publica auctoritas. Ad Taurum philoſophum Athenis ob celebritatem nominis, Cretæ provinciæ Præſidem, ac cum eo patrem Præſidis viſum veniſſe dicuntur: Taurumq; in limine ædis ſedentem, cum pleriſque ſectatoribus ſuis, improviſum offendiſſe, philoſophum Præſidis patrem ad ſimul ſeden-

ſedendum invitaſſe, patrem vero Præſidis, quin illum potius, qui Magiſtratus populi Romani eſſet, ſedere juberet, reſpondiſſe: inſtitiſſe tamen Taurum, uti ſederet tantiſper pater Præſidis, dum allata fuiſſet altera ſella filio, diſceptaſſentq; cuinam decentius eo in officio eſſet concedendum, interea ea de re ſermonem habuiſſe: duo eſſe officiorum genera, unum quod publice, alterum quod privatim exhiberetur, collegiſſe: in his quæ publica eſſent, filium, dum in magiſtratu eſſet, ſine controverſia præferendum eſſe: in familiaribus autem conviviis, in funeribus liberorum, in ſponſalitiis eorundem, cæteriſque officiis id genus, publica quidem, naturalia inter jura, quieſcere. Adhibebit ergo Magiſtratum ſortitus omnem diligentiam, ut non modo injunctæ auctoritatis fines tueatur, ſed ut propria dignitate majeſtatem commiſſæ illi poteſtati accreſcat: neve adeo ſe in adeundo facilem præbeat, poteſtatique ſuæ ſubjectos adeo ſibi familiares faciat, ut Magiſtratus proinde contemptibilis exoriatur. Contra adeo faſtum & inſolentiam evitet, ne quem reum à peroratione propriæ cauſæ deterreat. In litibus vero excutiendis, caveat, ne vel iracundia adverſus reos incandeat, aut calamitoſorum precibus illachrimetur: id enim cum in-

conſtantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

conſtantis hominis eſt, tum magnopere animi ſui motum, quorſum evadat in medium ponentis: vultus enim habitudo, ac ſpecies, ipſum, ut dixi, animi motum & affectum manifeſte arguit. Proinde, juſtitiæ, qua nihil debet apud ipſum eſſe conſtantius, ſcrupulum quendam injicit. Majores Romanorum tantam in conſervanda imperii ſui majeſtate diligentiam adhibuerunt, ut ne Græcis quidem, aut Barbaris, niſi Latine reſponſa darent, quo Latinæ linguæ honos venerabilior apud omnes gentes diffunderetur. Quorſum hæc tandem? Quia eo maxime Magiſtratui parebimus, quo penes illum plus majeſtatis animadvertemus. Sunt enim aut viventium legum inſtar, aut earũ quę ſcriptę, aut non ſcriptæ ſunt, diligentes adminiſtratores. Sed quis profecto non omnibus debet legibus morem gerere? quippe quæ, niſi ſanctæ & honeſtæ ſint, non ſunt appellandæ leges. Inde vero plurimum uſui ſunt Magiſtratus, quod leges in civitate eſſe parum ſit, niſi ſint per quos earum diſpoſitiones, inſtitutaque ſerventur. Oportet ergo, qui Magiſtratus ſummos gerunt, quoniam ſunt interpretes ac conditores legum, ſapientes eſſe: totius enim divini, humanique juris adminiſtri ſunt, utiliumque, atque honeſtorum, à ſuis con-

trariis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

trariis diligentes excuſſores: Leges e-nim quæ de divinis humaniſque negotiis conſultant, à ſapientibus, ut Moſe, Solone, ac Lycurgo ortæ ſunt: neque equidem injuria, rite enim imperare alteri nemo poteſt, niſi imperare ſibi, cohibere iracundiam, refrenare libidinem, cupiditates omnes infringere, didicerit primum. Quam quidem mentem, ac conditionem ſoli ſapienti aſſignandam exiſtimo. Quod ſane animadvertens Ariſtoteles in iis libris quos Ethicorum inſcripſit, Magiſtratum virum oſtendere aſſerit, quaſi ſingulari quadam virtute atque integritate præditos exigat, quos cum dignitate & auctoritate aliquo in Magiſtratu verſari oportet. Hoc ſi ætati noſtræ concederetur, ut ſolis Poteſtatibus optimis viris uteremur, res hominum profecto ſeſe melius haberent, nec quotidie humana divinis ſimul confundi ac miſceri videremus. Primis illis, quibus hujuſcemodi prærogativam contigiſſe dixi, eo fortaſſe feliciores, quo exquiſitiora, atque eruditiora, quam illi, ſecula nacti fuiſſemus. Sed ne ſcrupuloſam, nimiſq; arduam rem requirere videar, ſi Poteſtatem obtinentes univerſos ſapientes exigam, quos fingi, quam reperiri, facilius ſit, ſatis ſuperque humanis rebus conſultum putem, ſi vel viris bonis cujuſmodi communis vita

utitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

utitur, ac ſæpe uſa eſt, pro Poteſtatibus uteremur. Id vero, quod dixi, haud facile ſapientes viros reperiri poſſe, qui Magiſtratus obirent, priſci latores legum mente agitantes, inſtituêre, ut quamlibet Poteſtatem inituri, rempublicam, quam in manibus haberent, ſalvam fore ſatiſdarent, ne minoris reſpublica momenti, quam pupillare patrimonium fore cenſeretur: Quod etiam hac ætate viventium moribus comprobari cernitur, ut à pleriſque fidejuſſores, à nonnullis jusjurandum, rempublicam ſalvam fore, exigantur. Si quid aut per dolum, aut alias ſordes, in Magiſtratu ipſi admiſerint, majores tandem Magiſtratus officio perfuncti, minores vero & in ipſa Poteſtate, apud Prætorem conveniuntur: quoque magis liceret reipublicæ bonis viris pro Magiſtratibus uti, lege Iulia de ambitu eos damnandos cenſuerunt, qui aut prece, aut pretio, aut qualibet humana gratia, ad Magiſtratus irrepſiſſent M. etiam Catonem Senatui perſuaſiſſe ferunt, uti omnes Conſules deſignati, judicii exactam excuſſionem, tametſi nemo accuſator comparuiſſet, ſubirent: quominus, nullo invento accuſatore, lex de ambitu circumveniretur. Neq; per errorem aut imprudentiam, in magiſtratu admiſſum, impune

impune eſſe voluerunt, ſed cauſæ, litiſve qua de agitur, æſtimatione plectendos eſſe cenſuerunt. Sed ubi de Poteſtatibus agere inſtitui, non eſt rei ipſius prætermittenda definitio. Eſt autem Poteſtas, facultas à populo, ſive à principe publice data, juris dicundi, & æquitatis ſtatuendæ, in eos qui cuique ditioni ſuppoſiti ſunt. Dictum vero Magiſtratum, Varro ait, à Magiſtro populi: is autem eſt Dictator: reliqui autem, quod minores quam hi Magiſtri, Magiſtratus: eadem figura, qua ab alba albatus; dicuntur. Poteſtatis vero nomen, quoniam à ſe eſt, latius, antiquiuſque eſt: &, ſi vera eſt Varronis denominatio, ante Magiſtrum populi, id eſt, Dictatorem non, Magiſtratus, ſed Poteſtates appellabantur: eam etiam ob rem Gracchanus quiſpiam, cujus præter nomen aliud non teneo, cum de Magiſtratibus ſcripſiſſet, librum ipſum De Poteſtatibus inſcripſit. Qua ſane ratione Commentariolos noſtros De Poteſtatibus inſcribi congruentius viſum eſt, quod ſub ea appellatione & Sacerdotia, & priores Dictatore Magiſtratus, facile contineantur. Sunt autem Poteſtatum Romanarum nonnullæ ſpecies, de quibus ſingulatim, à Sacerdotibus, utpote dignioribus, inſtituentes, videamus.

CAP. I.

De Lupercis, Sacerdotibus Fauni.

OMnium Deorum, quos vetus Romanorum ſuperſtitio excoluit, primum Pani Lycæo, ſeu Faunum illum, ſeu potius Sylvanum vocari placet, per Lupercos rem divinam Lupercaleſque ludos feciſſe, apud vetuſtatis aſſertores conſtat. Ea ſiquidem ſacrorum genera ab Evandro rege qui, ab Arcadia profugus, in eum locum venerat, quo tandem Romanæ prȩfuit arci, ad noſtros primum delata, ac celebrata fuiſſe feruntur. Hunc Pana nudos paſtores; quorum tunc præcipuum numen fuit, ac demum etiam Lupercos, ſummos viros venerari, mos fuit, loraque pro manibus ferre, quibus obvios quoſque cæderent, larviſque tectas facies portare. Cur autem nudi hunc deum colerent, pleraque è curriculo vetuſtatis ad nos uſque delapſa referuntur. Sive enim quod ipſi deo, qui nudus fingitur, ſuȩ celeritati eo pacto longe aptior, nudos etiam habere miniſtros placeat: ſive quod Arcades omnium populorum, qui Græciam coluerunt, longe vetuſtiſſimi, feris adhuc ſimilem vitam ſylvis ac montibus agentes, legis expertes, artiſq;, primo hunc deum venerati patrium cul-

tum avitoſque nudos habitus ſignantes referre voluerunt, haud ſatis conſtat. Nonnulli vero Omphalem uxorem Herculis ab hoc Fauno viſam, ac per ardorem libidinis concupitam, aſſerunt. Forte enim per ſylvas & amœna nemorum, æſtus levandi cauſa, una cum dilectiſſima conjuge Hercules vagabatur. Videt ergo elegantiſſimam forma mulierem ab altæ rupis ſpecula ſenex deus, ergo illorum veſtigia, eminus licet, obſervare inſtitit. Illi antrũ per ſylvas ducendæ nocti aptiſſimum petunt. Interea mulier, dum quieſcendi tempus advenit, pellem leonis, Herculis ritu, de more aptat humeris, clava etiam illius de manu aſſumpta. Tali habitu præditam ſomnus aggreditur, erant autem duo parati conjugibus lecti, eo quod poſtridie Libero patri rem divinam facturi erant, ſeorſum cubituris. Noctu ergo Sylvanus fallendi cuſtodis occaſionem nactus, clam thalamum ingreditur, primoq; congreſſũ fortunatus futurus, puellæ thorum tenet, manuque tentans, ut noctu fit, horridum leonis tegmen invenit. Ratus ergo cubare ibi Herculem, ad aliud cubile ire pergit, quod cum ſenſiſſet mollibus ſtratum puellaribuſque delitiis aptius, ſtragula veſte ſenſim amota, dum libidinea ardens manu palparet Herculem, vix dum hirti

corporis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

corporis horrorem hauſerat, experrectus Hercules, manu rejectũ; toto antro fuſum jaculat, quo pro ſtrepitu ſomno puellæ diſcuſſo, lumina accendit. Lumine ergo Sylvano prodito, nudos, ac ſemiruptos vix attollens humo humeros, in ſylvas detruſus eſt: ea ergo ratione perpetuo execratis veſtibus, quibus tam turpiter luſus eſſet, eaſdem ſuis à ſacris procul abfore, conſtituit. Plerique huiuſce rei cauſam aſſignant, quod, Romulo eadem ſacra celebrante, medioque Solis ardore corpus de more exercente, cum nunciatum fuiſſet, latrones prædas agere, ita ut erat, nudus accurrerit, comprehenſiſque prædatoribus, pecora abacta redemerit. Ejus facinoris, quod nudus geſſerat, perpetuum argumentum, corporum ea ſacra celebrantium, nuditatem eſſe placuit. Vtcunque ſe res habuerit, in tempora tamen uſque C. Iulii Cæſaris, hujuſcemodi obſervationem perveniſſe, conſtat. Ea enim ſacra, cum ſedens Cæſar dictator ſpectaret, atque inter eos, qui ſolemnia celebrabant, curreret M. Antonius, is qui poſtea triumvir fuit, ajunt, auream coronam, cui diadema annexum eſſet, capiti Cæſaris imponere, conatum fuiſſe, quod cum Cæſar moto capite rejeciſſet, ſtatuæ ipſius cunctis frementibus impoſuiſſe. De nomine vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Lupercalium non etiam ſatis conuenit. Pleriſque enim inditum hoc nomen, quod huius invocatione lupi à ſtabulis arcerentur, viſum eſt. Alii templum ipſum, in quo hic deus colitur, Lupercal vocant, quocirca noſter Virgilius: (*Æneid* 8.)

Et gelida (inquit) *monſtrat ſub rupe*
Lupercal.

Eique loco à lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Romulum & Remum parvulos educare, reperta ſit, factum nomen Lupercalis putant. Nec deſunt, qui à Lycæo Arcadiæ monte, ubi præcipue ea ſuperſtitio præviguit, (quando quod nos lupum, illi λύκον vocant) Lupercal ipſum cognominatum arbitrentur. Præcipuam vero huic deo dicatiſque ei ſacerdotibus venerationem, ea ex parte tributam ferunt, quod quæ mulieres ex ſuis viris vel concipere, vel conceptos fœtus edere nequirent, ad Lupercos confugiebant. Quæ ubi loris ex tergore hirci ſectis nudos humeros cæſæ fuiſſent, è veſtigio gravidæ, aut effœtæ, efficiebantur. Hæc ſolemnia quinto decimo die Cal. Februarias celebrari, ut Ovidius in Faſtorum Libris (*lib.* 2.) refert, moris fuit. De Lupercis hæc habui, quæ dicerem, de Potitiis & Pinariis videamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. II.

De Potitijs, & Pinarijs, Sacerdotibus Herculis.

EAdem tempeſtate, Evandro Palatinum tenente, Herculem, Geryone interempto, per eadem loca mira ſpecie boum armenta abegiſſe commemorant. Ac cum prope Tyberim fluvium, qua, præ ſe armentum agens, trajeciſſet, loco ut herbido reficeret boves, ipſeque itinere defeſſus procubuiſſet, & eundem vino ciboque gravatum ſopor oppreſſiſſet; Cacus paſtor, loci accola, viribus ferox, captus pulchritudine boum, prædam avertere inſtituit; ac, ne ſi eam prædam agendo in ſpeluncam compuliſſet, veſtigia ipſa eo quærentem dominum ducerent, averſus eximium quemque pulchritudine caudis in ſpeluncam traxit. At vero Hercules ad primam auroram ſomno excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis, partemque abeſſe numero ſenſiſſet, perrexit ad proximam ſpeluncam, ſi forte eo veſtigia ferrent, quę ubi omnia foras verſa videt, nec in partem aliam ferre, confuſus atque incertus animi, ex loco infeſto agere porro armentum occepit. Inde cum actæ boves quædam, ut fit, ad deſiderium relictarum mugiſſent, reddita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

incluſarum ex ſpelunca boum vox Herculem convertit. Quem cum vadentem ad ſpeluncam Cacus vi prohibere conatus eſſet, ictus clava, fidem paſtorum nequicquam invocans, morte occubuit. Evander, qui tum temporis ea, ex Peloponneſo profugus, auctoritate magis quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines, venerabilior divinitate credita matris Carmentæ, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratę hæ gentes fuerant, cõcurſu paſtorum trepidantium, circa advenam manifeſtæ cædis reum excitus, poſtquam facinus, facinoriſque cauſam audivit, habitum formamque viri aliquanto ampliorem auguſtioremque humana intuens, rogitat qui vir eſſet. Vbi nomen, patremque, ac patriam audivit: Iove nate Hercules, ſalve, inquit; te mihi mater, veridica interpres deûm, auctum cæleſtium numerum cecinit, tibique aram hîc dicatum iri, quam opulentiſſima olim in terris gens Maximam vocet, tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data, accipere ſe omen, impleturumque fata, ara condita, ac dicata, ait. Ibi tum primum bove eximia capta de grege, ſacrum Potitiis, ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea tenebant loca, dedit. Ac tum forte

ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ita evenit, ut Potitii, ut ait Livius, (*Lib.*1.) ad tempus præſto eſſent, iique exta poti-rentur. Pinarii, extis adeſis, ad cæteram venirent dapem: Inde inſtitutum manſit, donec Pinarium genus fuit, ne extis ſolennibus veſcerentur. Potitii ab Evandro edocti, antiſtites per multas ætates his ſacris præfuerunt, donec tradito ſervis publicis ſolenni familiæ miniſterio, Potitiorum ac Pinariorum genus omne interiit. Id enim Appius Claudius cum eſſet cenſor, effecit hiſce familiis infenſus: ob idque ira deorum (ut creditur) luminibus orbatus eſt. Sed de his ſatis: jam de Sacerdotio Fratrum arvalium conſono etiam rationi temporum pauca videamus.

CAP. III.

De Fratribus Arvalibus Accæ Larentiæ.

FRatres arvales, ut fruges ferrent arva, veteres coluiſſe Romanos, memoriæ traditum eſt. Hujus vero religionis Romulum ipſum, parentem urbis, auctorem extitiſſe, reperio. Nam cum Acca Larentia, nutrix Romuli, corpore ſuo quæſtum in vulgus faceret, eoque pacto grandem pecuniam conſtipaſſet, ex duodecimque liberis quos ſuſceperat, unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

morte amiſiſſet, Romulum in demortui locum adoptionis jure ſuſcepit, & decedens tandem populum Romanum inſtituit hæredem. Cuius liberalitatis regiæque affinitatis memor populus Romanus mulieris nomen in faſtis retulit, liberos Fratres aruales à ferendo, & ab arvis appellavit. Ex quo tempore ſacerdotium manſit Fratrum arvalium, hique duodecim numero fuiſſe dicuntur, eique ſacerdotio inſigne tribuit albas inſulas, & ſpiceam coronam. His paucis de Fratrum arvalium ſacerdotio libatis, de Auguribus nonnihil inſpiciamus.

CAP. IV.

De Auguribus divinæ mentis internuncijs.

EOdem fere tempore & diſciplina & religio augurandi ex Ethruſcis, penes quos ea diſciplina præcipua ac longe peculiaris fuit, ad Romanos commigravit. Virum enim quempiam, cuius nomen vetuſtate obſolevisse Naſo poëta ait, (*Faſtor. 2.*) aſyli (ut reor) alliciente inductione, exulem ex Ethruria Romam veniſſe perhibent. Cujus opera Romulum, Remumque uſos, cum de imponendo urbi nomine, una contenderent opinione deducor, quanquam M. Cicero

in his

In his libris quos inſcripſit De Divinatione, (*lib.* 1.) etiam ipſum Romulum iſtam ipſam auguralem diſciplinam percalluiſſe aſſerit. A Numa vero, qui Romulo ſucceſſit, perpetuum ſacerdotii inſigne conſtitutum eſt. De ritu vero inaugurandi, ſi unum in caſum pleraque edixero, eadem ad omnes cæteros referri poterunt. Ea quidem, quantum ex veterum monumentis collegi, hujuſcemodi fuit obſervatio. Augur in arcem, ſive in editum quendam locum, inaugurandum ducebat, ſedere ſuper lapidem, meridiem verſus, jubebat, atque ad lævam ſedens, baculum in manu recurvum, quem lituum vocant, tenet: inde ubi, proſpectu in urbem agrumque capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occaſum determinat, dextras ad meridiem, lævas ad ſeptentrionem partes eſſe dicit. Signum, contra quod oculi conſpectum longiſſime ferunt, animo finit: tum lituo in lævam tranſlato, dextra in caput ejus, qui inauguratur poſita, ita precatur: *Iupiter pater, ſi fas eſt, hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, Regem Romæ eſſe, uti tua nobis ſigna certa ac clara ſint inter eos fines quos feci.* Tum peragit verbis auſpicia, quæ mitti vellet: quibus miſſis, Numa de templo (ita enim deſignatas lituo æthereas regiones vocant)

cant) declaratus Rex deſcendit. Quam quidem declarandi ſeu inaugurandi Regis formulam, ad cætera quæque, ut dixi, trahi facile licet. Huic diſciplinæ peritia Actii Navii auguris permultum fidei auctoritatiſque acceſſit. Nam cum Priſcus Tarquinius aliqua, præter majorum inſtituta, inaugurato mutare, pleraque etiam de novo condere pergeret, negare Actius Navius, inclytus ea tempeſtate augur, inauſpicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens artem (ut ferunt) agedum, inquit, divine tu, inaugura: fieri ne poſſit, quod ego nunc mente concipio. cum ille, in augurio rem expertus, fieri poſſe, dixiſſet: atqui hoc animo agitavi, inquit, te novacula cotem diſciſſurum. Cape ergo hoc & perage, quod aves tuæ fieri poſſe portendunt. Tum illum incunctanter diſcidiſſe cotem ferunt, ſtatuamque Actii Navii capite velato, quo in loco res acta eſt in comitio, in ipſis gradibus, ad lævam curiæ poſitam fuiſſe, cotemque eandem cum illa ipſa novacula in manibus, ut ejus rei etiam apud poſteros monumentum exiſteret. Auguriis ergo ſacerdotioque augurum, ut ait Livius (*lib.* 1.) itemque in libris de Divinatione Cicero, tantum auctoritatis venerationiſque acceſſit, ut nihil domi foriſque poſtea, niſi auſpicato, gereretur: & ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

c ad viros ſapientia, nobilitateque pri-
narios quoſque id ſacerdotium deferre-
ur. Et cum Tiberius Gracchus, pater Ti-
erii & Caii Gracchorum, comitia con-
ulαria habuiſſet, dicerentque Ethruſci
ugures, rem in augurio experti, vitio
Conſules creatos eſſe, Gracchuſque ut
neptos inſanoſque Ethruſcos inceſſeret,
biens in provinciam ſenatui reſcripſit:
eridicos, non autem inſanos Ethruſcos
ſſe, qui Conſules pręſentes vitio à ſe crea-
os dicerent. Nam cum ſe collegiſſet, me-
niniſſe ſe locũ tabernaculo extra pome-
ium præter majorũ conſuetudinem de-
egiſſe. Quamobrẽ abdicare ſe conſulatu
ompulſi ſunt. Vt autẽ veneratio huic or-
dini auctoritaſq;, ita & numerus ipſe adeo
crevit, ut collegium Augurum appellare-
tur. Nam cum ab initio tres tantũ creari
cœpiſſẽt, ex tribus ſcilicet tribubus, Ran-
nenſium, Tatienſium, & Lucerum, & ob-
tinuiſſet, cum mutaretur numerus, im-
pari tantum numero creari, utcunq; ta-
men id fieret, quatuor numero præter
majorum conſuetudinem creari cœpti
ſunt. Tandem cum plebs quorũlibet ho-
norum partem ſuam in ſenatu, & in foro
nacta eſſet, per Tribunos egit, ut ei ad Sa-
cerdotia quoque velut ad cætera, curſus
aperiretur. Idq; poſt multa certamina va-
riaſq; ſeditiones obtinuit, ut ad quatuor
ſcilicet

ſcilicet patritios, quinque ex plebe addi-
cerentur. Factumque hoc fuit M. Va-
lerio & Q. Apuleio conſulibus. Hi
de Auguribus dictis, de Flaminibus vi-
deamus.

CAP. V.

De Flaminibus, rei divinæ perpetuo addictis.

FLaminem Dialem primus Numa Pompilius Romæ Rex creavit, cum ante Reges, Pontificum Regumque munera promiſcue obirent, ut de Priamo & Sichar. apud Virgilium cernimus, *Rex* (etiam) *Avius* (ut idem Poëta ait *Æneid* 1. & 3.) *Rex idem hominum Phœbique ſacerdos* fuit. Idque etiam à minoribus tandem, ut à C. Cæſare, divo Augusto multiſque deinceps principibus, quos Pontificatus Maximi titulis inſignitos videmus, obſervatum eſt. Cæterum Numa plures in urbe, Romulo, quam ſibi ſimiles reges fore ratus, qui relicta religionis cura, bellorum potius negociis diſtinerentur, ſacerdotes quos appellavit Flamines, qui rei divinæ jugiter addicti eſſent, cultui Deorum alligavit. Flaminem unum Iovi, quem Dialem vocant, Marti unum, Quirino unum. Dictus autem Flamen Dialis eſt,

Varro ait, (*2. rerum divinar.*) quod in
tio capite velato erat, & caput filo la-
æ præcinctum habebat, à quo Flamen
uaſi filamen appellabatur. Dialis autem
Diove, quod eſt, juvans deus. Cæteri
lamines ejus, cui præſident numini, de-
orantur titulis. Numa Dialem præſer-
m, inſigni veſte, curulique ſella ador-
avit. Hic ſolus, ut Varro ait, (*apud Gell.*
b 10. cap. 15.) album habet galerum, vel
x eo quod maximus eſt, vel quod Iovi
mmolationem alba hoſtia fieri opor-
eat. Pleraque etiam huic pontificio jure
ributa eſſe Aulus Gellius (*d. cap. 15.*) in
ommentariis Noctium Atticarum ſcri-
tum reliquit. Equo enim vehi Flamines
ſt religio. Item jurare Dialem fas nun-
uam eſt. Ignem è Flaminia, niſi ubi ſa-
rum eſt, efferri jus non eſt. Vinctum, ſi
des ejus introierit, ſolvi neceſſarium eſt;
vincula per impluvium in tegulas ſub-
uci, atque inde foras demitti debent.
Nodum neque in apice, neque in cinctu,
eque in alia parte ullum habet. Si quis
d verberandum ducatur, ſi ad pedes ejus
upplex decubuerit, eo die verberari pia-
ulum eſt. Capillum Dialis, niſi qui liber
omo eſt, non detonſet. Capram & car-
em incoctam, & hederam, & fabam,
eque tangere Diali mos eſt, neque no-
minare. Propagines è vitibus altius præ-
tentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tentis non ſuccidet. Pedes lecti, in qu
cubat, luto tenui circumlitos eſſe opor
tet: & de eo lecto trinoctium non decu
bat: neque in eo lecto cubare aliquem fa
eſt. Vnguium Dialis & capillorum ſe
gmina ſubter arborem felicem terra o
periuntur: neque ad ejus lecti fulcrum
capſam eſſe cum ſtrue atque ferto fas eſt
Dialis quotidie feſtalis eſt: ſine apice ſub
dio eſſe licitum non eſt, ſub tecto utili
ter etiam & à Pontificibus conſtitutum.
Farinam fermento imbutam attingere
fas non eſt. Neque tunicam intimam, ni-
ſi in locis tectis exuiſſe, ſub cælo, tãquam,
ſub oculis Iovis, nudus ne ſit, ſpeculator
enim deſuper aſtat, qui nos diebus omni-
bus actuſque noſtros proſpicit, à luce pri-
ma in veſperam. In convivio ejus haud
quiſquam niſi Rex ſacrificulus, accumbit.
Matrimonium Flaminis, niſi morte diri-
mi, non eſt jus. Locum, ubi buſtum eſt,
nunquam ingreditur. Sunt etiam non-
nulla de jure Flaminicarum inſtituta, ut
ſcribit Aulus Gellius, (*d.cap.*15.) quæ, ne
ſim longior, omitto: etenim ea videri
apud illum facile poſſunt. Hos Flamines,
cum ab initio conſecrantur, captos duci
à patribus, velut ab hoſtibus, mos fuit.
Totidem vero Flaminibus, quot deos
colerent, uſos Veteres, M. Varro in his
libris, quos inſcripſit De Origine linguæ

Latinæ,

Latinæ, teſtis eſt. Vt Dialem, Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Furvialem, & Falacrum: & præterea complures. Quin ut noſtrorum inter Sacerdotum gradus nonnihil intereſt: ut Epiſcopum, Archiepiſcopum, Patriarcham & Metropolitanum: ita apud illos Flaminum, Prothoflaminum & Archiflaminum, differentiam fuiſſe, idonei teſtes ſunt. Sed de his ſatis. Iam nunc de Virginibus Veſtæ videamus.

CAP. VI.

De Virginibus Veſtæ.

VEſtalis cultus originem, quemadmodum pleraq; alia, primus Numa Pompilius Romam intulit, etſi ejus initia uſque adeo vetera ſint, ut ex Trojanis ad Albanos, Ænea duce, longe antea commigraverint: cujus rei meminit noſter Virgilius (*Æneid. lib.* 2.) his verſibus:

Sic ait, & manibus vittas Veſtamque potentem.
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Deæ huic Veſtæ, quam terram eſſe, eandemque deorum matrem volebant, perpetuo vigil ignis conſecrari ſolebat. Ejus obſervationi ac cultui pleræque virgines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nes è primoribus patrum electæ, præfi-
ci; quarum negligentia, ſi forte ſanctus
ignis fuiſſet extinctus, flagris à Ponti-
fice Maximo, cædi jubebantur, ut à P.
Licinio Craſſo Pont. Maximo, in eam,
quæ negligentius ignem cuſtodierat, Va-
lerius in libro factorum ac dictorum me-
morabilium (*lib.* 1. *Tit. de ſervat. rel. cap.* 8.) ſcriptum reliquit. Inceſti vero
crimine damnatam, vivam ſuffodi inſti-
tutum eſt. Virginem Veſtalem, ut Labeo
Antiſtius (*Apud Gell. lib.* 1. *cap.* 12.) ſcri-
pſit, minorem quam annos ſex, majo-
rem quam annos decem natam, nega-
verunt, capi fas eſſe. Item, quæ non pa-
trima ſit, nec matrima, neque lingua de-
bili, ſenſuve aurium diminuta, aliave, qua
corporis labe, inſignita ſit. Item, cuius
parentes, alter, ambove ſervitutem ſer-
vierunt, aut in negocijs ſordidis diver-
ſantur: eamve, cujus ſoror ad id ſacerdo-
tium lecta ſit, excuſationē mereri, ajunt.
Item, cujus pater Flamen, vel Augur, aut
Quindecemvir ſacris faciūdis, aut qui Se-
ptemuir epulonum, aut Salius eſt. Sponſę
quoq; Pontificis, & Regis ſacrorum filiæ,
vacatio, à Sacerdorio iſto, tribui ſolet.
Neque ejus legendam filiam, qui domici-
lium in Italia non haberet, conſtitutum
eſt, ut Capito Atteius (*d. cap.* 12.) ſcri-
ptum reliquit: & excuſandam e us, qui
liberos

liberos tres non haberet. Item, Edicto prætoris Virginem Veſtalem, & Flamineam Dialem jurare, non cogi, ſæpe reſcriptum eſt. Verba prætoris hæc ſunt: *Virginem Veſtalem, & Flamineam Dialem*, ait prætor, *in omni mea juriſdictione jurare non cogam*. De eligenda autem virgine Veſtali, hæc Aul. Gellius (*d. cap.* 12.) ſcripta reliquit: Lege, inquit, Papia cautum eſt, ut arbitratu Pontificis Maximi viginti ex populo virgines legerentur, ſortitióque ex eo numero in concione fieret. Cæterum ea lex, inquit, vetuſtate, ut pleræque aliæ, exolevit, ſatiſque ei lectioni fieri cœptum, ſi quis honeſto loco natus Pontificem Maximum adeat, offeratque ei ad ſacerdotium filiam, cujus, ſalvis duntaxat religionis obſervationibus, ratio haberi poſſit: gratiam enim Papiæ legis per ſenatum fieri ajunt. Hanc virginem à Pontifice Maximo capi, velut ab hoſtibus, moris fuit. Verba autem, quibus tum Pontifex utitur, hęc ſunt: *Sacerdotem Veſtalem ſacra facere, quæ jus ſit, pro populo Rom. Quiritibus, uti optima lege fuit, ita te Amata capio.* Amatæ enim nomine appellari omnes conſueverunt, quod ea, quæ prima capta eſt à Numa Rege, eo fuiſſe nomine perhibeatur. Simulatque igitur capta, & in atrium Veſtę deducta eſt, ilico

C fine

ſine emancipatione, ac capitis diminutione exit patriam poteſtatem, & jus teſtamenti faciundi adipiſcitur. In commentariis autem Labeonis, quos ſuper duodecim Tabulas compoſuit, ita hac de re ſcriptum reperitur: Virgo Veſtalis neque hæres eſt cuiquam inteſtato, neque inteſtatæ quiſquam: ſed bona ejus tum redigi in publicum ajunt. Hæc de Virginibus Veſtæ: de Saliis videamus.

CAP. VII.

De Saliјs, Martis Gradivi Sacerdotibus.

INter cætera ſacrorum genera, inſtituta à Numa rege, à poſteris etiam in honore habita, id quidem in minoribus haud fuit, quod Marti ſcilicet Gradivo vovit. Duodecim enim ad hoc viros legit, quos à ſolenni ſaltatu, quo ſuis in ſacris uterentur, Salios appellavit. His alios duodecim Tullus Hoſtilius mox adjecit, cum Romanis in aciem contra Fidenates eductis, Albani à Romanis per ſpeciem proditionis, duce Metio, defecêre. Datum autem his ſupra tunicam inſigne, ęneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma, quæ vocantur ancilia, portare, ac per urbem canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltatu incedere: inſtitutumque, ut in fin

in fine omnium carminum ſuorum, Mamurium appellarent. Hunc Mamurium inclytum ea tempeſtate fabrum fuiſſe, & cum ancile cælo lapſum eſſet, Numa Pompilio Quiritibuſque rem divinam agentibus; huic Mamurio negotium datum, complura huic ſimilia ancilia effingendi, tradunt. Quod quidem opus cum ille exquiſitiſſima abſolviſſet arte, obtinere utrum à ſe vellet poſtulare, artifici Numam obtuliſſe, nihil, quod ex eo peteret, non exhibiturum ſe, artificem vero non pecuniam ſed gloriam pro mercede petiviſſe, quod ejus nomen à Saliis in finem quorumlibet carminum recitaretur; idque per multa tempora in ſacris & comitiis, ut ait Livius, (*lib.* 2.) obſervatum eſt. Eo autem hujus ordinis ſacerdotum numerum creviſſe, ut & ad collegium & collegii Saliorum Magiſtrum redactum fuerit. Sed hæc de Saliis: de Pontifice Maximo videamus.

CAP. VIII.

De Collegio Pontificum, deque Pontifice Maximo.

Pontifices, ut pleraque alia ſacerdotia, ab ipſo Numa ortos, apud Livium ſatis conſtat: eoſdem diu, præterquam ex Patribus, creari non licuit. Fuerunt autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ab initio hi, numero quatuor: poſtquam vero maximorum quorumcunque honorum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit, ad ſacerdotia quoque ſacroſanctaſque Poteſtates, patere ſibi aditum voluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe Pontifices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio conſulibus. Omnibus unus præfectus fuerat, à Numa Pompilio: iſque Pontifex Maximus appellabatur. Hic habet penes ſe ſacra omnia exſcripta exſignataque, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fieri debeant, ejuſmodique divinis in rebus, unde erogandæ pecuniæ ſumptus fieri oporteat, curæ Pontifici eſt, cæteraque omnia ſacra publica privataque ſcitis Pontificiis ſubjecta ſunt. Cum vero de religione deque ſacris diſſenſio eſt, populus illum conſulere pergit. Perutile illud fore ratus eſt Pompilius ejus ſacerdotii auctor, ne jus divinum negligendo, patrios ritus peregrinoſq; aſciſcendo, turbaretur, nec cæleſtes modo cæremonias docere, ſed juſta quoque funebria placandoſque manes ejuſdem Pontificis eſt. Apud eum quoque tabula eſſe dicitur, in qua Solis & Lunæ defectus, quoties lumini caligo fit, & anni menſiumque, ac Faſtorum ratio perſpicitur. Pontifices, ut Varro ait, Q. Mutius Scevola à poſſe & facere

acere appellatos eſſe, dicere ſolebat : ſed a denominatio à M. Varrone haud ſatis probari videtur. Nam à ponte & facio potius appellatos putat, eo quod ab his primum pons Sublicius factus, ac ſępe reſtitutus eſſe perhibeatur. De Pontificibus hæc repperi, quæ ſcriberem : jam nunc de Fœcialibus aliquid videamus.

CAP. IX.

De Fœcialibus.

FOecialis ſacerdotii, nuſquam apud Romanos vetuſtiorem uſum fuiſſe, quam Tullo Hoſtilio Romæ regnante, repperi: quem tamen ut ab Hoſtilio creatum non affirmauerim, ita ne quidem negaverim à Numa Pompilio, omnium religioſiſſimo rege, creari potuiſſe. Vtcunque id tandem fuerit, de nomine prius, quàm de M. Valerio Fœciali, regnante Tullo Hoſtilio, apud Liviũ (*ib* 1.) mentio eſt. Fœcialis vero partes in eo verſabantur maxime, ut fidei publicæ inter populos præeſſet, neque juſtum aliquod bellum fore cenſebatur, niſi id per Fœcialem fuiſſet indictum. Cum enim pugnare deſitum eſſet, fœdere fides pacis conſtituebatur, quæ fœdera aliquando fidera appellata eſſe ab Ennio, quod fidei faciundæ cauſa introducta ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

M.Varro teſtis eſt, fœcialemque ipſum à fide & faciendo dictum eſſe, idem exiſtimat. Formula vero feriendi per Fœcialem fœderis, hujuſcemodi eſt: qua nulla (ut Livio (*lib* 1.)placet)vetuſtior eſſe memoratur. Fœcialis, inquit, regem Tullum ita rogavit: *Iubeſne, me Rex, cum Patre patrato populi Albani fœdus ferire?* Iubente Rege, *ſagmina*, inquit, *te Rex poſco*. Rex ait, *pura tollito*: Fœcialis ex arce graminis herbá puram attulit: poſtea Regem ita rogavit: *Rex facisne tu me regium nuncium Pop. Rom. Quiritiũ?* Rex reſpondit. *Quod ſine fraude mea Pop. Rom. Quiritium fiat, facio.* Fit ergo tunc fœdus, multiſque id verbis(quæ longo effata carmine non opere eſt referre)peragit. Legibus deinde recitatis: *Audi*, inquit, *Iupiter, audi Pater patrate Pop. Albani, audi popule Albane, ut illa palam prima, poſtrema, ex illis tabulis, cerave recitata ſunt, ſine dolo malo, utique ea hic hodie rectiſsime intellecta ſunt. Illis legibus Pop. Rom. prior non deficiet, ſi prior defexit, publico conſilio, dolo malo: tum illo die Iupiter ita Pop. Rom. ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque.* Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percutit. Eodem modo pars altera ſua carmina per ſuos Sacerdotes; ſuumque Dictatorem, peragit. Cum autem bellum

per

per Fœciales indicunt, hoc more utuntur. Fœcialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam, ad fines eorum, quibus bellum indicit, defert, nec minus puberibus tribus præſentibus hæc adjicit: *Quod populi priſcorum Latinorum, hominesque priſci Latini, adverſus populum Rom. Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populo Romano bellum cum priſcis Latinis jus ſit eſſe, Senatuſque populi Rom. Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret, ob eam rem ego populuſque Rom. populo priſcorum Latinorum hominibuſq; priſcis Latinis bellum indico, facioq;.* Id ubi dixit, haſtam in fines eorũ emittit, ex quo bellum juſtum intelligitur. Hæc de Fœciali: nunc de Patre patrato congruo loco videamus.

CAP. X.

De Patre patrato.

PAtris patrati ſacerdotium, etſi apud Livium (*lib.* 1.) à Fœcialis haud differre videatur, aliquando etiam longe aliud fuiſſe appareat, tamen quod inter nomen hujus illiuſque, atque officium nonnihil intereſſe videatur, utique & de utroque ſeorſum ſcribere viſum eſt: utrum eſſet, his deſcriptis non certe officia immutaverim, ſed partes plures duntaxat

 adſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

adſcripſerim. Patris patrati uſus eodem tempore, quo Fœcialis apud Rom. prodiit: nam & in feriendis à Fœciali fœderibus Patris patrati opera autoritaſque exigebatur. Ad patrandum enim, id eſt, ſanciendum juramentum, ubi de fœderibus convenerat, admitti conſuevêre. Creavit autem M. Valerius primus Fœcialis Sp. Fuſium primum Patrem patratum, eo bello, quod Tullus Hoſtilius cum priſcis Latinis geſſit, verbena caput capilloſque cingens. Alias præterea partes, ablata, ſcilicet, ab hoſtibus repetendi Patri patrato dedit Ancus Martius, eum morem ab antiquiſſima Equicolarum gente repetens. Ejus rei formula antiquiſſima eſt hujuſcemodi: Legatus idemque Pater patratus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filum autem lanæ velamen eſt) *Audi Iupiter*, inquit, *audite fines* (cujuſcunque gentis ſint, nominat) *audiat Fas: Ego ſum publicus nuncius Pop. Rom. juſte pieq; legatus venio, verbiſq; meis fides ſit*. Peragit deinde poſtulata: inde Iovem teſtem facit: *Si ego injuſte impieq; illos homines, illaſq; res dedier Pop. Rom. mihiq; expoſco: tum tu patria compotem me nunquam ſinas eſſe*. Hæc cum fines ſupraſcandit, hæc quicunque ei primus vir obvius fuerit, hæc portam ingrediens, hęc forum ingreſſus paucis verbis

is carminis concipiendiq; jurisjurandi
nutatis peragit. Si non deduntur, quæ
xpoſcit, diebus tribus & triginta (tot
nim ſolennes ſunt) peractis, bellum ita
ndicit: *Audi Iupiter, & tu Iuno, ac Qui-*
ine, dijque omnes cæleſtes, voſque ter-
eſtres, voſque inferni audite. Ego vos
eſtor, (populum illum, quicunque eſt,
nominat) *injuſtos eſſe, neque jus perſolve-*
e. Sed de iſtis rebus in patria majores natu
onſulemus, quo pacto jus noſtrum adipi-
camur. Cum his nuncius Romam ad
onſulendum redit. Confeſtim Rex, Di-
tator, Conſul, ſive quivis alius ſenatum
habuerit, his ferme verbis Patres conſu-
it: *Quarum rerum, litium, cauſarum,*
ondixit Pater patratus Pop. Rom. Quiri-
ium Patri patrato priſcorum Latinorum,
omnibuſque priſcis Latinis, *quas res nec de-*
derunt, nec fecerunt, nec ſolverunt; quas
res dari, fieri, ſolvi oportuit. Dic (inquit
ei, quem primum ſententiam rogat) *quid*
cenſes? Tum ille, *Puro pioque duello quæ-*
rendas cenſeo: Itaque conſentio conſciſco-
que. Inde alii ordine rogantur. Quando-
que pars major eorum, qui aderant, in
eandem ſententiam ibant, bellum erat
conſenſu fieri ſolitum, ut Fœcialis jactu
haſtæ, ut dictum eſt, bellum indiceret.
Sed de hoc ſatis multa: cum Rex Sacro-
rum paucis deſcribendus eſt.

CAP. XI.

De Rege Sacrorum.

REx ſacrorum, qui & idem Rex ſacrificulus dicitur, creari cœptus eſt L.Iunio Bruto & M. Valerio primis conſulibus. Ejus creandi occaſionem dedit, quod cum nuper exactis regibus pleraque ſacra à ſolis regibus obiri conſueta, regum exactione vacare viderentur, idque moleſte admodum populus ferret, utpote quod cultui divino regum exactione derogatum videretur, Sacerdotem creari placuit, quem, quo nihilo minus eidem auctoritatis ineſſet, regio nomine decorarunt, Regem ſacrorum appellantes. Subjecerunt tamen Pontifici maximo, ne ſi nullius ditioni fuiſſet ſuppoſitus, jam exacti reges, reducti eſſè crederentur. Quæ vero huic partes injunctæ ſacerdotio eſſent, non repperi. De his ergo hactenus: jam de Gallorum ſacerdotio nonnulla videamus.

CAP. XII.

De Gallis, Sacerdotibus Matris Deûm.

GAllos quidem Berecynthiæ, ſive illam Deorum Matrem dicere mavis, dedicavit antiquitas; eamque ſuperſtitionem, ut pleraſque alias, Phrygia Romam traduxit:

duxit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

duxit: & eo quidem tempore, quo hujuſcemodi carmen ex libris Sibyllinis relatum eſt.

Mater abeſt; matrē jubeo Romane requiras.
Cum veniet, caſta eſt accipienda manu.

Hoc reſponſum cum diu torqueret Patres, (quæ enim mater eſſet, aut unde petenda, non ſatis reperire poterant) Pythii Apollinis oraculum conſultum misêre: miſſi hujuſcemodi reſponſa retulerũt: *Divûm, Apollo inquit, arceſſite matrem, quã Idæo quidem jugo reperietis.* Miſſi ergo in Aſiam legati, datum negotium, ut perquiſitum ac tandem compertum deæ ſimulacrum Romam ducerent. Sed cum Attalus Rex Aſiæ, comperti à legatis ſimulacri trajectionem negaret, Romanis fruſtra jam abire parantibus, vocem ejuſdem, ut creditum eſt, deæ auditam ferunt: *Ipſa*, inquit, *peti volui, Romamque, quod deorum omnium domicilium eſt, deduci.* Quo miraculo exterritus Attalus, Romanis ilico ſimulacri tranſlationem conceſſit. Mari ergo tranſvecta Romam, ut traditum eſt, dea: cum Tyberi navis ſimulacro onuſta vectaretur, omni genere hominum ex urbe prodeunte obviam cum carminibus ſacriſque, navem ſicco littori adhæſiſſe ferunt. Et cum omnis multitudo, funibus injectis, ſummo conatu adniteretur, nulla demum vi avel-

avellere hærentem valuit. Erat autem in turba matronarum Claudia Quincta Veſtalis Virgo præſtantiſſimæ formæ, cujus exquiſito habitu vultuque pleno illecebris, violatæ ejus virginitatis publica ſuſpicio circumferebatur. Procubuit ergo puella ad pedes ſimulacri, oranſque obteſtanſque deam, ſic inquit: *Læſæ virginitatis me ream criminantur: tuo, dea, teſtimonio, uti rem judices prout eſt, quæſo: ut ſi tuo damnata teſtimonio, dea, fuerim, admiſſa, morte luam: ſin hac labe puram argueris, tum tu caſtiſſima, caſtas manus proſequare, obſecro.* Vbi hæc dixit, reſte, qua ligata erat navis, manu accepta, navis puellæ parum admodum conantis tractum facile proſecuta eſt. Hoc pacto in urbem deductā Scipio Naſica ſolus dignus, cujus manibus tangeretur recipereturque ſimulacrum, judicatus eſt. Datum ergo Scipioni negotium, ut templum deæ magnifice ſtrueret, & eius cultui Sacerdotes dedicaret; quos, de more deæ vetuſto, ſpadones eſſe oportebat, non alio pacto ad id ſacerdotium legendos. Cuius quidē inſtituti, hoc in cauſa fuiſſe commemorant, delexiſſe Cybelen hanc puerum quendam Phrygium dilectoque hanc conditionem adjeciſſe, ne coitu polluta caſtitate admitteretur, puerum tamen nympham Sangaritidem depe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

periſſe: & cum apud eam ſub arbore, nymphæ dicata, una quieſcerent, nocte ormientes, deam arborem cum ipſa ympha trucidaviſſe, adoleſcentem me- fere exanimatum, in vicinum mon- em, cui nomen Dindyma eſt, confugiſſe, oloreque amentem, pudoreque admiſſi cinoris membrum, quo deliquerat, ab- idiſſe. Hac ratione facti dea memor, er ejuſmodi homines perpetuo ſibi mi- iſtrari voluit. Gallorum vero nomen, flumine Phrygiæ vetuſto, quod templo ujus deæ vicinum eſt, tractum ferunt; ujus, ut perhibent, fluvialis undæ ea vis ſt, ut potantes inſanire compellantur. ed de Gallis ſatis: ad Duûmviros ſacro- um veniamus.

CAP. XIII.

De Duûmviris Sacrorum.

DVûmviri ſacrorum, quantum monumenta veterum legens conſequi va- ui, ſacris libris legendis, carminibuſque Sybillæ, fatiſque Pop.Rom. interpretandis præerant, & Apollini ſacri, aliarumque cæremoniarum antiſtites erant. Et quoties prodigia aliqua, magnos aliquos rerum eventus auſpicantia, emerſiſſent, lectiſterniis ad pulvinaria deorum factis, uti eorum minas averterent, & ſupplicis

ſacriſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſacriſque placarent. Eorum etiam ri ſupplicationes pro rebus proſpere geſ decernebantur. Hujus ſacerdotii nulla ante mentionem repperi, quam quo tem pore ædes Caſtori, per filium Poſthum ſecundi Dictatoris, qui tunc Duûmv erat, dedicata eſt. Latino enim bello p ter ipſe Dictator voverat. Cæterum cu multo tempore, duo ad hoc ipſum ſacer dotium viri creati eſſent, ac plebs de ſu quoque corpore creare Conſules, cæt roſque magiſtratus pergeret, neque ad i ipſum ſatis virium eſſet, obtinuit tan dem, ut qui Duûmviri in eam diem crea ti fuiſſent, Decemviri crearentur: quin que ex Patribus, totidem ex plebe alle ctis. Quare ex Duûmviris Decemviri ap pellari cœpti ſunt. De Duûmviris hæ habui: de Septemviris epulonum vi deamus.

CAP. XIV.

De Septemviris Epulonum.

SEptemviratum epulonum, quanquam ut conjectari valeo, genus eſſe ſacerdotii autumem, quippe, quod apud A. Gellium (*lib* 1. *cap*. 12.) cum de vacatione Veſtalis ſacerdotii agit: Filiæ (inquit) Auguris, Flaminis, Quindecemviri ſacrorum, Septemviri epulonum, ab hoc ſacerdotio excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cuſationem merentur: inter cætera e-
n ſacerdotia hoc ipſum ſubjunxit. Vt-
nque id fuerit, quoniam nihil quic-
am hac de re mediocris etiam fidei au-
ritatiſque repperi, quod huic ordini
icium commiſſum eſſet, auſus aſſerere
n fui. Plinius tamen cum eſſet oratio-
m habiturus, cum quaſi propter futu-
s aſtantes timeret, dixit: (*lib.* II. *epiſt.* II.)
abat modo Conſularis, modo Septemvir
ulonum. Id vero ſatis teneo memoria,
omæ in pyramide quadrata, marmore
ucta, inciſa eſſe verba hujuſcemodi.

OPVS. ABSOLVTVM. DIEB. CXXX
EX. TESTAM. C. CORNELII. TR. PL.
VII. VIRI. EPVLONVM.

d quoniam de iis nihil amplius reperi-
potui, ad ſecundi Commentarioli ini-
am veniamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ANDR. DOMINICI FLOCCI FLORENTINI,

De

POTESTATIBV[S] ROMANORVM.

Liber Secundus.

PRAEFATIO.

De magiſtratibus in univerſum.

QVæ ad Sacerdotia divinaſque Po[-]teſtates pertinentia, ſtudio cura[-]que multorum monumenta ve[-]terum legens, conſectari potui, ea potiſſi[-]mum adſcripſi. Quod vero Sacerdoti[a] divinas Poteſtates appellavi, haudqua[-]quam ab humanitate videtur alienu[m] eſſe: ut enim hi Magiſtratus, quibus hu[-]manarum rerum facultas arbitriumqu[e] eſt, rite Poteſtates appellantur; ita ea Sa[-]cerdotia, quibus divinarum rerum cu[-]tus commendantur, divinas Poteſtate[s] nominare non injuria eſt. Licet autem quandoque hoc in genere ſcriberem plu[-]ra, vel ſtudiorum incuria, vel commen[-]tariorum paucitate, aut, quod ita ſe re[s] habet, ut ne quidé plura inveniri poſſen[t] allegare non potui: uti primũ ergo Com[-]mentariolum his paucis contentum fa[-]cerem, viſum eſt. Si cui autem plura iden[-]genus, aut longe peregrina legenti occu[r-]

ran[t]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ofeſſo, hæc ipſa præſtare congruum vi-
batur eſſe; is pergratam mihi quidem
aturus rem, veniam dabit aut iucuriæ
eæ, aut penuriæ librorum: ei certe rei
agnam ejus culpæ partem conceſſurus.
eum enim in hac ipſa lucubratione,
æter aliquid orationis, rerum ferme
hil eſt. Ex his autem, quæ allegare po-
i, ſi cui aliqua fortaſſe non ſatis pro-
bilia, vel à veritate diſſona videantur,
accuſet Livium, reprehendat Ovidium,
rronem, Ius civile, ac nonnullos alios,
ibus ad hæc adminiculanda adjutori-
s uſus ſum. Igitur de altera parte Com-
entarioli noſtri jam tempus eſt nobis,
, quæ occurrunt, eadem ſubjiciamus.
Regiam quippe poteſtatem cæteras o-
nes tempore anteiſſe Poteſtates, nemi-
dubium eſt, ab illaq; ipſa exordium fa-
m eſſe nonnullis facile videri potuiſſe,
ihi vero longe alia mens eſt: eum ſci-
et Regem, quo in uno omnes omnium
teſtates conſiſterent, ſingulari quo-
m Poteſtatis titulo non eſſe decoran-
m, ſive comprehendendum, in ani-
um inducenti. Nam ſi Princeps ſingu-
i Poteſtatis titulo eſſet, præter eam ſo-
n, quæ apud eum eſſet, ac ne illam
am poſſet, ſatis ſcio, mandare; alteram
ne non poſſet. Cæterum, cum omnis
P. ſumma uni adnitatur Regi, omneſ-

D que

que quæ ubique ſunt Poteſtates ex un[o] rege, veluti ex uberrimo quodam fonte manent, quis ejus poteſtatis titulo, qua de agere inſtitui, contineri Regem, ve[l] Cæſarem, velut ſpeciei ſubeſſe genus, exiſtimet? Hoc etiam ipſum dubitandi genus me offendit, de Dictatore ſcribere incipientem: num quidnam Poteſtatibu[s] Dictatorem ipſum adſcribendũ putarem. Magiſtratum enim dici, qui ipſe Magiſte[r] pop. Rom. dicitur, quo omnes, ut ita loquar, magiſtrâtur Magiſtratus, à quo nulla provocatio ſit, à quo uno omnes omniũ poteſtatis Regis ſimilitudine exordiũ trahunt, nulla ratione concludi poſſe videbatur. Sed, cum eam poteſtatem ultra ſex menſes retineri poſſe, lege prohibitum eſſet, haud pura ſuprema poteſtas, quæ legis imperio ſubjiceretur, juſta ratione videri poterat: qua ratione, Dictatorem Poteſtatuum numero adſcribendum eſſe, viſum eſt: Nam quæ auctore populo Rom. collata, ac lege circumſcripta eſſet poteſtas, eodem auctore abrogari poſſe videbatur. Senatoriam vero dignitatem, quam poteſtatem, ſi ſingulos ſenatores conſideremus; potius appellarim. Sin vero, omnium ſenatorum conſilium circumſpiciamus, fortaſſis poteſtas omnium poteſtatuum Regiæ, aut etiam Imperatoriæ, perſimilis apparere poſſit.

Quipp[e]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Quippe quod & Reges omnes, & Dictatores, ac tandem etiam Cæſares, quam auctoritate Patrum, ſingula quæq; decernere, nihil ſibi exiſtimarint antiquius. Sin vero cum ſingulis ſenatoribus mandari poteſtas poſſit, neque quod ſenator, ſit, novæ gerendæ poteſtati impedimento eſt, ſingularem poteſtatem non eſſe, ſed dignitatem ſenatoriam, conſequens eſt. Cum vero Tribunitiam poteſtatem, cui ſenatoria decreta excutere jus poteſtatis fuit, animadvertimus: cur Senatum inter Poteſtates, aut, ut dixi, dignitates non habendum dicamus, non equidem intelligimus. Sed quoniam de Magiſtratibus agimus, aliiq; omniũ Magiſtratuum majores, alii vero minores ſint; qui majores, quive minores eſſent, paucis animadvertendum eſt: qua in re meis verbis opus non eſt, dum Aulus Gellius (*lib.* 13. *cap.* 14.) pleraque è M. Meſſalæ auguris libris nobis ſuppetat. cujus verba hæc ſunt: Patriciorum auſpicia in duas poteſtates diviſa ſunt; maxima ſunt conſulum, prætorum, cenſorum: neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut ejuſdem poteſtatis ſunt; ideoque collegæ non ſunt cenſores conſulum, aut prætorum. Prætores collegæ conſulum ſunt: ideo neque conſules, aut prætores cenſoribus, neque cenſores conſulibus,

aut prætoribus turbant, aut retinent auſpicia. At cenſores inter ſe; rurſus prætores conſuleſque inter ſe, & vitiant, & obtinent auſpicia. Prætor etſi collega conſulis eſt, neque prætorem, neque conſulem jure rogare poteſt; ut quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora obſervatum eſt. Et ut in Commentario XIII. C. Tuditani patet: quia imperium minus prætor, majus habet conſul; & à minore imperio majus, à majore autem collega jure rogare non poteſt. Nos, his temporibus prætores prætore creante, veterum auctoritatem ſumus ſecuti, neq; his auſpiciis in comitiis fuimus. Cenſoresque non eodem rogantur auſpicio, atq; conſules & prætores. Reliquorum vero magiſtratuum minora ſunt auſpicia: ideo illi majores, hi minores Magiſtratus appellantur. Majores centuriatis, inquit, comitiis, minores curiatis ac tributis fiunt. Ex omnibus his Meſſalæ verbis, inquit, manifeſtum fit, qui ſint minores Magiſtratus & quamobrem minores appellentur. Sed & collegam eſſe prætorem conſuli docet, quod etiam eodem auſpicio creantur. Majora autem auſpicia dicuntur habere, quia eorum auſpicia magis rata ſunt, quam aliorum. Eundem præterea Meſſalam eadem de re ita ſcribere, idem ait A. Gellius. (*ibid.*) Conſul ab omni-

omnibus Magiſtratibus & comitiatum & concionem avocare poteſt: prætor & comitiatũ & concioné uſquequaq; avocare poteſt, niſi à conſule, Minores Magiſtratus nuſquam, neque comitiatum, neque concionem avocare poſſunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit: quoniam biſariam cum populo agi non poteſt, nec avocare alius alii poteſt, ſi concionem habere volunt, uti ne cum populo agant, quamvis multi Magiſtratus ſimul concionem habere poſſint. Ex his verbis Meſſalæ, manifeſtum eſt, aliud eſſe cum populo agere, aliud concionem habere: Nam cum populo agere, eſt rogare quid populum, ut quid ſuffragijs ſuis aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum ſine ulla rogatione. His igitur de Magiſtratibus in univerſum vidis, jam de Senatoria dignitate, ſive illam poteſtatem appellare mavis, quoniam & auctoritate & vetuſtate ferme omnes alias excellit, primum videamus.

CAP. I.

De Senatoribus.

SEnatorum originem à Romulo inſtituiſſe, nemo ambigit. Quippe qui Vrbis parens ac conditor, quoniam novam civitatem viribus & robore juvenum af-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſtatim ab ſe munitam cerneret; haud mi-
noris momenti fore ratus eſt, ſi eamdem
conſilii ope fulciſſet: ex primoribus pa-
trum, qui tunc aderant, civibus, centum
numero, elegit, quos ab honore Patres,
ob ætatem Senatores appellavit: ut apud
Lacedæmonios Senes appellari eos, qu
ſummum quendam magiſtratum ge-
runt, Cicero ait. (*In Catone ſive De Sene-
ctute.*) Qui vero ex his primoribus cen-
tum patribus geniti ſunt, Patricii nuncu-
pati ſunt. Hunc ordinem mox Tullus Ho-
ſtilius explevit, Alba à ſe diruta, Albanis-
que in Vrbem inductis. Tum Iulios, Ser-
vilios, Quintios, Geganios, Curiatio
Clœlioſque in Senatores accepit. Exacti
autem Regibus Brutus conſul, exhauſtum
bonis viris ſenatum intuens, primores e
queſtris ordinis adſcribi in ſenatores c
peram dedit, illoſque Conſcriptos Patre
appellavit: ex quo tempore, patrum con
ſcriptorum appellatio locum habere in
ſtituit. Penes hos quidem, ſenatores, ſem
per totius Reip. ſumma enixa eſt: ut n
Reges quidem, Conſules, aut Dictatore
aut alius quiſpiam Magiſtratus, incon
ſulto Senatu quippiam moliretur: ade
ut cum Tarquinius Superbus pleraqu
præter Senatus auctoritatem decern
ret, tunc demum, amiſſo regio nomin
tyrannus appellaretur. Senatores ver

trip

triplicis ordinis fuiſſe repperi, alii enim Patricii, alii Pedarii, nonnulli vero Conſcripti appellabantur. Patricii ſunt hi maxime, qui ex centum illis patribus, à Romulo lectis, geniti ſunt. Conſcripti vero ſenatores hi, qui regum, conſulum, cenſorumve decreto in ſenatum lecti ſunt. Pedarios autem ſenatores variis rationibus appellatos invenio: alii enim, quod hi non haberent ſententiæ dictionem in ſenatu, ſed in aliorum ſententias pedibus irent, dictos Pedarios putant: alii, quod plerique, qui magiſtratus curules eſſent adepti, ſella curuli in ſenatum veherentur; qui vero pedibus iter facerent, Pedarii nominarentur. M. autem Varro, (*Apud Gellium lib.* 3, *cap.* 18.) equites quoſdam eſſe ait, quibus, amplioribus magiſtratibus functis, nondum tamen à cenſoribus in ſenatores lectis, non eſſet jus dicendæ in ſenatu ſententię, cum tamen in ſenatum venire liceret; Sed quas ſententias principes dixerant, in eas diſcedebant. De ordine vero ac ratione conſulendi ſenatus, quæ uſquam repperi, ea potiſſimum adjiciam. Aliquando eum primo rogare mos fuit, qui princeps in Senatu à Cenſoribus poſitus fuerat, nonnunquam vero, ut hi prius rogarentur, qui Conſules deſignati eſſent, inſtitutum eſt. Cicero autem in eo libro, quem

inſcripſit Catonem maiorem, ſive De Senectute, tantum aliquando ſenectuti honoris tributum ſcribit, quod ut quiſque natu grandior eſſet, ita prior in Senatu ſententiam rogaretur. Vſu tandem introductum eſſe dicitur, ut quem Conſul ipſe rogaſſet, is prior ex ſententia verba faceret: alium tamen, quam conſularem virum, rogari fas fuiſſe, negant. Ex qua tamen conſuetudine C. Iulius Cæſar, in eo conſulatu quem geſſit cum M. Bibulo, hos duntaxat viros extra ordinem rogaſſe dicitur, M. Craſſum, Cn. Pompeium, & M. Catonem: Poſt M. Craſſum, Cn. Pompeium, ubi filiam ſibi in matrimonio collocavit, rogare primum cœpit. Cum vero M. Catonem rogaret, atque id, de quo conſulebatur, è Repub. minus fore duceret, longioreque proinde oratione uteretur, qua omne ferme tempus, quod eſt habendo ſenatui, tereret: Cæſar viatorem vocavit Marcumque Catonem, quoniam finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem trahi juſſit. Catonem, cum imperio pareret, ſenatus conſurrexit, & ad carcerem proſequebantur. Cuius rei quaſi invidia motus Cæſar deſtitit, atque emitti Catonem juſſit. De modo autem habendi ſenatus, M. Varro, rogatu Pompeii, librum edidit, cum ille primum Conſul

ſul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

l cum M. Craſſo fuiſſet deſignatus. Creditur, quia foris militia ad eam æta-em occupatus, vellet civilis conſuetudi-is, cuius expers erat, fieri peritior. Sed um librum in ipſa Varronis ætate perijſ-e, idem ipſe in epiſtola ad Oppianum cribit. Qua in epiſtola multa ſcribere Var-onem id genus, A. Gellius in commen-ariis Noctium Atticarum refert, (*lib.*14. *ap.* 7.) primumque illi ſcriptum fuiſſe, er quas perſonas haberi ſenatum liceret, ominat Dictatorē, Conſules, Prætores. Tr. Pl. Interregem, Præfectum Vrbi: neque ullis aliis jus fuiſſe ſenatum frequen-em fieri jubere, aſſerit. Addit deinde ex-raordinario jure Tribunos militares, qui proConſulibus eſſent. Item Decemviros, quibus imperium conſulare tum eſſet. temTriumvirosReip. conſtituendæ cauſa creatos, conſulendi ſenatum jus habuiſſe. De Præfecto autem urbi Latina-rum, utrum ſenatum habere liceret, non ſatis convenire ait: qui licere negant, quod ne ille quidem ſenator ſit, proinde jus dicendæ in ſenatu ſententiæ non habeat, in rationem adducunt, ea quod ætate, quæ nondum ſenatoria ſit, fiat. M. autem Varro, & Atteius Capito, jus eſſe Præfecto urbi ſenatus habendi ajunt. (*apud Gellium lib.* 14. *cap.* 7. & 8) quandoquidem & Tr.Pl. quanquam non

eſſent ſenatores, ante Atinium plebiſcitum jus Senatus habendi eſſet. Scripſerat etiam de interceſſionibus, illis videlicet jus intercedendi fuiſſe, qui vel ea poteſtate, vel majori eſſent, iis, qui ſenatuſcõſultum, aut plebiſcitum, vel aliud decretum rogarent. De loco habendi ſenatus, aut ſenatuſconſulti rogandi, niſi in locis per augures conſtitutis, quæ templa appellabantur, haberi, rogarive potuiſſe negabat. Vnde & curia Hoſtilia, & Pompeia, & poſt Iulia, cum profana ea loca fuiſſent, templa per augures ſunt conſtituta, ut in iis ſenatuſconſulta more majorum juſta fieri poſſent. De tempore vero habendi ſenatus, ita diſſeruit. Ante exortum, inquit, ſolem, aut poſt ejus occaſum, ſenatuſconſultum irritum eſſe. Opus etiam cenſorum fuiſſe, per quos, & quo tempore factum eſſet ſenatuſconſultum animadvertere. De ætate autem ſenatoria, etiam adoleſcentibus ſenatorum ſenatum aliquando ingredi licuiſſe, veterum monumenta legentibus, apparet. Quo minus vero tandem in ſenatum illi ætati venire liceret, Papirii prætextati factum in cauſa fuit, ut Valerius Maximus in libro Factorum ac Dictorum memorabilium ſcriptum reliquit. Tunc igitur conſtitutum, ne cui paucioribus XXV. annis nato ſenatum ingredi liceret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

apud Plutarchum in vita Magni Pom-
ii. Item apud jus Civile Romanorum,
io nos etiam hoc tempore utimur, fa-
le conſpicari licet. Qui vero ſenatum
abiturus eſſet, auſpicari primo, atque
nmolare hoſtiam debere, idem Varro
Apud Gell. d. cap. 7.) cenſebat. Docuit
tiam, de divinis rebus, prius quam de
umanis, ad ſenatum eſſe referendum.
tem Senatuſconſulta duobus modis fie-
, aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur;
ut, ſi res ardua eſſet, per ſingulorum ſen-
entiam. De pignore quoque faciendo, de
nulta irroganda ſenatori, qui, quo tem-
ore in ſenatum venire debuit, non inter-
uerit. Quantum vero ad ſenatorum fa-
niliam pertinet, ſenatoriarum perſona-
um appellatione, etiam uxores contine-
i decretum eſt. Adoptivos autem filios,
tſi ante, quam patres in ſenatum eſſent
ducti, ſeſe in adoptionem dediſſent, ſena-
orios eſſe placuit. Si quis autem ex Patri-
iorum ordine, plebeio homini ſe in arro-
gationem dederit, Patricium tamen ma-
nere, Iure (*L. ſenatoris filium. D. de ſenat.*)
cautū eſt: quam legem ea tempeſtate nul-
lā fuiſſe arbitror, cū P. Clodius, vir patri-
cius, quo tribunitia poteſtate fungeretur,
qua adverſum Ciceronē factioſe uteretur,
plebeio homini ſe adoptandum tradidit.
Contra ſenatorū filiæ, niſi quæ ſenatoriis
homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

hominibus nuptui traditæ ſunt, clariſſimarum fœminarum nomine non continentur. Senatoris vero filium à patre emancipatum, etſi filii nomen Iure Civili amittit, ſenatoriam tamen retinere dignitatem creditur. Poſthumi autem quamvis poſt patris mortem naſcuntur ſenatorii tamen homines appellantur eum vero, qui poſtquam pater ſenatu motus eſt, concipitur, & naſcitur, non eſſe ſenatoris filium, Proculus & Pegaſus opinantur. Si quis vero ante conceptus fuerit, quam eius pater ſenatu moveretur, non nocebit filio caſus patris, quo minus, ſenatoris filius eſſe cenſeatur; ſed ſi pater, antequam conciperet filium, ſenatoriam dignitatem amiſerit, ac deinde deceſſerit, filii autem in avi ſenatoris poteſtatem reciderint, etſi non quaſi ſenatore patre nati videantur, ſenatorii tamen cenſebuntur. Mulieres autem ſenatoribus primo, deinde inferioris ſortis hominibus matrimonio collocatæ, clariſſimarum fœminarum ordinis non ſunt. Itaque impetrare pleræque à Principibus ſolent, ut nuptæ iterum inferioribus viris, in ſenatoria nihilominus maneant dignitate: ut dicitur divum Antoninum Auguſtum Iuliæ Mammeæ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores vero ſenatorio ordine amotos, quamvis capite

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

n minuantur, & civitatem retineant, dicare tamen, ac teſtimonium dicere, ohibet lex Iulia repetundarum. De Se-toribus hactenus: dehinc de Tribunis lerum pauca ſubjiciam.

CAP. II.

De Tribunis Celerum.

Ribunos Celerum primus Romulus creaſſe fertur, cum tres equitum cen-rias, quarum opera in omni Reipubl. crimine uteretur, deſcripſit. Eas cen-rias, Ramnenſium, Tatienſium, Luce-n appellavit: Ramnenſium à Romu-Tatienſium à Tito Tatio Sabino; Lu-um vero denominatio, ut Livio (*lib.* 1.) cet, incerta eſt. Quod autem ternos præfecit viros, quos ex tribus delegit bubus, Tribunos nominavit. Fuiſſe au-m equites numero trecentos ajunt, eo od ex ſingulis curiis, quæ triginta tan-m erant, decem aſciverit. Quod vero eriter accurrere eos voluit, ſi quandò ſpubl. illorum opera indigeret, appel-Celeres voluit. Sunt etiam qui à Ce-quodam, qui primus iis ordinibus à mulo præfectus fuerit, Remi interfe-re, hoc nomen inditũ eſſe opinentur: Ovidius in libro Faſt. (4.) ſignificare elligitur. Satis ergo de Tribunis Celerũ tum ſit: de Quæſtoribus videamus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. III.

De Quæſtoribus.

QVæſtoribus creandis origo vetuſtiſſima eſt, & ante omnes pæne Magiſtratus inſtituit. Gracchanus autem quiſpiam, cujus ſupra memini, in eo libro, quem De Poteſtatibus ſcripſit, ipſum etiam Romulum & Numam duos habuiſſe quæſtores, quos non ſua voce, ſed populi ſuffragio creatos, ſcriptum reliquit. Cæterum, ut Romulum quæſtores habuiſſe, non uſquequaque notum eſt: ita, Tullum Hoſtilium regem quæſtores habuiſſe, cõſtare inquit. Quod vero publicæ quærendæ pecuniæ præpoſiti eſſent, appellatos Quæſtores ajunt. Quæſtorum vero, partim ærarii & urbanæ pecuniæ curam agere; provincias partim exigendis vectigalibus ſortiri; plerique (ut ille Gracchanus dixit) epiſtolis in ſenatu legendis occupari, iique nuncupari Candidati Principis ſolebant. Nonnunquam autem maleficia conquirere Quæſtoribus negotio traditum eſt; ex quorum exercendis quęſtionibus, Quæſtores dictos fuiſſe, M. Varro (*Ap. d Gell. lib* 13. *cap* 13.) opinari videtur. Quæſtores, ut fere omnes reliquos Magiſtratus, tam plebeios, quam patricios, promiſcue creari obtinuit: quæ pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

poteſtas, quoniam minoribus adſcribitur, neque prehenſionem, neque vocationem habet: & quemadmodum privati, in ius ad Prætorem vocari ſolent. Eadem gerendorum honorum, dicendæq; in ſenatu ſententię, initium fuiſſe perhibetur. (*Sequentia de Quæſtoribus parricidii, non ſunt in manuſcripto exemplari.*) Etiam quia de capite civis Romani, injuſſu populi, non erat permiſſum Conſulibus jus dicere; propterea Quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus præeſſent rebus. Ii appellabantur Quæſtores parricidii, quorum & meminit lex XII. Tabularum. Hæc de Quæſtoribus: jam de Interregis officio videamus.

CAP. IV.

De Interregia Poteſtate.

ROmulo ergo humanis jam rebus ſubducto, fluctuantibuſque Patrum animis, quo pacto Rempubl. procurarent, quem in demortui Regis locum ſuffecturus, aut quo tandem pacto eſſent, ne nova multitudo ſine Rege ac duce vagaretur, ac vicinorum tandem irritatis animis, urbem, rectore vacuam, vis aliqua externa adoriretur; difficultati rerum conſulere rati, centum Patres decem decuriis factis, ſingulos ex ſingulis legunt, qui ſummę rerum prę eſſent. Ex iis, unum, qui

cum

cum inſignibus imperii & faſcibus eſſet, decernunt. Quinque dierum ſpatio finiretur imperium:eoque pacto viciſſim inter ſe ſortiebantur, dum orbe exacto, annus exigeretur. Sed hujus imperii quoniam pertæſum videretur, ac plebs pro uno Rege centum ſortitum eſſe quereretur, audirentque ea moveri Patres, qui vel inviti imperium poſituri videbantur. Eſſe id per ſpeciem beneficii ultro offerendum rati, ſummam poteſtatem populo permittunt; ſtatuunt, ne plus juris ac poteſtatis futuro Regi permitterent, quam apud ſe retinerent: ſimul decernunt, quem populus ipſeRegem juſſiſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Patres auctores extitiſſent.. Tum Interrex concione advocata: *Quod bonum, fauſtum felixque ſit*, inquit, *Quirites, Regem create: ſi dignum, qui ſecundus à Romulo numeretur, creaveritis, Patres auctores fient:* Atque ea conditione Regem creabant. Apud quem ergo ſumma rerum erat, dum Regia poteſtas vacans erat, Interrex appellabatur. Apud minores vero Romanorum, cum Reipubl.cauſa abeſſent Conſules, neque habendis comitijs intereſſe poſſent, ſive vitio Conſules creati eſſent, ſi Dictatorem comitiorum cauſa dici non placuiſſet, res ad Interregem deducebatur, ac per Interregem conſularia comi-

tia

a habebantur. His ergo de Interrege ictis: de Duûmviris Capitalibus videanus.

CAP. V.

De Duûmviris Capitalibus.

I Duûmviratus Capitalis repetere originem voluerimus, ab uſque Tullij Hoilij Regis temporibus erit repetenda. Is nim bellum cum Albanis geſturus, cooſam è caſtris aciem eduxerat. Tum etius Suffetius, Albanorum Dux, Reem Romanum ad colloquium vocat; ubi in conſpectum venerunt, diu de nditionibus pacis inter eos agitatum t. Hanc tandem pactionem inierunt: Ent in exercitu Albano trigemini fratres, ui Curiatii appellabantur, ut hi cum triminis Horatiis Romanis ferro decererent, utrius exercitus victores eſſent, is pulus alteri cum bona pace imperitat. Armati ergo, hinc Horatii, illinc Cuatii, in campum prodeunt: diu vario arte pugnant. ad extremum tres Cuatii, atque ii quidem omnes ſaucii, duos Horatiis obtruncant, tertio integro lico. Iuvenis ergo integer corporis nimique viribus, ne ſi ſtando triplices tari ictus non poſſet, ambire campum ſtituit. Ex Curiatiis qui validior erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

metu exanimatum fugere ratus, proſe-qui illum, ægre licet, pergit. Horatius, ubi alterum longe ab aliis eſſe cernit, Cu-riatium aggreditur, parumque validum facile obtruncat. Accurrentem fratri fer-re auxilium, primo illo etiam infirmio-rem, & vix ſuſtinentem arma, facilius oc-cidit. Tertium gravi vulnere, metuque graviore, minore negotio confodit. Iu-veni igitur Horatio, omnium conſenſu, glorioſiſſimus triumphus decernitur. Triumphanti ergo, cum omne genus ho-minum, tum Horatia ſoror, venit ob-viam. Hæc Horatia alteri ex Curiatiis for-te deſponſa fuerat; quæ ubi conſpexit oc-ciſi nuper à fratre viri pendentes ab ha-ſta exuvias, lamentis & fœmineo ejulatu complebat omnia: cujus rei indignatio-ne perculſus Horatius, ratus publicam lætitiam turbaſſe, gladio per pectus ſo-roris acto, ſororem interfecit. Trium-pho ergo acto, Horatius ad Regem tra-hitur, in carcerem conjicitur: ergo om-nium ſententia Horatium capite damna-bat; ſed recens tam inſignis facti memo-ria permultum favoris à Rege ipſo potiſ-ſimum ſibi vindicabat. Dilationem er-go judicii Rex quæritans, tum primum Duûmviros creat, quæſtionem Horatii ab ſe ad illos rejicit. Quid plura? Duûm-viri plectendum capite Horatium pro-

nunciant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

unciant: ſed Horatius ab ea ſententia opulum appellat. Res ad populi judi-ium rejicitur. Tum ergo ſenis, orbique ium liberorum parentis lachrymis, & ro concione orationibus, actam inſignis ctæ rei memoriam, reum juvenem po-ulus abſolvit. Tum ergo Duûmviris Ca-italibus initium eſſe cœpit: unius tan-em collegæ augmento Triũmviri facti int. Quod vero capitalibus quæſtioni-is præeſſent, & carceris reorum capi-lium cuſtodiam agerent, Capitales ap-ellati ſunt: cujus etiam Magiſtratus in amnatione M. Manlii Capitolini opera ſum Pop. Rom. Livius (*lib. 6.*) memi-t. Eorundem interventu triumviro-m in eos, qui cum L. Catilina in Rem-ub. conjuraverant, animadverſum eſt: meminit Salluſtius (*In bello Catil.*) Sed his ſatis multa: de Præfecto Vrbi jam dendum eſt.

CAP. VI.

De Præfecto Vrbi.

DE Præfecto Vrbi nuſquam antea quic-quam repperi, quam de Sp. Lucretii, tris Lucretiæ, præfectura: non tamen os Reges, prĉter Tarquinium Superbũ, æfectos Vrbi creare potuiſſe, negave-n. Quo ſeſe res vertat, cũ Regibus profi-

ficiſci opus foret, penes Præfectum Vrbi ſumma rerum relinquebatur. Vbi autem imperium propagatum eſt, totius Italiæ juriſdictio ad Præfectum Vrbi delata eſt. Omnia enim crimina, quę per totam Italiam admittebãtur, ut epiſtola divi Severi ad Fabium Cilonem cautũ eſt, Præfectura Vrbis ſibi vendicat. In initio vero ejus epiſtolæ, ita ſcriptum eſſe perhibetur. Cum Vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus, &c. Quicquid igitur intra Vrbem admittitur, ad Præfectum Vrbi videtur pertinere. Sed & ſi quid intra centeſimum lapidem admiſſum fuerit, Præfecti Vrbis notio erit: Si ultra centeſimum lapidem admiſſum fuerit, Vrbis Præfecti notio non erit. Audiet ſervos, qui ad ſtatuas confugerint , aut qui de dominis conquerantur, quod de ſuo peculio empti, non manumittantur. Audiet patronos egentes , & qui ſe ægros eſſe dicunt deſiderentque ſibi à libertis ſuffragium impendi. Relegandi etiam deportandique in inſulam, poteſtatem Præfectus hujuſmodi obtinet. Si quis autem ſervum ſuum in uxorem ſuam adulterium commiſiſſe aſſerat , apud Præfectum Vrbi erit audiendus. Neque eſt alienum ab ejus poteſtate, ut coram ipſo interdicta, quod vi aut clam exerceantur. Solent item ad Præfectum Vrbi tutores curatoreſque re-

mitt-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

mitti, qui male in tutela curave verſati fuerint, quique graviore animadverſione, quam ut ſuſpectorum crimen incurrant, indigent, ſeu quos probari poſſit, datis muneribus tutelam occupaſſe, ſeu accepta mercede operam dediſſe, quo minus idoneus tutor alicui aſſignaretur, vel conſulto circa edendum patrimonium ipſius, quantitatem minuiſſe, ſive evidenti fraude pupulli bona alienaſſe. Id quoque injunctum eſt huic Magiſtratui à divo Severo, ut mancipia tueatur, ne proſtituantur. Curare præterea Præfectus Vrbi debet, ut nummularii probe ſe gerant, circa ſuæ profeſſionis negotia obeunda, temperentque ab iis, quæ leges non admittunt. Si autem patronus contemni ſe à ſuo liberto docuerit, aut contumelioſum ſibi libertum queratur; ſive ſe convicium ab eo paſſum, liberoſve ſuos, vel uxorem, autquid huic ſimile, objectum fuerit, Præfectus Vrbi adiri ſolet, & pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare, aut ulterius procedere in pœnam ſolet. Quod ſi delatum ſe à liberto, aut contra ſe cum inimicis conſpiraſſe doceat, etiam metalli pœnam in eum Præfectus conſtituet. Cura etiam rei macellariæ omnis, juſto ut pretio veneat, ad officium Præfecti pertinet; & ideo forum boarium, ſua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

rium, piſcarium, & olitorium ad ejuſdem Præfecti curam pertinet. Ad tuendam quoque popularium quietem, diſpoſitos ſtationarios milites habere debet, curareq; , ut ſibi, quid ubique agitur, per delatores renuncietur. Poteſt etiam Vrbi interdicere, negotiationi, profeſſionibus, advocationibus, & foro, ad tempus, & in perpetuum. Sed cum multo tempore Præfectus Vrbi creatus fuerit, demum illius ditione deleta, & ad prætorem tranſlata, Latinarum feriarum duntaxat cauſa creari cœptus eſt. Et cum cæterorum omnium Magiſtratuum fora quieſcerent, ſoli Præfecto Vrbi Latinarum cognitio relinquebatur. Hoc viſum eſt, ut de Præfecto Vrbi Latinarum ſubjicerem: ne quis alteram Magiſtratus ſpeciem eſſe arbitraretur. Pleraque, quæ ad Præfecti ditionem pertinere videbantur, de induſtria omiſi: nam tempus viſum eſt, ut de Conſulibus agerem.

CAP. VII.

De Conſulibus.

COnſularem poteſtatẽ Regiæ poteſtatis exemplo accerſitam fuiſſe, vetuſtatis monumenta declarant. Exactis enim Regibus, duo viri creati ſunt, quibus præter quam quod annuum imperium

datum

datum eſt, nihil aliud immuratum eſt. Itaque lictores, & trabeam, cæteraque Regum inſignia retinuere. Quod autem conſulere Rempubl. deberent, Conſules appellavere. Injunctumque, ut omnium quæ è Republica fore arbitrarentur, diligenter curam agerent. Primi Conſules poſt exactos Reges fuere L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus. Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat faſces forent; ne, ſi penes utrumque populus conſpexiſſent, duplicatum terrorem ex uno ad duos Reges quereretur. Duodecim erant numero lictores, qui cum faſcibus cuique conſulum ſecures præferebant. Quem numerum lictorum elegiſſe Romulum ferunt, eo quod duodecim vultures in Aventino monte, cum auguriis cum fratre contenderet, inſpexit. Nonnullis autem atque idoneis auctoribus, hæc, ut pleraque alia, ſcilicet apparitores, ſellam curulem, togam & prætextam ab Ethruſcis finitimis populis aſciviſſe, veriſimilius videtur. Ethruſcos, ſcilicet, cum duodecim populis conſtarent, Rege communiter creato, ſingulos unum lictorem Regi exhibuiſſe. Lictores autem à ligando dictos exiſtimant, quod quem conſules prehendi ligarique juſſiſſent, præſto ad parendum eſſent, & venientes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Conſulibus obviam, de equo deſcendere juberent. Iunio autem Bruto, altero ex primis Conſulibus, in bello extincto, cum ſolus P. Valerius in Conſulatu remanſiſſet: (hic enim in Tarquinii Collatini locum ſuffectus erat, quod ille ob inviſum Tarquiniorum genus, ſe conſulatu abdicare compulſus eſſet) ut ſunt mutabiles vulgi animi, in ipſum non invidia modo, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine oborta eſt: Et cum conſul advocata concione ſe expurgaſſet, auctor eſſe inſtituit ferendæ legis, ut adverſus omnes Magiſtratus eſſet provocatio. Tum igitur Conſularis auctoritas Regia poteſtate longe inferior eſſe cœpit, ac libertatis jacta ſemina mirum in modum coaluiſſe viſa. Conſules, niſi ex patribus creari, quod apud alios auſpicia non eſſent, religionem fore creditum aliquando eſt. Profligato tandem Gallico bello (eo ſcilicet, quo T. Manlius torque hoſti Gallo, quem ſingulari certamine occiderat, detracto, Torquati cognomen ſibi poſteriſque ſuis clariſſimum dedit) aſſiduis tribunitiis ſeditiobus victi, alterum ex plebe Conſulem creandum conceſſère. Primus autem de plebe Conſul L. Sequacius creatus eſt: & cum antea Tribunos militum, qui pro Conſulibus eſſent, ex ſuo quoque ordine creari plebs obtinuiſſet, ſæpenumero

crea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

creationi tribunorum conſularis poteſtatis intermiſſio occurrit; adeo, ut duobus aliquando, nonnunquam pluribus, ſæpe etiam paucioribus annis Conſulare imperium vacaverit. De conſtitutione vero Conſularis poteſtatis, illud vulgo compertum eſt, habitis videlicet per conſules, ſive alterum duorum, ſive per Interregem, aut Dictatorem, comitijs, (quę tribuum centuriarumque conventu ac ſuffragiis conſtant) & in campum Martium accitis, qui conſulatum petituri ſunt, in campum deſcendunt, atque eo, quod tunc candidis veſtibus induti ſunt, Candidati vocantur. In quem igitur populi ſuffragia, conſularibus habitis comitiis, auſpiciiſque rite peractis, concurrebatur is erat Conſul deſignatus. Sed quoniam de comitiis habuimus mentionem, non incongruum eſt, hic nonnihil ex iis, quæ ad nos uſque pervenerunt, adſcribere. Comitiorum enim alia Calata, alia Tributa nuncupantur. Calata vero dicta ſunt, eo quod calari, id eſt, vocari per lictorem ſolebant: Ea vero in Centuriata & Curiata dividuntur. Curiata ex curiis, quæ triginta numero erant, & omne genus civium continebant, per lictorem curiatim vocabantur. Centuriata vero per cornicinem ex cenſu & ætate accerſebantur. Tributa vero ex omnibus re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

gionibus Vrbis ac tribubus (ut reor) nuncupata conſtabant. Centuriata autem intra pomerium fieri nefas erat, quia exercitum (ut ferunt) extra Vrbem imperari oporteat, intra Vrbem imperari jus non ſit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi, quod exercitum imperari præſidii cauſa ſolitum ſit. Illud præterea neceſſarium, Conſulatum petentibus, ut per ſeipſos comitiis intereſſent, per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quod etiam præſcribendis cæteris Magiſtratibus, obſervatum animadvertere eſt. Eam præterea poteſtatem, qua de agimus, & filii familias, & ſui juris conſtituti conſequuntur, ſeque ipſos apud ſe ſua auctoritate emancipandi facultas eſt. Tandem etiam inſtitutum, ut qui Conſules facerent, ipſo jure abſque emancipatione à patriæ poteſtatis vinculo liberarentur. Sed de Conſulibus ſatis: jam de ſumma Dictatoris poteſtate, quæ colligere potui, deinceps adjiciam.

CAP. VIII.

De Dictatore.

DIctatorem Albanos prius quam Romanos habuiſſe, quippe qui Metium Suffetium habuerunt, teſtis eſt T. Livius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

vius. (*lib.* 2.) Apud Romanos vero primus Dictator factus eſt T. Largius, primum Conſul; quo anno, quibuſve conſulibus, non ſatis conſtat. Illud vero liquet, Latino Sabinoque bello impendente, ſexagintave populis in Romanos conjuratis, concitante Octavio Mamilio Tuſculo, Tarquinii Superbi genero, quem tum penes exulabat, Dictatorem Romæ creari inſtituiſſe. Ea ſumma quidem apud Romanos poteſtas fuit: à qua nec provocandi jus fuiſſe, & animadverſionem in capite cujuſcunque civis Romani, totiuſque Reipubl. ſummam ditionem penes ipſum habuiſſe, veterum ſcripta teſtantur. Lictores & univerſa Regum inſignia Dictatori attribuere. Quod autem ſummum ei in populum jus, ſummaque poteſtas fuit, Magiſter populi cognominatus eſt: ex quo factum, ut qui poteſtatem aliquam de publico haberet, utpote illam quæ è ſuprema Dictaturæ poteſtate ortum duceret, Magiſtratus, velut à candido candidatus, appellaretur. Dictator haud alio pacto creari conſuevit, quam cum vis aliqua major de improviſo oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur. Prius non niſi ex Patribus, velut pleraque alia, Dictatorem legi fas fuit: tandem, ut cætera quoque, idipſum immutatum eſt. Bello enim,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quod Pop. Rom. cum Tarquinienſibus, Faliciſque geſſit primus de plebe Dictator creatus eſt C. Martius Rutilus, qui & ipſe Magiſtrum equitum etiam de plebe hominem C. Plancium dixit. Hunc Magiſtratum, quoniam quam ampliſſimus eſſet, non niſi ſex menſibus retinere licuit:quod vero futuros dictare Magiſtratus ſolitus ſit, appellatum eſſe Dictatorem, M. Varro ait. Hujus etiam prætextu Magiſtratus, L. Sylla, ac deinde Iulius Cæſar Rempubl. oppreſſere, tyrannidis inviſum atque infame nomen evitare cupientes. De Dictatore ergo, quantum per veterum diſquiſitionem licuit, circumſcripto: de Magiſtro equitum animadvertamus.

CAP. IX.

De Magiſtro equitum.

QVales Tribuni Celerum apud Reges, tales ferme apudDictatores Magiſtri equitum fuere: & ut Dictatori ſummum jus in populum fuit, ita in omnes milites & accenſos, Magiſtro equitum fuiſſe, traditum eſt. Primus Magiſter equitum Sp. Caſſius fuit, à T.Largio primo Dictatore creatus. Id demum officii fuit Magiſtris equitum apud Dictatores,quod tandem Præfecto prætorio apud Cæſares.

His

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

His ergo paucis de Magiſtro equitum contenti: de Tribunis plebis videamus.

CAP. X.

De Tribunis plebis.

TRibunis plebis creandis initium fuit ſeceſſio plebis à Patribus in montem Sacrum facta. Tranſacto enim bello, hinc Volſcorum, illinc Æquorum atque Sabinorum, cum ex promiſſis Patrum ferendæ legis, de liberanda à nexibus fœneratorum plebe, ſpes certis quibuſdam judiciis verſaretur, quæ tamen quadam calumnia ac nimia luſione protrahi videretur à Patribus, M. Valerio Dictatore creato, qui ad populares ſeditiones comprimendas, ingenſque gerendum bellum mitteretur; cumque pro plebe, ad ferendam legem intercedere cœpiſſet, & quod ſe & plebem fruſtrari videret, Magiſtratu ſe abdicaviſſet, accederetque ad indignationem plebis, quod Patres plebis animos à ſeditionibus avertere rati, ſub prætextu ſacramenti conſulibus præſtiti, novo bello cogere, ad militandum, adnitebantur. Plebs permoleſte id ferens, in montem Sacrum, qui eſt trans Anienem, tertio ab Vrbe miliario, ſeceſſit. Quod cum ingentem trepidationem incuſſiſſet Patribus (quonam enim modo

urbem

urbem omnium militum robore exhauſtam, ſi qua vis belli aliqua ex parte irrepſiſſet, tutari Rempubl. facultas dabatur) Menenium Agrippam, ſummæ ea tempeſtate auctoritatis virum, plebi charum pariter ac Patribus, legatum ad componendam popularem ſeditionem decernunt; qui gravi uſus oratione, apologum de conſpiratione membrorum contra ventrem induxit, quemadmodum nihilominus ſibi quam ventri ea conſpiratio cladem attulerit, qua uſque eo delinivit plebis animos, ut illius opera pacem cum Patribus iniverit. In cujus pactione fœderis, convenit, uti plebeios in urbe Magiſtratus obtinerent. Duos ergo Tribunos tum habere plebs cœpit, A. Virginio T. Vetuſio Conſulibus. Alia rurſus ſeceſſione, tres additi, Appio Claudio, & T. Quintio conſulibus. Mox quinque item alii, conſulibus M. Horatio Pulvillo, & Q. Minutio. Hoc pacto decem Tribunis in plebem Romanam fuit juriſdictio. Tribunorum vero demum cum in modum crevit auctoritas, ut quicquid Senatus decreviſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Tribuni approbaviſſent. Stabant ergo in veſtibulo curiæ, ubi habebatur ſenatus (templum enim ingredi non licebat) & quęcunque ſenatus decreviſſet, Tribunis animadvertenda perferebant-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

rebantur, ut ſi è Republica fore viderentur, approbarent; cætera ad arbitrium rejicerent, tum quæ ſenatus conſulta approbaſſent, T. literam in tergo adjiciebant, haud alio quidem pacto rata judicatum iri. Sed de Tribunitia poteſtate, ſi latius patere quicquam nobis voluerimus, Labeonis Antiſtii juris peritiſſimi extat ſententia: cujus verba, quemadmodum apud Aul. Gellium (*Lib. 13. cap. 12.*) ſcripta repperi, ita ipſe adſcripſi. In quadam, inquit, epiſtola Attei Capitonis ſcriptum legimus, Labeonem Antiſtium legum atque morum Pop. Rom. juriſque civilis doctum apprime fuiſſe: ſed agitabat, inquit, hominem libertas quædam vecors uſque eo, ut divo Auguſto jam Principe, & Rempubl. obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus inveniſſet. Ac deinde narrat, quid idem ipſe Labeo, per viatorem à Tribuno plebis vocatus, reſponderit. Iuſſit eum, qui miſſus erat, ad Tribunos redire, eiſque dicere jus eos non habere, neque ſe, neque alium quenquam vocandi, cum moribus majorum, Tribuni plebis prehenſionem haberent, vocationem non haberent. Poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe jubere, ſed vocandi abſentem jus non habere. Idque

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

etiam apud Varronem in libro rerum humanarum ſcriptum aſſerit, idem Aul. Gellius. (*ibid.*) Qui ſane Varro, cũ Triumvir eſſet, aſſerit ſe à Tribunis plebis vocatum non iſſe; & cum Tribunus plebis eſſet, vocari neminem juſſiſſe. Maximæ vero partes Tribunorum in interceſſionibus extitere (id quidem eſt, vim à cæteris Magiſtratibus prohibere fieri) haud minores in legibus ad populum ferendis, quæ plebiſcita appellantur. In quibus ſane rogandis, patrum intereſſe nulli admodum jus fuit. Quinetiam in provinciis proconſularibus aſſignandis: ut videre apud Plutarchum in vita M. Catonis, maxime in tribunatu P. Clodii, licet. Illud etiam obſervatum eſt inter Tribunos, ut ſi cæteri omnes unam rem probaſſent, unus vero id prohibuiſſet, plus cæteris quidem omnibus in ea prohibitione polleret, & reliquos omnes facile impedire poſſet. Sed de Tribunitia poteſtate hactenus: jam de Proconſulari hic pauca videamus.

CAP. XI.

De Proconſulari poteſtate.

DE hac quidem poteſtatis ſpecie, nihil quicquam prius reperi, quam bello à Pop. Rom. cum Æquis infeliciter geſto, maxi-

maximoque terrore urbi illato. Tum e-nim Conſul, qui in urbe remanſerat, quo ſeriosius delectum facere poſſet, Proconſulem creavit, qui obſeſſo collegæ auxilium ferret. Creatus eſt igitur Proconſul T. Quintus A. Poſthumio Albo, & Sp. Furio conſulibus. Quod vero pro ipſis Conſulibus mitterentur, eorumque vice functuri eſſent, Proconſules appellati ſunt. Iis Magiſtratibus cætera quidem Conſularia inſignia conceſſa ſunt, præterquam quod ſex duntaxat lictoribus uti, injunctum eſt. Qua tempeſtate, non ordinaria quidem, ſed delegata iuriſdictione Proconſul (de quo agimus) utebatur: quamvis poſtea uſu evenit, ut propria huic Magiſtratui iuriſdictio competere inſtituerit. Propagatis enim imperii finibus, compluriumque & ingentium bellorum adminiſtrandorum cura exorta, obſervari cœptum, ut quo quique anno Conſules fuiſſent, ſequenti Proconſules remanerent, & varias provincias cum imperio ſortirentur. De finibus autem Proconſularibus, quæ nanciſci potui, ea breviter ſubjiciam. Poteſtatem ſuam Proconſul, niſi in ea provincia, quam eſt ſortitus, exercere non poteſt; quamvis voluntariam (ut aiunt) iuriſdictionem ubique exerceat. Ea eſt: auctoritatem manumittere ſervos ſuos apud

ſe volentibus, aut ſe adoptandos dare, paſſim præſtare. Contentioſam vero jurisdictionem, præterquam in provincia, tractare non poteſt: nec quicquam in ea provincia negotiorum exoritur quin ad Proconſulis adminiſtrationem pertinere ſoleat. Sin autem fiſcalis cauſa inciderit, melius faciet ad Procuratorem Cæſaris deferre. Si uxorem ſecum in provinciam duxerit, (quod non feciſſe decentius putabitur) eaque deliquerit, in eam ipſam animadvertet. Obſoniis dono miſſis, ut prorſus abſtinere non debet; ſic in accipiendis, modum ſervare: valde enim inhumanum eſt, à nemine accipere; paſſim vero, viliſſimum & penitus avariſſimum. Ab aliis vero rebus dono miſſis, omnino abſtinere Proconſulem oportet. Item ab emptionibus omnium rerum, præterquam victus quotidiani cauſa. Lites vero, quæ ſerioſa excuſſione animadverſioneque indigent, ſummatim pertractare ac diffinire non debet. Quæ cognitionem exactiorem non deſiderant, ut obſequium parentibus à liberis, & patronis exhibeatur à libertis, ſummatim animadverſa pronunciare poterit. Parum autem obſequentes patronis ſuis libertos, cum verbis paulo atrocioribus exterreat, tum etiam fuſtium caſtigatione coerceat, abſque judicii ſane ac fori

ſtrepi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

epitu. Non habentibus autem advo-
tum ob inopiam, ſeu adverſarii poten-
m, ultro exhibeat: ac denique univer-
expediat, quæ mero (ut ajunt) imperio
ignari ſolent. Id enim ſignificat, gladii
teſtatem in facinoroſos quoſque ani-
advertendi habere. Sed quoniam ne-
tiorum provincialium multitudinem
r ſeipſum obire Proconſulem perdif-
ile eſt, Legatum Proconſules habere
lent: de cujus poteſtate & officio pauca
lenda ſunt.

CAP. XII.

De Legatis Proconſulum.

Olent Proconſules, ob rerum gerenda-
rum in provincia multitudinem, Lega-
s ſtatuere, qui non propria quidem, ſed
andata juriſdictione utuntur; quos,
uſquam in provinciam pervenerint,
i ſubſtituere non poſſunt. Si quid au-
n Legato occurrat, cujus rei gravitas
actiorem diligentiam exigat, ad Pro-
nſulem remittere Legatus debet. Ne-
e enim animadvertendi, coercendi, ſeu
ociter verberandi, Legato licentia eſt.
lices tamen litigantibus, tutores etiam
pillis dare poteſt; cuſtodiarumque,
æ per provinciam in ſtationibus diſpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſitæ ſunt, ſolet Proconſul Legato cogni-
tionem commendare; nec prius, quam
provincia Proconſul diſcedat, Legatum
dimittere conſuevit. Et ſi diem ſuum ob-
ierit in provincia Proconſul, ita demum
ſibi mandata negotia exiget, ſi res integra
non inveniatur. Sin vero abeſſe à pro-
vincia Proconſulem fortaſſe contigerit,
cauſas etiam, quæ animadverſionem exi-
gunt, delegabit. His igitur de Legato Pro-
conſulis viſis. de Ædilibus jamdudum vi-
deamus.

CAP. XIII.

De Ædilibus.

ÆDilitatem plebeiam pro vetuſtiſſi-
mo Magiſtratu habeo, &, utrum
ante Tribunos plebis creari cœperint,
ambigo. Moveor, quod ab exactis Regi-
bus ad ſeceſſionem in Sacro monte fa-
ctam, plebs, maxima quidem pars Pop.
Rom. tanto tempore abſque aliquo in
Republica Magiſtratu, à quo tueretur, ex-
titerit. Quin apud Livium (*lib.* 3.) haud
multo poſt Tribunos plebis creatos, pe-
ſtilenti quodam tempore, cum & Con-
ſulum alter obiiſſet, alter vero ægram a-
nimam traheret, apud Ædiles plebeios
& Conſularem & Tribunitiam poteſta-
tem, & tandem totius Reipublicæ ſum-

am reſediſſe conſtat. Non quod illos
nc primum creari cæptos appareat, ſed
uod longe antea creatos eſſe potuiſſe
cile ſit. Creſcentibus autem plebeis opi-
us, ita ut etiam Dictatores ac Pontifi-
s de ſuo quoque corpore præſtarent,
m Patres, multoties certamine à plebe
cti, duos Ædiles plebeios ex Patribus
eandos pervicerunt. Nam cum Ædili-
us plebeis ludos faciendos, ſolenneſque
o ordinibus in concordiam redactis
ies in Faſtis referendos mandarent, ne-
arentque ſe id facturos eſſe Ædiles ple-
is, conclamatum eſſe à juvenibus pa-
riciis dicitur: ſe id honoris deorum im-
nortalium cauſa, libenter acturos, ut alii
ediles fierent. Quibus cum ab univerſis
ratiæ actæ eſſent, Senatuſconſultum fa-
tũ eſt: ut duos viros ex Patribus, qui Ædi-
es forent, Dictator populũ rogaret, Pa-
res comitiis actores fierent. Duo ergo
atricii Ædiles creati ſunt, Cn. Quintius
apitolinus, & P. Cornelius Scipio. Sed
uos tandem Ædiles creatos alios à Iulio
Cæſare; qui, quoniam frumento præeſ-
ent, Cereales appellati ſunt: ut apud i-
loneos invenio auctores. Ædiles, à ſacra-
rum ædium quam gerebant cura, appel-
ati ſunt. Curules vero ii qui ex Patribus
creati ſunt, quoniam ſella curuli vehe-
rentur, cognominati ſunt. Plebei vero &

Cereales jam adeo manifeſto cognomin
ſunt, ut interpretatione noſtra non
geant. Ludos inſtituere, qua impenſ
quibuſve in ſpectaculis fierent, ad Æd
lium partes pertinebat. Id etiam era
haud leve Ædilitatis munus, ut ſua qui
que Ædilis factus impenſa, ludos pro mo
do patrimonii ac dignitatis ſuę celebran
dos curaret: cujus inſtituti M. Cicero, i
iis libris quos De Officiis inſcripſit, cum
de ſua, & Magni Pompeii ædilitate me
minit, locuples teſtis eſt. Aſconius au
tem Pedianus, (*In Orat. Cic. contra L. Pi
ſo. in fin.*) Pompeium Ædilem creatum
theatrum, quod ſumma impenſa ædifi
caverat, magnificentiſſimis ludis, in qui
bus currus cum elephantis induxerit, de
dicaſſe ait. Id etiam in argumentis comœ
diarum, quibus nomina Ædilium, qui lu
dis præfuerant, adſcripta ſunt, facile eſt
animadvertere. Locorum autem diſcre
tio, & cuilibet ordini pro dignitate aſſi-
gnatio, Ædilium muneris eſt. Val. Maxi-
mus in libris Dictorum ac Factorum me-
morabilium (2.) ſcripſit, Attilium Sera-
num, & L. Scribonium Ædiles, ſenatus ac
plebis loca ſecreviſſe. Quod ſi ſervum
quiſpiam, aut jumentum morboſum, aut
vitioſum, pro integro ſanoque venum
dederit, edicto Ædilium emptori ſuccur-
retur. Quod vero cloacæ publicę, & aquę-
ductus,

ductus, cæteraque ædificia lauta, munda, integraque & expedita aſſervarentur, Ædilium officium eſt. Denique quicquid rerum vitioſarum pro ſincero, fractum pro integro uſquam veniſſet, Ædilitio edicto redhiberi ſolet. De Ædilibus hæc habui, quæ dicerem: de Decemviris pauca videamus.

CAP. XIV.

De Decemviris, legum ferendarum cauſa creatis.

DEcemviris ſummam poteſtatem ineuntibus, Magiſtratus omnes, qui Rempubl. gerebant & regebant, exolevêre: quibus creandis, hoc in cauſa fuiſſe perhibetur. Plebe enim quotidianis ſeditionibus, tum ob creandos de plebe Magiſtratus, tum ob ferendam legem de ſolvendo à nexibus fœneratorum, ſæpe etiam de connubio, ut nubere liceret plebi cum Patribus, nonnunquam ob ferendam legem agrariam, divina ſimul humanaque omnia miſcente, & tandem communes quaſdam leges ferri petente, ne quis eſſet invidiæ locus, leges extraneas accerſiri placuit. Miſſi ergo tres Athenas ſunt legati, qui inclytas leges Solonis ſcriptas ferrent: jura etiam & mores aliarum civitatum noſcerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Ii fuere, Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio, quam receſſerant, leges ſcriptas referunt: pro quibus ſane cenſendis, promulgandiſque centuriatis comitiis (quod, ut ſanctiores eſſent, fieri oportebat) Decemviros creant, qui ſuo arbitratu leges promulgarent. Ii fuere, Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, Aul. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſthumius. Placuitque, ne ab horum poteſtate eſſet provocatio. Penes alterum vero, ut ſors ferret, quoaduſque omnem numerum pervaſiſſent, certis diebus lictores forent. Eodem ergo anno Decem Tabulas edunt, poteſtatem inſpiciendi omnibus faciunt, edicunt, agitent ſecum omnes, ſi quid emendari, ſuppleri, minuive opus eſſe cenſeãt, omnium ſe ſententias æquo audituros eſſe animo. Poſtquam ſatis emendatas eſſe apparuit decem tabulis ſcriptas leges centuriatis comitiis perferunt, ac ſimul ſe magiſtratu abdicant. Cum vero rumor percrebuiſſet, duabus aliis tabulis jus Pop. Rom. plenum & abſolutum fore, iterum, habitis comitiis, alii Decemviri ſubrogati ſunt. Tum Appius, (Claudius) cui comitia habere datum fuerat, ſeſe contra jus faſque Decemvirum creat. Collegæ fuere,

M. Cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

M. Cornelius Maluginenſis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Ceſo Duellius, Oppius Cornicenſis, M. Rabuleius. Operæ pretium eſt audire, quam ii Decemviri per ſpem ac libidinem dominandi, omnem Reipubl. ſpeciem deleverint. Idibus Maiis coinivere Magiſtratum, cum duodenis ſinguli faſcibus forum complevere. Neque enim ad rem pertinere, demi ſecures, quando abſque provocatione creati eſſent, interpretabantur. Decem ergo ſe, Regum inſtar, primo conſpectu præbuiſſe ferunt. Incredibile eſt enim quantum ea ſpecies urbi terroris injecerit: Neque ſuus urbem fefellit timor. Primum cum abſtinere à Patribus cœpiſſent, in humiliores libidinem crudelitatemque exercebant. Hominum, non cauſarum toti erant, ut apud quos gratia potius, quam æqua vim judicia haberent. Domi contrahebant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellaſſet, ab eo, ad quem appellaviſſet, ita diſcedebat ut pœniteret, prioris decreto non ſtetiſſe. Opinio etiam fuit, fœdus clam inter eos jurejurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque Decemviratu poſſeſſum ſemel obtinerent imperium. Hac conditione jam major anni pars proceſſerat, & duæ tabulæ ad decem

 alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

alias adjectæ fuerant,nec aliud quicquam ſupererat,niſi ut centuriatis comitiis perferrentur. Hoc peracto, cum laberetur annus,nullaque comitiorum mentio haberetur: & quāvis anni exactione factos privatos plebs obſtreperet, ac libertatem prorſus amiſſam conquereretur, eo illi nihilo minore faſtu, ac petulantia abutebantur. Sed hæc urbanos inter ſtrepitus, cum nunciatum eſſet bellum à Sabinis Æquiſve impendere,paululum intercidit. Habito enim delectu, Decemviri,armato exercitu, in bellum prodeunt. Dum bellum vario eventu geritur, Appius Claudius Decemvir, qui gerendis rebus urbanis remanſerat, plebeiæ virginis, cujus amore deflagrabat, ſtuprandæ conſilium capit. Pater ejus L. Virginius,qui tum honeſtum ordinem in caſtris ducebat, Icilio cuidam,tribunitio viro,puellam deſponderat. Hanc virginem forma egregiam cum Appius primum prece ac pretio pellicere tentaſſet, parumque ſibi ſuccedere cuncta cerneret, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit: M. Claudio clienti negotium dat, ut coram ſe, pro tribunali ſedente, puellam in ſervitutem aſſerat: cæteros omnes,qui in libertatem aſſerant, rejecturum promittit. Opportunitatem ergo nactus M. Claudius, libidinis miniſter,tranſeunti per forum puellæ ſce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

læ ſceleratas manus injecit, ſervam ſuam, ſervaque natam appellans, ac ſequi ſe puellam jubet: Cunctantem vi abſtracturus eſſe videbatur, cum ad clamorem ereptæ, nutriciſque fidem Quiritum implorantis, multitudinis concurſus factus eſt: Iamque à vi tuta eſſe videbatur: tum Claudius nihil eſſe opus tumultu ait, ſe jure graſſari; ſi non crederent, ſe ad tribunal ſequerentur. Cum ad tribunal ventum eſt, petitor apud argumenti auctorem agit, puellam domi ſuæ natam, furtoque ſubtractam, in domum Virginii pro filia eſſe ſuppoſitam. Interim dominum ancillam ſequi, quod ita æquitas dictaret, interloqueretur. Compoſuerat ita ſe facturum Appius Claudius, ne ſine cauſæ cognitione pronunciare in ſervitutem videretur. Tum advocatis puellæ intercedentibus, patrem Reipubl. cauſa abeſſe, iniquum de liberis abſentis agi, cæteraque hujuſmodi allegantibus: Icilius vir, & Numitorius avus ſuperveniunt. Icilium autem, ut erat vir acer, multa intrepide vociferantem, Appius per lictorem ſubmoveri juſſit. Sed cum ille conſtantiſſimo animo reſiſtere pergeret, ac multitudinis concurſus ingens fieret, Appius, ne exortus tumultus, novandi res occaſionem faceret, vades de virgine in poſterum diem ad judicium

cium ſiſtenda, dari juſſit, Interea patrem accerſunt nuncii. advolat in urbem pater, ac prima luce ſordidatus filiam obſoleta veſte, cum aliquot matronis ſecum in forum ducit. Vociferat, opem ferant. lamentatione & querelis omnia implet. Idem Icilius, idem puella ac matronæ faciunt. Adverſus hæc omnia, Appius obſtinato animo tribunal aſcendit, vindicias ſecũdum ſervitutem decrevit. Quod decretum cum ingentem admirationem incuſſiſſet, ac M. Claudius iret ad comprehendendam virginem, tunc pater intentans in Appium manus, Icilio, inquit, non tibi, Appi, filiam meam deſpondi: ad nuptias, non ad ſtuprum educavi. ſed quæſo, patrio dolori ignoſcas, ſi quid ſum in te invectus inclementius. Sinas ergo coram virgine me nutricem percunctari, quid hoc rerum ſit: ut ſi falſo pater ſim, re comperta, æquiore hinc animo diſcedam. Seductam ergo filiam, percunctandi prætextu, rapto è taberna lanii cultro, filiam interemit. Quid multa? rei indignitate pariter omnes commoti, in forum concurrunt. Appius autem ut tumultuari cœptum videt, quo vitæ conſuleret, obvoluto capite effugit. Plebs ergo, recuperandæ libertatis occaſione nacta, arreptis armis, duce Virginio in Aventinum recedit. Nec minus Icilius in
caſtris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

caſtris militum concitat multitudinem, plebiſque urbanæ exemplo, decem Tribunos militares creant, ingentique cum exercitu ad urbem accedunt, alteri ſe exercitu conjungunt. Hoc pacto armata plebs ſecedere ſtatuit. Eo ergo, quicunque per ætatem valetudinemque potuerunt, cum uxoribus liberiſque pervenêre. Iis tantis motibus rerum perculſi Decemviri, ſenatum frequentem fieri jubent: rogant, quid è Republ. fore cenſent, edicere. Denique cum multa ultro citroque in ſenatu agitata eſſent, ac plerique ſenatores intrepide Decemviros oratione caſtigaſſent, decem Tarquinios appellantes: Decemviri tandem futuros ſe in poteſtate Patrum affirmarunt, modo ſeſe ab injuria tuerentur: ac ſimul legatos mittere, ad res componendas, ſtatuunt. Miſſi ergo legati, M. Horatius & L. Valerius, probatiſſimæ exiſtimationis viri: de conditione pacis cum plebe agunt. Petebat autem plebs inter conditiones pacis, ad ſupplicium Decemviros: quod legati primum compoſitis orationibus diſſuaſerunt plebi. Contenta igitur plebs fuit, ut ſui ſibi Tribuni reſtituerentur, &, ut conſueverat, rediretur ad Conſules. Interim abdicant ſe magiſtratu Decemviri. Comitia Conſulibus Tribuniſque creandis habentur. Hoc pacto creatis exactiſ-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

que Decemviris, ad prioris formam regiminis reditum eſt. Hæc de Decemviris: de præfecto Annonæ aliquid ſubjiciamus.

CAP. XV.

De Præfecto Annonæ.

QVoniam de Poteſtatibus agere inſtitui, ratio temporis admonet, ut de Pręfecto Annonæ (extra ordinem tamen creari conſueto) nonnihil adjiciam. De quo ſane Magiſtratu nihil quicquam prius repperi, quam Appio Claudio & P. Servilio conſulibus, eoque anno, quo Tarquinius Superbus exul apud Ariſtodemum tyrannum mortuus eſt. Tum inter Conſules orta contentio dicitur, de dedicatione ædis Mercurii: quæ ſane hac conditione ſopita eſt; quod uter dedicaret Mercurii ædem, is quidem Annonæ præeſſet. Populus dedicationem dedit M. Lectorio Primipilo, non tam ob hominis ipſius meritum, quam ob ignominiam conſulum, haud probe in magiſtratu obſervatorum. Cæterum, ut hoc apud Livium (*lib.* 4.) non mihi planum uſquequaque apparet, credo errore ſcribentium, ita de L. Minutio Præfecto Annonæ, haud multo tempore poſt, uſquequaque manifeſtum eſt. Hujus Magiſtratus,

tus,

us, difficili tempore & caritate annonæ, ſus potiſſimum atque opera exigeba- ır. Frumentum undique coemendum, , ſi quis ultra proprios uſus poſſideret, medium ponendum curabat, advehi ndique, & advectum diſtribui, & juſto retio venire moliebatur. Cujus ope Ma- iſtratus, egregia Pop. Rom. penuria la- oranti, ſæpe opera navata eſt. Eam Po- eſtatem, de qua agimus, cum Pompeius le Magnus gereret, atque è Sicilia cum nagna vi frumenti ſolvere pergeret, ac ubernatores claſſis, non ſe, commit- endos maxime ſævienti pelago dice- ent, illam ſaluberrimam Reipub. vocem didiſſe fertur. Navigare enim, inquit, ne- eſſe eſt, vivere neceſſe non eſt. Tantus ræterea annonæ hujus cauſa favor au- toritaſque acceſſit; ut quæ alioquin per- onæ ad accuſationem minus idoneæ eſ- ent, hac tamen in cauſa admitterentur: ujuſmodi ſunt mulieres infames, & uæ ſunt ejus generis. quo nos etiam ju- e utimur. Sed de Præfecto Annonæ ſatis: unc de Tribunis militum conſulari po- eſtate, pauca inſpiciamus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XVI.

De Tribunis militum, conſulari poteſtate.

CRebris quidem ſeceſſionibus plebis à Patribus, quibus Conſules de ſuo quoque corpore creari peteret, externis etiam bellis ingruentibus, plebeque ipſa delectum pati negante, coacti tandem Patres ſunt, ut aut civibus, aut hoſtibus de victoria concederent. Ab quorundam autem ſententiis, quoniam Tribunos plebis cæde violandos putarent, quos, fœdere cum plebe icto, ſacroſanctos haberent, primores Patrum abhorrebant. Per hæc conſilia eo res deducta eſt, ut rogatione Camilei, Tribunos militum, qui pro Conſulibus eſſent, tam ex plebe, quam ex Patribus, promiſcue creari Patres ſinerent, de Conſulibus nihil immutaretur. Tres ergo Tribuni conſulari poteſtate, qui Militares vocarentur, creati ſunt: iique conſtituti ſunt vario numero. Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Superiores autem tres hi fuere, Aul. Sempronius Atratinus, L. Atilius, & T. Clœlius, patritii omnes. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit, quod eius ratio habita eſſe videretur. Tunc igitur primo à Conſulibus ad

Tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Tribunos militares conſulari poteſtate [v]entum eſt, M. Genutio, & P. Curiatio [c]onſulatu abeuntibus. Penes quem ſane Magiſtratum (ut ipſum nomen indicat) [e]adem, quæ apud Conſules poteſtas erat, [c]ollata eſt, nominibus tantum immuta-[t]is, ac plebis ratione haberi cœpta. His [e]rgo de Tribunis militum delibatis: Cen-[ſ]orum poteſtatem jamdudum conſide-[r]emus.

CAP. XVII.

De Cenſoribus.

CVm ob multa & varia bella, civileſque ſeditiones, Romæ pluribus annis po-pulus incenſus manſiſſet, neque eſſet lu-ſtrum aliquod de more conditum, ne-que differri cenſus poſſet, neque conſuli-bus, cum multum bellorum immineret, [i]d negotii agere operæ pretium eſſet, mentio inita eſt à ſenatu: rem videlicet operoſam, & minime conſularem pro-prio Magiſtratu indigere, cui ſcribarum miniſterium, cuſtodiæque, & tabularum cura, arbitriumque formulæ cenſendæ ſubjiceretur. Tum duo Cenſores creati ſunt, Papyrius, & Sempronius, cenſuique habendo præfecti, ab eaque re Cenſores appellati, M. Geganio Macerino, & T. Quintio Capitolino conſulibus. Inſtitu-

 tumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tumque, ut quinquennio is Magiſtratus perduraret: quod tandem tempus, ob Cenſorum inſolentiam, immutatum, ad annumque redactum eſt, A. Mamertio Æmilio Dictatore, Iulio Virginio, M. Appio Licinio Conſulibus. Mirum quippe dictu eſt, quanto Cenſuræ initium parva ab re ortum incremento adauctum extiterit. Eo quippe pervenit, ut morum diſciplinæque Rom. Senatus, Equitumque regimen, decoris, dedecoriſque diſcrimen, ſub ejus ditione Magiſtratus, privatorum jus, publicorũq; locorum vectigalia, Pop. Rom. repoſita eſſent, in Senatum allegere, Senatus principem deſcribere, cenſum agere, luſtrum condere, equos adimere. quos autem putaſſent parum dignos, Senatu amovere: ut feciſſe fertur C. Fabricius, qui Cenſor P. Cornelium Rufinum, patricium virum, Senatu movit, quod decem pondo argenti facti pro convivio appoſuiſſet. M. autem Cato Cenſor C. Flaminium, T. Flaminii fratrem, Senatu ejecit, quod exhortatus à ſcorto, ut aliquem ex iis, qui in vinculis erant (obtinebat enim Proconſulari imperio Galliam) ſecuri percuteret, obtemperavit. Quid dicam, quam leviſſimis ex cauſis cenſoriam inurere notam conſueverint? Nimis corpulentos milites, unguentoque nitidos, equis ademptis, ignominiaque

niniaque notatos, exercitu dimiſere. E-
uiti Romano nimium compto, equum
rigoſum & vix oſſibus hærentem, ha-
enti, cum obequitantes urbem Cenſores
eniſſent obviam, percunctantibus: ut
uid ipſe tam ruber & comptus, equus
am macilentus & ſqualore obſitus eſſet:
ic eques Romanus: quoniam, inquit,
ſe me curo, equum vero Statius meus
rvus. Viſum eſt, id parum reverens re-
onſum, atque ob id ignominia à Cen-
ribus notatus eſt. Civem Romanum,
ui altius oſcitaviſſet in auditorio Cen-
rum, ignominiæ nota affecerunt. Sed
um reſciſſent, non incontinentia, ſed
aletudine id factum eſſe, ilico reſtituêre.
um celebrationi quorundam ſponſa-
orum intereſſent, virumque, num eam
corem ex animi ſui ſententia haberet,
e more interrogaſſent; illeque, ex paren-
bus, non autem ex animi ſui ſententia
habere reſpondiſſet, eveſtigio labe
nominiæ conſperſus eſt. Magnopere
im ab eorum majeſtate alienum eſſe
ti ſunt, quod in conſpectu cenſoriæ ſe-
ritatis leviculus homo adeo ridiculoſe
iſſet cachinnatus. Multa in hoc gene-
(ne ſim nimis multus fortaſſe) omit-
nda, undique allecta, dici poſſent. Sed
ud non eſt prætermittendum, quod
tero ex Cenſoribus morte ſubducto, al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

terum in demortui locum ſuffici religi fuit. Itaque reliquum abdicari ſe magi ſtratu, ut duo de integro Cenſores crea rentur, inſtitutum eſt. Id enim huic ob ſervationi cauſam dedit, quod eo anno quo Galli Romam ceperunt, altero e Cenſoribus mortuo, alter quidem in de mortui locum fuerit ſubſtitutus. Ome ergo viſum eſt, & pro lege perpetua, n id amplius fieret, obſervatum eſt. Cenſo res vero, cum præterquam ex Patribu duntaxat creari aliquando nefas fueri id quoque, ut cætera immutatum eſt,a que indifferenter fieri cœptum. Illud e iam cenſoribus negotio datum eſt, ne i fœnore modus excederetur. De Cenſo ribus igitur abunde dictum ſit: jam d Triumviris, agris dividendis, nonnil dicamus.

CAP. XVIII.

De Triumviris Coloniæ deducendæ.

ARicini, atque Ardeates, cum de amb guo agro ſæpe bello certaſſent, mul invicē cladibus feſſi, Pop. tandem Ro ea de re judicem conſtituere. Cum erg utriuſque civitatis legati oratum cauſa veniſſent, concilio populi à magiſtrat bus dato, magna contentione actum e

Iar

mque editis teſtibus, cum tribus voca-
,& Pop.Rom.inire ſuffragium oporte-
t,conſurgit P.Scaptius de plebe,magno
atu: Et, ſi licet, inquit, Conſules de Re-
ub. dicere, errare ego populum in hac
auſa non patiar. Sed cum quaſi vanum
 delirum rejicerent Conſules, audien-
umque prorſus negarent, pergentem
ociferare, Publicam cauſam prodi, per
ctorem ſubmoveri juſſerunt. Hic ille
ribunos appellat, ad eos admiſſus, ter-
um & nonageſimum ſe annum agere,
quit, eum agrum, de quo duo populi
mbigant, tenere memoria fixum, neu-
rius populi,ſed Coriolanorum fuiſſe,at-
ue eo ſe tempore militaſſe, quo captis
oriolis, is ager jure belli Pop. Rom. fa-
tus eſſet: proinde ſe magnopere ſuade-
e Pop. Rom. ne inutili pudore cauſam
uam damnaret. Movit non tam homi-
is auctoritas, quam commoditas uſuſ-
que agri:tantumque Tribunitia poteſtas
aluit, ut cum hac de re latũ eſſet ad po-
ulum,lex de agro Pop.Rom.adjudican-
o promulgaretur. Quod ſane factum
magnopere dehoneſtavit majeſtaté Pop.
Rom. multumque apud finitimas civi-
ates infamiæ dedecoriſque contraxit.
Quamobrem, cum id ægre ferrent Pa-
res, ac non multo poſt judicium de Ar-
deatibus egregie pro auxilio illis adverſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Volſcos allato meriti eſſent, cum tantam infamis judicii notam prorſus ex animis delere cuperent, Senatuſconſultum fecerunt: ut quoniam civitas Ardeatum inteſtino tumultu ad paucos redacta videretur, coloni eo, præſidii cauſa adverſus Volſcos, ſcriberentur. Id cum latum ad populum eſſet, placuiſſetque, multo plures Rutulos, quam Romanos colonos adſcribendos, priuſque is ager qui infami judicio interceptus erat, quam alterius agri gleba, aſſignaretur: aut alicui divideretur, quam omnibus Rutulis. Eo tandem pacto ager ad Ardeates reverſus eſt. Triumviros igitur deducendæ coloniæ creant Agrippam Menenium, T. Clœlium, Siculum, & M. Ebutium Heluam: nec abnuerim, hunc Magiſtratum alias à majoribus Romanorum creari potuiſſe. Cæterum ab inſigniori ratione, & ingenti Pop. Rom. honeſtate exordiri non piguit. Pertinebat vero ad hujus Magiſtratus officium, ut & agros novis deductis colonis dividerent, urbes deſignarent, ædificare volentibus areas partirentur, commodis regionibus civitatem diſtinguerent, legibus magiſtratibuſque ſiſteſterent, & ad ſpeciem optimi gubernaculi Rempubl. effingerent. Sed de hoc mediocriter mihi jam dixiſſe videor: jam hinc de Prætoria poteſtate videamus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XIX.

De Prætoribus.

CVm crebris ac diuturnis certaminibus victi tandem à plebe Patres, ex Conſulibus alterum ex plebe creandum conceſſiſſent, id ſibi voluntate plebis, pro aperto ad Conſulatum aditu, arrogavere, ut unicus Magiſtratus crearetur ex Patribus: iſque à præeſſendo Prætor appellaretur: qui tandem, eo quod inter urbanos jus diceret, Vrbanus appellatus eſt. Penes hunc vero Magiſtratum omnis adeo publici privatique juris poteſtas fuit, ut novum jus condere, & vetera abrogare, facultas eſſet. Tantum vero in modum aucta eſt Prætoris auctoritas, ut quod Prætor ipſe edixiſſet, ob ipſius honorem, ius Honorarium vocaretur. Prætori regia inſignia, conſulareſque ferme apparatus, lictores vero non amplius ſex, ſella curulis, & trabea, cæteraque hujuſcemodi tradita ſunt. Ac quamvis, ſex numero lictoribus, conceſſum Prætoribus eſſet, Paulo quidem Æmilio Prætori in Iberiam contendenti, ut ait Plutarchus (*in vita Æmilij*) duodecim adhibitos lictores comperi. Equis albis & trabea candida utebatur Prætor. Nivei ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

frena Quirites ſubminiſtrabant, ut ait Iuvenalis. (*Sat.* 10.) Demum, cum undique peregrinorum multitudo in urbem confflueret, neque unus Prætor turbæ cauſarum ſatisfacere poſſet, alter Prætor creatus eſt; qui, quoniam inter peregrinos cognoſcebat, Peregrinus appellatus eſt. Creſcente vero imperio, tantum in modum Prætorum amplificatus eſt numerus, ut decem & octo aliquando in Vrbe jus dicerent. Capta enim Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi provincia, totidem Prætores, quot provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt; partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præeſſent. Deinde Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, ac Prætores quatuor adjecit. Alios C. Iulius Cæſar, alios divus Auguſtus, alios etiam divus Claudius, ac divus Nerva Prætores creavere. Quibus, cum plurimum ingruentium bellorum uſus exegiſſet, eorundem adminiſtrationes mandari conſuevere: Qui vero eorum in urbe remanſiſſet, Præfectus Vrbi appellari cœptus eſt: cujus immutata conſtitutio eſt, ut Præfectus urbi Latinarum duntaxat feriarum cauſa, quotannis, vacantibus cæteris Magiſtratibus, creari inſtituerit. Iis de Prætorum deſcriptione, con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

contenti: de Quinqueviris Menſariis videamus.

CAP. XX.

De Quinqueviris Menſariis.

CUm improbitate fœneratorum, plebs Rom. magnitudine æris alieni pene obruta eſſe videretur, eique difficultati principes plebis ſuccurrendum ſæpenumero tentaſſent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum Conſules erant, fœnebrem quoque rem, quod deſtinari in animis hominum videbatur, levare aggreſſi, ſolutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Quinque ergo viri creati ſunt, quos à diſpenſatione pecuniæ Menſarios appellarunt, qui inſigni æquitate diligentiaque meriti ſunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Hi ergo fuerunt, C. Duellius, P. Decius Mus, M. Papyrius, Quintus Publilius, T. Æmilius; qui rem porro difficillimam tractatu, plerunque parti utrique ſemper certe alteri gravem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura, ſuſtinuerunt. Tarda enim nomina, & impeditiora, quam facultatibus, aut ærarium menſis ſuppeterent, ære in foro poſito diſſolverunt: ut non modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſine injuria, ſed etiam ſine querimonia partis utriuſque, exhauſta vis ingens æris alieni ſit. Sed de Quinqueviris Menſariis hæc ipſa occurrêre, quæ dicerem: nunc de Duûmviris claſſis reficiendæ, de Tribunis militaribus, ac triumviris nocturnis pauca videamus.

CAP. XXI.

De Duûmviris Claſſi reficiendæ, Tribunis militaribus, ac Triumviris nocturnis.

DVûmviros claſſi reficiendæ, utpote haud magni momenti Magiſtratum, omiſſurus videbar; niſi, quod Livio prætereundum minime viſum eſt, id ſatis, quod cæteras inter Poteſtates recenſeretur, dignum eſſe apparuiſſet: & cum hoc uno reliquos duos Magiſtratus, qui tempore concurrerent, ac per ſe longe breviſſimam deſcriptionem requirerent, adſcribendos exiſtimaſſet. Eo etiam motus ſum, quod hoc demum anno Magiſtratus id genus in noſtram Rempublicam immigravit. Anno enim, quo Appius Claudius (is, cui poſtea Cæco cognomentum fuit,) cenſuram geſſit, M. Valerio & P. Decio Coſſ. duo imperia, ut ait Livius (*lib. 9.*) dari per populum cæpta ſunt, utraque ad rem militarem pertinentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Vnum, ut Tribuni militum ſeni deni quatuor legionibus crearentur; quæ antea perquam paucis populi ſuffragio relictis, Conſulum & Dictatorum ferant beneficia. Tulere eam rogationem Tribuni plebis L. Attilius & C. Martius. Alterum imperium fuit, ut Duûmviros navales claſſis ornandæ reficiendæque cauſa idem populus juberet. Tulit hoc plebiſcitum M. Decius Tribunus plebis. Haud multo tempore poſt hujuſmodi rogationes Triumviri nocturni creati ſunt: quibus (ut exiſtimatione deducor) difficili bellorum & civilium ſeditionum tempore, vigiliæ in muris, cuſtodiæque per milites ſtationarios mandarentur. Id etiam eorum curæ injunctum eſt, ut & nocturnas ſeditiones à civibus arcerent, & quies Vrbi conſervaretur. Hujus ſane partes Magiſtratus in officium Præfecti vigilum demum traductæ ſunt. Enimvero, quoniam horum Magiſtratuum nomina rem ferme ipſam, cui addicti eſſent, facile oſtendunt; neque Livius ipſe, actor rei, hac in re amplius verborum facit, apud alios vero nulla prorſus mentio eſt, ne mihi quidem pluribus commentandum eſſe viſum eſt. Ergo ad Triumviros reip. conſtituendæ deſcribendos veniamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XXII.

De Triumviris Reipublicæ conſtituendæ.

SI Triumviratus Reipubl.conſtituendæ originem quæris, ante eum ipſum, quem Cæſar Auguſtus cum Antonio & M.Lepido geſſit, alter nullus apud Romanos prodiiſſe memoratur. Ego autem de eo ipſo nuſquam præterea offendiſſe memini. Vtrum Poteſtatibus annumerandum cenſuerim, haud ſatis ſcio. Quippe quod eos Poteſtates, quas injuſſu præterque Senatus auctoritatem, quiſque non dicam ſortitus fuerit, ſed per libidinem dominandi arripuerit, Tyrannides potius, quam Poteſtates, ſeu Magiſtratus appellandos duxerim. Vtcunque ſe res habeat; illud facile animadverti poteſt, Iulio Cæſare in ſenatu ab iis, qui cum Bruto & Caſſio conſpiraverant, occiſo; mox Antonium, cum ſtudia omnia ad componendam Rempublicam contuliſſe videretur, principem civitatis evaſiſſe. Confeſtim vero dominandi libidine pellectum, Ciceronem, Brutum, cæteroſque, qui factioni ejus adverſabantur, urbe excedere coegiſſe. L. autem Octaviano, qui teſtamento Cæſaris hæres ſcriptus fuerat, ex Aſia reverſo, Cicero, ac cæteri, qui factio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

factioni ejus obtrectabantur, ad Octaviani potentiam confugerunt. Ex quo factum eſt, ut Antonius urbe migrare adactus, hoſtis à Senatu judicaretur: ad quem opprimendum Hircius & Panſa conſules miſſi, Auguſtuſque cum faſcibus Antonium apud Mutinam adepti, fuderunt, fugaruntque. Deſperatis ergo rebus, Antonius ſupplex ad M. Lepidum confugit; cujus potentia fretus, Octavianum, qui æque animum ad dominationem intenderet, ad fœdus ſocietatemque pellexit: illam videlicet ſocietatem, qua homicidia homicidiis in permutationem veniſſe dicuntur. Inter quos ad cædem deſtinatos, Cæſar Ciceronem, pro L. Cæſare avunculo M. Antonii, eidem conceſſit. Igitur Tyrannidem prætextu pio Magiſtratus palliare pergentes, ſeſe Triumviros Reipublicæ conſtituendæ appellavêre: quorum nutui & auſpiciis omnis Reſpublica niteretur. Cæterum eorum animos quorſum inclinarent, mox ipſe eventus rerum oſtendit, omnes res ſimul divinas humanaſque commiſcens. Omnibus enim intra ſe opibus conſumptis ad extremum unus Cæſar Octavianus rerum potitus eſt: qui & ipſe omnibus cæteris ſuperſtes, ipſum, de quo loquor, Triumviratum, annos circiter decem, ut Suetonius Tranquillus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

(*in Auguſto c.27*)obtinuit.Hęc deTriumviris : de Præfecto prætorio ſequitur.

CAP. XXIII.

De Præfecto Prætorio.

QVales apud Reges Tribuni Celerum, ſive apud Dictatores Magiſtri equitum, tales demum fuere Præfecti prætorio apud Cæſares. Nam cum ſecundas poſt Cæſarem partes geſtarent, præeſſentque diſciplinæ publicæ emendandæ, adeo à parvis orta principiis crevit auctoritas,ut cum aliquo tempore àPręfectis prætorio provocare liceret, extarentque exempla majorum, quo pacto ab iis provocaſſent : lecta poſtmodum Principis ſententia, à Præfecto prætorio provocatio ſublata eſt. Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, fide illorum atque integritate explorata, ad hujus Poteſtatis amplitudinem adhiberentur,non aliter pro ſapientia ac ſplendore dignitatis ſuę,quam eundem ipſum fore judicaturos. Alio etiam privilegio hujuſmodi Poteſtas ſubnixa eſt:ne ab eorum ſententiis minores ætate per alios Magiſtratus reſtitui poſſent.His ergo de Præfecto prætorio collectis : de pleriſque minorum Magiſtratuum ſpeciebus pauca videamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XXIV.

De quibuſdam minorum Magiſtratuum ſpeciebus.

ALteram Magiſtratus ſpeciem in urbe Roma jus aliquando dixiſſe repperi. Nam cum bellorum munera, cæteris Magiſtratibus non ſufficientibus, ad Prætores deferrentur, quorum munus adminiſtratio juris præcipuum fuit, creati Decemviri ſunt, qui jus in urbe redderent, Prætorumque partes eo tempore gererent, Litium Iudicandarum appellati. Eodem tempore Quatuorviri creati dicuntur, qui viarum curam agerent: ac Treſviri Monetales auri argentique flatores; quorum eſſet diligentiæ, numiſmata auro argentoque fabricari. His dictis: jam de Præfecto Vigilum pauca diſpiciamus.

CAP. XXV.

De Præfecto Vigilum.

DIvus Auguſtus, ſalutem publicam nullius alterius quam ſuæ diligentiæ congruere exiſtimans, coercendorum incendiorum gratia ſeptem cohortes opportunis Vrbis locis diſpoſuit.

ita ut binas urbis regiones unaquæque cohors præſidio tutaretur, Tribunis, & ſuper omnes clariſſimo viro Præfecto vigilum, præpoſitis. Et licet apud veteres Romanos Triumviris nocturnis, Ædilibus, Tribuniſque id negotii quandoque eſſet aſſignatum, pluribus eodem die exortis incendiis, quibus accurrere, ſatiſque facere non poſſe eos appareret, creare Præfectum vigilum Auguſtus Cæſar in animum induxit. De incenſoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribuſque, apud Præfectum vigilum cognitio eſt: niſi, ſi quæ tam atrox, tamque famoſa perſona ſit, ut ad Præfectum urbi remittenda videatur. Et quoniam incendia plerunque culpa exoriuntur inhabitantium; aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt, aut ſevera objurgatione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. Cum effracturæ in horreis (ut plerunque fit) in inſuliſque, ubi pretioſiorem fortunarum ſuarum partem patresfamiliarum ſervant, apparuerint: Si quando vel cella, vel armarium effringitur, effractorum ſæpe, nonnunquam etiam cuſtodum, quæſtiones apud hunc Magiſtratum exercentur. Et ita divus Antoninus Erucio Claro, Præfecto, reſcripſit. Ait enim, Effractis horreis, de ea re quæſtionem ad illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

llum ipſum pertinere. Sciendum autem, Præfectum vigilum ad plurimam noctem vigilare oportere, coerrareque calciatum, cum hamis & dolabris, curamque in omnes inquilinos admonendi agere, ne per colonorum negligentiam incendiorum caſus exoriatur. Quinetiam, uti inquilinus quiſque aquam in cœnaculo habeat, qua, igneo terrore ingruente, præſto occurrere poſſe cenſeatur. Adverſus capſarios autem, qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, judex quoque conſtitutus eſt: ut ſi quid in ſervandis veſtimentis admiſſum fuerit, ipſe idem, de quo loquor, Magiſtratus quæſtionem exercebit. Sed de Præfecto vigilum ſatis: Reliquum eſt, ut de Procuratore Cæſaris (is enim eſt inter Cæſarem & Rempubl. privatumq; conſtitutus judex) pauca videamus.

CAP. XXVI.

De Procuratore Cæſaris.

QVanquam Principalem celſitudinem, à qua legum, ſenatuſconſultorum, magiſtratuumque omnium origo manat, moribus introductum ſit, legum imperio, cui præeſt, non eſſe ſuppoſitam: humani tamen animi freta modeſtia, legum teneri vinculis haudquaquam re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

formidat. Cæterum,quoniam majorem
ſe,à quo jus eum inter privatumque a
Rempubl.decernatur,impoſſibile inven
tu ſit, ipſumque Principem in propr
cauſa judicare, haud ſane æquum eſ
videatur,Magiſtratum creari placuit,cu
inter ſe privataſque perſonas competen
quidem eſſet juriſdictio; qui ſane eſt ap
pellatus Procurator Cæſaris. Huic Mag
ſtratui principalis totius rei familiaris l
centia commiſſa eſt: ita, ut quicquid a
eo negotiorum Imperialium geſtum eſ
perinde habeatur ratum, ac ſi ab ipſ
Cæſare fuiſſet pertractatum. Sed ſi ren
ejus quaſi propriam Procurator tradat
non putant dominium transferre: Tun
vero transfert, cum negotium geren
Cæſaris,ipſius conſenſu tradit. Deniqu
ſi donationis,venditionis, tranſaction
cauſa quid agat,nihil agit.Non enim ali
nare rem Cæſaris, ſed diligenter negoti
obire, Procuratori Cæſaris injunctur
eſt. Id vero inprimis Procuratori huic
de quo agimus,adſcriptum eſt, quod ſer
vum Cæſaris hæredem inſtitutum, adir
hæreditatem jubet, & ea hæreditas Im
peratori acquiritur. Quin, ſi Cæſar ip
hæres inſtituatur, ſi ſe Procurator opu
lentæ hæreditati miſceat, hæredem Ca
ſarem facit. Quod ſi ea bona, ex quibu
Princeps inſtitutus eſt, ſolvendo no
ſint

nt,conſulendum erit Imperatori , ne
uid proinde detrimenti patiatur.Hære-
is enim inſtituti,in adeundis repudian-
iſque hæreditatibus , congruo tempore
xplorari voluntas debuit. Deportandi
acultas huic Magiſtratui permiſſa non
ſt. Sed de Procuratore Cæſaris , deque
eteris omnibus Romanis Poteſtatibus,
uæ hinc inde(trita ſparſaque,Scriptores
arios legens, venari potui) hoc loco di-
iſſe ſufficiat.

EPILOGVS.

Quæ ſane non ea mente dicta eſſe cre-
velim , ut fixa & immutabili quadam
eceſſitate ſtatuta perinde atque centu-
atis perlata comitiis,cenſeri velim: plu-
que atque meliora ab eruditioribus di-
gentioribuſque dici poſſe negem.De ju-
autem Sacerdotiûm,acMagiſtratuum,
quis latius ſibi patere velit , apud Cice-
nem in iis libris , qui ſunt inſcripti De
gibus,facile competere poterit. In ob-
vatione autem rerum ac temporum,
quis me in hac quantulacunq; librorũ
ucitate conjectantem examuſſim ſin-
la, lapſumq; aliqua in parte arguat;af-
renti equidem idoneos teſtes , probabi-
que rationes, ingenue concedam. Cæ-
rũ animadvertendum cuiq; eſt , ne mi-
inferiores Divo Auguſto Magiſtratus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

objiciat, quos ut mores, legeſque ac cæ-
tera quæque inſtituta, varios mutabil-
que eſſe conſtat. Ego de iis potiſſimu
ſcripſi, qui ab exordio conditæ Vrbis
tempora uſque Auguſti Cæſaris intra a
num ferme ſeptingenteſimum, crea
ſunt. Vtcunque ſe res habitura eſt, e
quis longe quidem meliora in hoc ger
re adducat; non propterea me pigeb
paucis hæc admodum & contractio
bus vigiliis lucubraſſe.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

POMPONI LAETI

ROMANIS

Ad

M. PANTAGATHVM

Libri Duo.

ngelus Politianus, Miſcellaneorum cap. LXXIII.

Omponius Lætus, vir antiquitatis & literarum conſultiſsimus.

Idem, epiſtola ad Lætum.

Quas à te nuper accepi literas, ita gra- habui, mi Pomponi, ut me ab iis putem mortalitate donatum. &c. *Quod vero am (ſi diis placet) de obſcuris Poëta- m me conſulis, homo omnis literaturæ nſultiſsimus, atque id mihi ex amore buis quod tibi ex vero debetur; intelli- quam tibi debeam, quam mihi faveas, antum oneris ſuſtineam. Dicam tamen od ſentio,* &c. *Florentiæ* IV. *Cal. Mart.* CCCCLXXXVIII.

objiciat, quos ut mores, legeſque ace...
tera quæque inſtituta, varios mutab...

num ferme ſeptingenteſimum, cu...
ſunt. Vtcunque ſe res habitura eſt, ſi...
quis longe quidem meliora in hoc ge...
re adducat; non propterea me pige...
paucis hæc admodum & contract...
bus vigiliis lucubraſſe.

FINIS.

P...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

POMPONI LAETI
De
AGISTRATIBVS ROMANIS
Ad
M. PANTAGATHVM
Libri Duo.

ngelus Politianus, Miſcellaneorum cap. LXXIII.

Omponius Lætus, vir antiquitatis & literarum conſultiſsimus.

Idem, epiſtola ad Lætum.

Quas à te nuper accepi literas, ita gra-
habui, mi Pomponi, ut me ab iis putem
mortalitate donatum. &c. *Quod vero*
am (ſi diis placet) de obſcuris Poëta-
m me conſulis, homo omnis literaturæ
nſultiſsimus, atque id mihi ex amore
ibus quod tibi ex vero debetur; intelli-
quam tibi debeam, quam mihi faveas,
antum oneris ſuſtineam. Dicam tamen
od ſentio, &c. *Florentiæ* IV. *Cal. Mart.*
CCCCLXXXVIII.

Idem alia, Philippo Poſco inſcripta.

Sed vos nimium belli homines, ac faceti, plane me luditis, qui domi Pomponium habeatis, hominem totius antiquitatis, omniſque adeo literaturæ conſultiſſimum. Itaque ego ineptus etiam Athenas noctuam.

Raphaël Volaterranus Commentariorum Vrbanorum lib. XXI. ſub finem.

Poſt enarratos ac laudatos, inter alios, Blondum, Poggium, Philelphum, Vallam, Perottum, & Græcos aliquot, qui literis inclaruerunt, & nomen aliquod adſecuti ſunt; ſubjicit: *Eodem quoque tempore in Vrbe Pomponius Lætus, Porcellius, & Chalcidius profitebantur. Pomponius natione Calaber, Græcorum ignarus, tantum antiquarium ſe factitaverat, ac ſi qua nomina exoleta ac portentoſa invenerat, ſcholis oſtentabat. Iuventutem Romanam erudiit, labore alioquin aſsiduo; noctibus totis vigilabat, libros ipſemet ſcriptitando, ſimul & diſcebat, & proficiebat. Ex ſalario & diſcipulorum mercedibus parvum agellum & domunculam in Quirinali ſibi paraverat; ubi ſodalitatem literatorum, ut ipſe appellabat, inſtituit: in qua Vrbis natalem ac Ro-*

mulum coluit, initium quidem abolendæ fidei. Porcellius, &c.

Ipſe Lætus in Epiſt. ad Sabellicum:

In Quirinali habito, ſemotus ab hominum frequentia.

M. Antonius Coccius Sabellicus Epiſt. ad Pomponium Lætum.

Ego, quod ab ineunte adoleſcentia feci, te unice colo & obſervo: augeturque magis indies vetus hoc meum in te ſtudium, augetur amor, obſervantia, pietas, & brevi, nihil eſt te uno mihi charius. cui, quidquid ſumus in his ſtudiis, non minus libenter quam grate refero acceptum. &c.

Alia Epiſtola:

Ex omnibus officiis, quæ multa in me & magna contuliſti, haud ſcio an adhuc ullum fuerit jucundius, &c. *Præterea quod emendatiſſimæ bibliothecæ tuæ uſum perhumane mihi detuliſti, facis, Pomponi clariſſime, quod ſoles, quodque ego ubique prædicare ſoleo, eſſe in te præter ſingularem eruditionem, humanitatem quandam eximiam, atque in his, qui per te profecerint, illuſtrandis ſtudium incredibile. Videbunt itaq; alii, quo velint in te eſſe animo; ego, tantũ abeſt, ut tuam in me humanitatem non omni tempore prædicem, ac ſermone illuſtrẽ; ut non ſolũ hoc emporium*

orbis (Venetiæ) *in quo jam quartum annum publice profiteor, ſed tota etiam Ciſ-Alpina Gallia, vel Italia potius univerſa, intelligat, nihil in Sabellico eſſe, quod non Pomponio acceptum referri oporteat. Accedunt ad hæc lucubrationes noſtræ; quibus ſi ſtare contigerit, ſentient ſpero & poſteri, qua Sabellicus fuerit pietate in præceptorem. Nunc ſic habeto eſſe me totum tui nominis, cui quo plura & majora deferam, minus huic meæ pietati ſatis factum putabo.*

Item alia:

Quum plerique ſint, quorum poſſim ſententia & judicio acquieſcere; cujus auctoritati ſim libentius, quam tuæ, acquieturus, eſt nemo.

In alia, de ſe.

Romæ Pomponio & Domitio Veronenſi dedi operam adoleſcens: audiveram tamen nonnihil antea Caſparem Veronenſem, & Porcelium poëtam.

Item in alia:

Librum De Cæſaribus, quem ad me miſiſti, tam cupide legi, quam quod cupidiſſime: nec res minoris uſus fuit, quam voluptati, &c.

Ibi-

Ibidem.

Quod ad res tuas (Cæſares tuos) attinet, Pomponi clariſsime, nulla jucundior mihi lectio proponi potuit; non ſolum, quia te unice amo: ſed quod omnia, quæ ex cultiſsima iſta tui ingenii proficiſcuntur officina, medio ſunt Latio orta: ut, cum tua lego, videor mihi majorum aliquem loquentem audire.

Item alia:

Dedique hos libros (Rapſodias hiſtoriarum ab Orbe condito) *pleriſque noſtrarum literarum peritis cognoſcendos. Sed Pomponio multo libentius dediſſem, cujus judicio, aut audacior ad illorum editionem factus eſſem, aut ad eos diutius premendos cautior.*

Idem Scholiis in Suetonium, Augusti cap. XXXVI.

Quæſtorum numerus adeo auctus eſt, ut viginti numero quandoque creati ſint. Sed de his Pomponius Lætus, præceptor noſter, ad M. Pantagathum: & quiſquis ille fuit, qui Feneſtellæ nomine librum De Romanorum Magiſtratibus edidit, plura.

Ibidem, Vitellii cap. I.

Pomponius Lætus, præceptor noſter

 omnium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

omnium, qui noſtra tempeſtate fuere, omnis vetuſtatis peritiſsimus, eo epigrammate; &c.

His addatur Elogium Pomponii Læti, ex Paulo Iouio, quod incipit:

Iulium Pomponium Lætum Sanſeverina illuſtri familia ferunt in Picentinis natum, &c.

POM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

POMPONI LAETI
De
MAGISTRATIBVS ROMANORVM,
LIBER PRIMVS.

CAP. I.

De Rege.

VRbis Romæ & imperii Romani conditor Romulus, Marte genitus, fuit. Is poſtquam omnium conſenſu præfuit, legem tulit, ut nemo regnum aut magiſtratum iniret, niſi auctor fieret Deus: ipſeq; per auſpicia confirmari voluit. Vocabulum à regendo deductum eſt. Multitudinem omnem Romulus diviſit in partes tres, quas Tribus appellavit, & ſingularum Tribuum duces, Tribunos nominavit: & ipſas Tribus in triginta partes diviſit, quas Curias dixit, quoniam earum cura Reſpublica ſententiam expediebat: & inde latæ ab Regibus quædam leges, Curiatæ denominatæ ſunt. Curiarum præfectos, Curiones dixit, & Curionum Decuriones. L. Papirius, qui fuit tempore Tarquinii Superbi, latas leges in volumina redegit: unde Iuris civilis Papiriani nomen deducitur. Rex ſacrificiis, templis,

& omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

& omni cultui deorum, & legibus, & moribus præerat: magnarum cauſarum judex; minorum vero cauſarum ſenatum voluit eſſe ipſe Romulus judicem.

CAP. II.

De Maieſtate Regis.

ROmulus (ut haberetur honor ac veneratio Regiæ majeſtati) purpurea uſus eſt veſte: duodecim legit, qui ſuccinctis veſtibus expediti, multitudinem virgis coërcerent. Eos à ligandis hominibus, ut Valgius Rufus meminit, lictores appellavit: ut ſit lictor, quaſi colligans: duodecim & hi faſces ante Regem ferebant, ac totidem ſecures; quæ ſigna puniendi erant. Legit & regii corporis cuſtodes milites, quos à promptitudine, id eſt, celeritate, Celeres appellavit, & eorum ducem Tribunum Celerum, cujus erat ſecundus poſtRegem locus. Valerius Antias ait, à primo eorum duce, cui Celer nomen fuit, Celeres nominatos; ii erant equites Romani, qui poſtea expugnato Troſſulo oppido Tuſcorum, ut Iunius ſcribit, Troſſuli dicti ſunt. Sella uſus eſt curuli: & locum eminentem in parte fori ædificavit, ubi jura daret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. III.

De Senatoribus.

SEnatores à Romulo electi centum, aut à nobilitate generis, aut ab ætate, aut à ſapientia, ut apud Athenas, nomen cepere. Iidem Patres, & eorum familia Patricia: iidem multitudinis patroni, id eſt, defenſores erant. Hos appellabant peregrini, Principes in civitate. Qui poſt hos centum Senatui adſcripti fuere, Patres Conſcripti appellati ſunt. Quod vero ipſi conſtituerent, ratum erat. Senatuſconſultum dixere, & tunc eſſe cœpit, cum plebs difficulter conveniret. Nam cum à Patribus per diſcordiam ſecederet, jura ſibi conſtituit, quæ Plebiſcita vocantur.

CAP. IV.

De poteſtate Senatus & plebis.

REx ad Senatum referebat. Senatus de omni re cognoſcebat, & ſuffragium ferebat, & quod viſum pluribus, fiebat. Populus Magiſtratum creabat, leges ſanciebat, & de bello decernebat.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. V.

De Interrege.

SPatium temporis à defunćto Rege, uſque ad creationem ſequentis, Interregnum dicebatur : & qui præerat cum Regia poteſtate, & inſignibus, Interrex erat.

CAP. VI.

De Duumviris.

TVllus Hoſtilius Rex, Duumviris poteſtatem fecit judicandi de capite M. Horatii, qui ſolus ex trigeminis bello Albano remanſerat, & reus accerſitus, quod extra portam Capenam obviam ſororem interfecerat; quæ maritũ ſuum, unum ex Curiatiis, cæſum, lugendo, victoriam & libertatem populi Romani ægre ferre videbatur; ſed abſolutus à populo fuit, propter patris lachrimas. Nam dixerat Tullus: Si provocarit, provocatione certaret. Et hæc fuit prima apud populum provocatio, & hoc primum de rebus capitalibus judicium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. VII.

De Præfecto Vrbi.

ROmulus unum elegit, quem urbanis negotiis præfecit, ut Dionyſius ait. Hunc Præfectum Vrbis fuiſſe, ſatis conſtat. Longo poſt tempore, tantum ſibi Vrbis præfectura vendicavit, Cæſarum temporibus, ut crimina omnium in urbe cognoſceret: & demum cum Cæſares ab urbe abeſſent, Præfectus, velut alter Cæſar, imperabat: de rebus omnibus, quæ ad urbem pertinebant, cenſebat.

CAP. VIII.

De Præfecto Prætorio.

PRæfectus prætorio, ſub Cæſaribus, diſciplinæ militari præerat: ejus poſtea auctoritas aucta erga forenſes cauſas: ubi imperium declinare cœpit, nomen mutavit, Magiſter ſtabuli dictus, cum antea ſub Regibus Tribunus Celerum fuit, & ſub Dictatore Magiſter equitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. IX.

De Præfecto Annonæ.

DIcunt quidam, Annonæ præfecturam habuiſſe initium, quintodecimo anno poſt exactos Reges, Appio Claudio Sabino, & P. Servilio Priſco Conſſ. ſed verius conſtat, anno decimo octavo, T. Geganio, P. Minutio Conſſ. quo tempore Annonæ maxima caritas fuit, miſſique in Siciliam fuere P. Valerius & L. Geganius pro advehendo frumento. Volunt alii L. Minutium fuiſſe primum Annonæ præfectum: ſatiſque conſtat, non niſi ex indigentia frumenti, hunc Magiſtratum creari.

CAP. X.

De Præfecto Vigilum.

CVm Vrbis ædificia ſæpenumero incendio flagrarent, divus Auguſtus ſeptem cohortes, ut invigilarent urbi, diſpoſuit; & ſingulæ duas regiones cuſtodiebant: tunc enim erant regiones quatuordecim. His ſeptem cohortibus præerat Præfectus Vigilum: apud quem cognitio erat omnium ſcelerum, quæ nocturno tempore fieri ſolent; præſertim de incendio & latrocinio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XI.

De Præfecto in Militia.

SIngulorum ordinum in militia aliquando Præfecti creati ſunt, hoc eſt, quod ſæpenumero de Præfectis alarum & cohortium legimus: hoc ſcilicet erat voluntate ducis, id eſt, exercitus, Imperatoris, aut Regis.

CAP. XII.

De Præfecto Legionis.

PRæfectus Legionis, abſentis Legati vicem tenebat: parebant ei, Tribuni haſtati, pilani, centuriones; & denique totus exercitus. Arma, equi, veſtes, diſciplina, jus, annona, in ipſius cura erant; puniebat, ſolvebat. Eligebatur autem juſtus, diligens, ſobrius; cui neceſſe erat, & alium titulum habere: ipſe etiam erat Comes primi ordinis, quem Primipilum dicunt, qui centum & ſexaginta militibus præeſt.

CAP. XIII.

De Præfecto Caſtrorum.

CAſtrorum Prefecto curæ erat, caſtrorum poſitio, valli, foſſæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cætera

 talia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

talia: item ægri, & medici. Is eligebatur peritiſſimus, ut alios edoceret.

CAP. XIV.

De Præfecto Fabrorum.

ARtifices, qui ſequebantur caſtra, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii, &c. qui ad fabrilia officia deputati erant, Præfecto Fabrorum parebant. Is eligebatur idoneus, & qui ſciret bene caſtris providere, & præſertim in expugnatione urbium ſubterraneos cuniculos facere & alia ſimilia.

CAP. XV.

De Conſulibus.

PVlſis Regibus, auctore L. Iunio Bruto Tribuno Celerum, Conſulare imperium factum eſt cum omni Regia poteſtate & inſignibus. Conſules dicti duo à conſulendo, id eſt, providendo. Creati ſunt comitiis centuriatis à Præfecto Vrbis, ex commentariis Servii Tulli; & hi fuere L. Iunius Brutus, qui Tribunus Celerum erat, & L. Tarquinius Collatinus, anno ab Vrbe condita CCXLIV. Inde novi Conſules Vrbem luſtrarunt, & primi jurarunt, neminem Romæ ſe paſſuros regnare: & idem fecit populus. Apud eos

ſumma

ſumma totius imperii erat: hi ſenatum, populumque per accenſos & præcones cogebant: hi exercitus ductabant. Ab eorum Magiſtratu, numerus annorum ſignabatur: Provinciæ Conſulibus deſcribebantur: penes quos, ut inquit Pomponius, ſummum jus uti eſſet, lege rogatum eſt: & ne per omnia Regiam poteſtatem ſibi vendicarent, lege cautum fuit, ut ab eis provocatio eſſet, neve poſſent in caput civis Romani animadvertere, injuſſu populi. Solum relictum eſt illis, ut coërcere poſſent, & in vincula publica duci juberent.

CAP. XVI.

De Dictatore, & Magiſtro equitum.

ANno XII, ut alii volunt, IX, poſt exactos Reges, T. Largio Flavio, T. Clœlio Sicelo Conſſ. ut alii ſcribunt, T. Largio & L. Poſthumio Cominio: cum XL Latinorum urbes auctore Octavio Manilio conjuraſſent in Romanos, T. Largius à collega Clœlio, & à Senatu populoque Romano creatus Dictator fuit. Dictatura ſummus Magiſtratus fuit, habebaturque in ſummo periculo ultimum remedium: duæ ſecures Dictatorem præcedebant. Ab eo ad populum provocatio non erat, & ei capitis animadverſio data eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eſt. Sex menſibus durabat. Deſignabat ſibi Dictator Magiſtrum equitum; qui primus fuit Sp. Caſſius.

CAP. XVII.

De Quæſtoribus.

ROmulus, ut Iunius libro ſeptimo ſcribit, ſuffragio populi, Quæſtores binos creavit: alii volunt Numam Pompilium. Sed verius conſtat, de Tullo Hoſtilio. Quæſtores ab inquirenda, & ſervanda publica pecunia dicti ſunt. Capitalibus rebus præerant: cives Romanos capite punire his licebat: provincias ſortiebantur: primum Patricii creati, poſtea indifferenter Patricii & plebeii. Varro ſic dictos ait, Quæſtores à quærendo, quod conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumviri capitales nunc conquirunt: &, ut Pedianus ait, Senatoris prima adminiſtratio erat, quæſtorem fieri, provinciæ curam gerere, pecuniæ publicæ in diverſos uſus erogandæ. Cornelius Tacitus ait: Repetita lege curiata à Iunio Bruto poſt exactos Reges, Quæſtores duos creatos, qui rem militarem comitarentur. Valerius Poſthumius & Æmilius Mamercus, duos deinde addidit, qui res urbanas curarent. Mox cum ſtipendiariæ provinciæ fierent, duplica-

tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tus numerus. Poſt vero Syllæ legem, creati viginti.

CAP. XVIII.

De Tribuno Plebis.

ANno decimo ſeptimo poſt fugam Tarquiniorum, Aulo Virginio Cœlimontano & T. Vetuſio Geminio Conſſ. plebis nexu gravata, & ſæpenumero decepta, ſeditionem fecit: & tandem C. Sicinio duce in Sacrum montem ſeceſſit, qui diſtat ab Vrbe tribus mil. paſſ. trans Anienem. Piſo auctor eſt, in Aventino seceſſionem plebis factam eſſe: & cum illic plebs arma non ſumpſiſſet, Mons ſacer putatus eſt, unde nomen monti impoſitum fuit. Hinc Poſthumio Cominio, & Sp. Caſſio novis Conſſ. decernentibus, decem legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit, Menenius Agrippa, qui oratione ſua plebem patribus conciliavit. Menſe Septembri petivit plebs ex ſuo corpore Magiſtratum creari. Tribunitia poteſtas hæc fuit: creati tribubus fuere Tribuni quinque, L. Iunius Brutus, C. Sicinius, C. Licinius, P. Licinius, C. Icilius Ruga. Quidam duos ſcripſere, C. Licinium, & L. Albinum. Hæc fuit Reipubl. peſtis, hic civile nefas ortum habuit: & quemadmodum propter ſeditio-

nem eſſe cœpit ſeditioſus Magiſtratus, ſemper fuit conſulare jus imminutum. Conſulibus Tribuni non parent, cũ cęteri Magiſtratus pareant. Sacroſanctos enim voluit ſuos Tribunos vulgus: hi ſedebant primi ad limen, & acta Senatus modo probabant, modo ſcindebant. Dies vero, quo Tribuni electi fuere, fuit quarto Idus Decembris: & in loco, ubi caſtra poſuerunt, erecta ara Iovi ſolventi metum. Tribuni dicti ſunt, ut Pomponius ait, quod tunc in tres partes populus diviſus erat: aut à tribuum ſuffragio, quæ (ut Dionyſius ait) tunc quatuor fuere. Legimus in Hiſtoriis Diodori, Tribunos quatuor creatos, C. Siccium, L. Numitorium, M. Duellium, Sp. Icilium, Appio Claudio & T. Quintio Conſſ. Et poſt, anno viceſimo quinto, tres Tribuni Conſulari poteſtate creati, M. Genutio Agrippa & Curtio Chilone Conſſ. Tribuni fuere, A. Sempronius Atratinus, L. Atilius Longus, T. Clœlius: & poſt annos ſex, totidem Tribuni creati: eadem poteſtate Mamercus Æmilius, L. Iulius, L. Quinctius. Poſt quatuor annos quatuor creati, M. Fabius, Q. Soncius, Servilius Prætextatus, Cornelius Coſſus. Sequenti anno, tres, M. Fabius, L. Sergius, M. Folius. Et ſequenti anno, L. Furius, L. Pinarius, Sp. Poſthumius Albus. Et poſt annos ſeptem, quatuor,

C. Eu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

C.Furius, T. Quintius, M. Poſthumius, A. Cornelius Coſſus. Hos omnes Tribunos Conſulari poteſtate fuiſſe conſtat. (*Latum imprudenter hic commiſcere Tribunos cum Conſulari poteſtate, notat Cuſp. in Caſsio Coſſ. anno ab Vrbe condita* CCXCVII.)

CAP. XIX.

De Tribunis militum.

ANno fere ſeptuageſimo, poſt exactos Reges, ſequenti anno, poſtquam Tribunitia poteſtas conſulari jure ceſſit, oratione Canulei, tres è Patriciis creati Tribuni militares, conſentiente plebe, omnem Conſularem auctoritatem habuere. Et ii fuere L. Furius, T. Clœlius Corinthius, Aul. Sempronius Atratinus. Sequenti anno quatuor, P. Lucretius, C. Servilius, Menenius Agrippa, Sp. Veturius. Tertio anno quatuor, Aul. Sempronius, M. Papirius, Q. Fabius, Sp. Nautius. Quarto anno duo, P. Cornelius, C. Fabius. Quinto anno quatuor, L. Tubero, C. Cornelius, C. Val. Cenſorinus, M. Fabius. Hi creabantur ex patribus & ex plebe. Sexto anno jus imperii Romani ad Conſules rediit; qui fuere M. Cornelius, L. Furius. Officium autem Tribu-

norum militum, ut Martianus De re militari ſcribit, erat, in caſtris milites continere, & ad exercitationem producere, vigilias circuire, rei frumentariæ præeſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere: quoniam is qui tali officio præeſt, & dare, & obſervare caſtrenſia omnia debet. Pedianus ait: Tribunorum militarium duo genera eſſe, primum eorum, qui Rufuli dicuntur, & in exercitu creari ſolent: alii ſunt Comitiati, qui comitiis deſignantur.

CAP. XX.

De Ædilibus.

PLebs, ubi è Sacro monte ad Vrbem redit, à Patribus impetravit, ut liceret ſibi alios Magiſtratus creare, qui Tribunorum miniſtri eſſent, qui & ædes ſacras & privatas procurarent, & qui annonæ preeſſent. Creavit igitur Ædiles quatuor, duos, qui ab ſolio eburneo Curules dicti ſunt, regiis utebantur inſignibus, & ornati purpura, curam ſacrificiorum & ludorum habebant. Scio & à quibuſdam ſcriptum eſſe, Ædiles duos ex Patriciis creatos Curules, eo tempore, quo primus ex plebe Conſul factus eſt: Sed credibilius eſt, ut iidem intelligantur Ædiles. Meminit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

t Dionyſius libro ſexto. Et alios duos reavit plebs Præpoſitos annonæ; quos liqui putant à Divo Iulio conſtitutos, & ominatos Cereales. Ædilium curulium oteſtas adeo crevit, ut ad eos ſumma re-um & majeſtas Conſularis venerit.

CAP. XXI.

De Cenſoribus.

CVm cenſus auctus eſſet, & Conſules non ſufficerent, duo creati fuere, ad quorum cenſionem, id eſt arbitrium, cenſeretur populus, & ob id Cenſores appellati: & primi fuerunt, C.Papirius & A.Sempronius, M.Geganio Macerino & T.Quintio Capitolino Conſulibus. Creabantur autem quinto quoque anno; quod tempus, luſtrum appellabatur. A. ſconius Pedianus ait, Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. hi prorſus cives ſic notabant, ut qui ſenator eſſet, ejiceretur ſenatu: qui eques Rom. equum publicum perderet: qui plebeius, in centum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ; ſed ad hoc eſſet civis tantummodo, ut pro capite ſuo tributi nomine æra præberet. Iidem completo quinquennio luſtrabant, & taurilia ſacrificia, de ſue,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ove, tauro, faciebant. Civium Romanorum primus cenſus factus eſt ſub Servio Tullo LXXXIV milium & DCC. Secundus cenſus tertio anno, poſt fugam Tarquiniorum, P. Valerio Publicola & T. Lucretio Conſſ. & inventa puberum Romanorum CXXX milia. Tertius cenſus anno XII, T. Largio Flavio, Q. Clœlio Siculo Conſſ. Idem T. Largius Dictator cenſum renovavit. Inventa puberum Romanorum CL milia & DCC. Anno XIX, id eſt, ſecundo poſt creationem Tribunitiam, habitus à Conſulibus cenſus quartus, & inventa civium Romanorum CLXI milia & DCC. Anno XXXVI, Ser. Servilio & Aul. Verginio Conſſ. habitus cenſus quintus, & inventa civium puberum plura quam centum & decem milia, & cæterorum trecenta & triginta milia. Anno XXXVIII, Aul. Manlio & L. Furio Conſſ. habitus cenſus, & inventus civium Romanorum incertus numerus. Supra annum LXVI, ut diximus, creati Cenſores fuere.

CAP. XXII.

De Decemviris.

ANno ab Vrbe condita CCCII, Decemviri pro Conſulibus creati ſunt, & tertio anno depoſiti, libidine Appii Claudii,

qui Virginiam ſtupravit. Decemviri fuerunt: Appius Claudius Regillanus, Genutius, P.Sextius, Sp.Veturius, C. ius, Aul.Manlius, P.Sulpitius,P.Cu-tius,T.Romulius, Sp.Poſthumius Al-s: hi ex Athenis leges tulerunt in de-m tabulis: datumque eſt eis jus ſum-um,à quibus provocatio non erat: & tum etiam,uti leges corrigerent,& in-rpretarentur. Sequenti anno,duas ta-ulas addiderunt, & inde appellatæ le-s XII tabularum.Quidam volunt, non burneis,ſed æneis tabulis impreſſas leges ro roſtris poſitas. Quarum ferenda-um auctorem fuiſſe Decemviris Her-modorum Epheſum exulantem in Ita-a, ſcribunt, ut Pomponius refert. Dio-yſius pro Curiatio, Horatium dicit. equenti anno Decemviri rurſus creati: ppius Claudius, Quintus Fabius Vibu-anus, M. Cornelius Maluginenſis, Mar-us Sergius, L.Minutius, T. Antonius Merenda, M.Robuleius, Quintus Pe-telius, Ceſo Duilius, Sp. Oppius Cor-nicenſis.Apud Diodorum ſunt,C.Sergius & P.Manius. Tertio anno iidem præfue-re,neque ſenatu, neque plebe ſuffragia dante, & ideo vi magiſtratum obtinue-runt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XXIII.

De Proconſulibus.

A Poſthumio Albo & Sp. Fuſco Con bello infeliciter contra Æquos geſt Proconſul creatus eſt T. Quintius, & primus in eo magiſtratu fuit. Eum ſex ctores præcedebant, cætera omnia hab bat, uti Conſules. Et inde ſtatutum eſt, qui Conſules uno anno fuiſſent, ſequen Proconſules eſſent, deinde Proconſul ad provincias mittebantur, & ſinguli ſir gulos Legatos habebant, qui adminiſtra tioni præſtarent auxilium. Proconſul po teſtatem exercet in ea provincia tantum quæ ei tradita eſt, vel decreta, niſi voca retur in juriſdictionem voluntariam. A pud Proconſulem, ut Martianus ait, ſer vorum manumiſſio fieri poterat, & ad optio. Apud Proconſulis legatum, nem manumittere poteſt. Sub Cæſaribus di ſtinctæ provinciæ: nam Conſulares ſub ſenatu populoque Rom. erant, Procon- ſulares ſub Imperatoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XXIV.

Prætoribus, & Decemviris, & Curatoribus viarum, & Triumviris, & Quinqueviris, & Centumviris.

O tempore, quo pertinacia Tribuno-
rum plebis, qui Romæ ſine Conſuli-
us quinque annis præfuere, L. Seſtius
plebe Conſul creatus eſſet, Patres Præ-
ram novum Magiſtratum, Sp. Furio
millo, M. filio dederunt: hic primus
ætor Vrbanus fuit, à præeſſendo, Præ-
r nominatus eſt. Prætoris inſignia, ſel-
curulis, trabea, lictores ſex, & cætera
nſulum inſignia. Pomponius in hæc
rba ait: Cumque Conſules avocaren-
r bellis finitimis, neque eſſet, qui in ci-
ate jus reddere poſſet: factum eſt, ut
ætor quoque crearetur, qui Vrbanus
pellatus eſt, eo quod in Vrbe jus redde-
. Poſt aliquot deinde annos, non ſuf-
iente eo Prætore, quod multa turba
am peregrinorum in civitatem veni-
t, creatus eſt & alius Prætor, qui Pere-
inus eſt appellatus, ab eo, quod ple-
mque inter peregrinos jus dicebat.
einde cum eſſet neceſſarius Magiſtra-
s, qui haſtæ præeſſet, Decemviri litibus
dicandis conſtituti ſunt. Eodem tem-
re conſtituti ſunt Quatuorviri, qui cu-
ram

ram viarum haberent. Et Treſviri Mo-
tales, æris, argenti, auri flatores. Et T-
viri capitales, qui carceris cuſtodiam ha-
berent, ut ſi animadverti oporteret, in-
terventu eorum fieret. Et quia Magiſtr-
tibus veſpertinis temporibus in pub-
cum eſſe inconveniens erat, Quinque-
ri conſtituti ſunt cis-Tiberim, & ult-
Tiberim, qui poſſent pro Magiſtratib-
fungi. Deinde Prætores creati ſunt n-
mero captarum provinciarum, qui pa-
tim urbanis rebus, partim provincialib-
præeſſent. Deinde Cornelius Sylla qu-
ſtiones publicas conſtituit, veluti de f-
ſo, de parricidio, de ſicariis, & Prætor-
quatuor adjecit. Ab honore, qui Prætu-
habebatur, Ius honorarium appellatu-
quæ Prætorum edicta erant.

CAP. XXV.

De Procuratore Cæſaris.

PRocuratori Cæſaris omnis res famili-
ris commiſſa erat: etiam quicquid
egiſſet, ratum erat apud Cæſarem: & pe-
nes hunc magna erat auctoritas.

v. D. Disp. Dilherri I p. 136

POM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

POMPONI LAETI
De
SACERDOTIIS ROMANORVM,
LIBER ALTER.

CAP. I.

De prima religione apud Latinos.

FAunus antiquiſſimus omnium Regum in Latio fuit: Aboriginibus imperavit: homines, more ferarum viventes, in mitiorem vitam redegit: lucos ſacravit: locis & urbibus nomina dedit: ædificia erexit: templa ædificavit, quæ ideo à Fauno, fana dicuntur, quod Pontifices ſacrando illic fantur. Faunus in Latio cultum deorum inſtituiſſe fertur. Quidam ſcribunt ante Faunum imperaſſe Ianum, & cultum deorum demonſtraſſe. Fauni ſoror Fatua vaticinatrix, ab ea vates Fatuarii dicuntur: hæc traditur mulierũ caſtiſſima, ideo eam Romani Bonam deam appellavere; cujus templum eſt in ſaxo Aventini montis, unde ingreſſus virorum prohibetur, & ei fœminæ tantum ſacrificant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. II.

De Lupercis.

LVpercalia ſacrificia,ad expiandos m
nes fiebant: Græce Lycæa dicta , à P
ne Lycæo, numine Arcadico, quem R
mani vocant Inuum , & idem putat
eſſe Faunus. Lycæo ſacrificatur in ſp
lunca, quæ ſub Palatino monte eſt.Me
ſis (quo hæc ſacra fiunt) Februarius,à f
bruando, id eſt purgando,dicitur;& di
Lupercaliorum februata.Evander ex A
cadia hoc ſolenne in Latium tulit , & in
ſtituiſſe fertur, ut nudi juvenes Lycæu
Pana venerantes , per luſum atque laſc
viam currerent.Hoc primum ludicrum
id eſtLupercal,Romulus accepit.Dictur
videtur à Lycæo , quia λύκος lupus e
inde Lupercal. Scribunt aliqui à lupa nu
trice Romuli ac Remi ; nam ab eo loc
ſolenne incipit,ubi lupa lac vagienti præ
buit. Aut à capris, ut ſit luere,id eſt,pur
gare per capras ; capræ enim in eo ſacri
ficio mactantur. Aut , quod Pan lupo
arceat. Traditur & alia cauſa,quare nu
di Luperci : aut quod Faunus per veſte
ab Hercule deluſus fuerit , ut memini
Ovidius : aut quod cæſo Amulio , Ro
mulus & Remus , fœdati vultus ſangui
ne, nudatis gladiis & veſtibus ſuccincti

al

Alba uſque ad ficum Ruminalem cu-
rrerũt. Vnde ſervatur in Lupercalibus,
nobiles adoleſcentes faciem ſanguine
bi fœdent, & alii accurrant, cum lana
ăe madida, tabum abſtergentes. Aut,
uod cum Romulus in palæſtra eſſet, nu-
is latrones inſecutus fuerit, & votum
ani Lycæo fecerit. Sed ego verius puto,
l à Lycæo, vel à lupa. Ideo Romani in
upercalibus canem immolant, quo-
iam naturaliter canis lupis adverſatur;
b quod Romulus lupæ nutrici gratias
abere videtur. Luperci tergora capris e-
piunt, & ſuccincti diſcurrunt, circum
ntiquum oppidum, id eſt Palatium, oc-
urrentes coriis verberant. Fœminæ ul-
o obviam occurrunt, facilem partum
erantes.

CAP. III.

De Potitijs, & Pinarijs.

Victor Hercules, cæſo Geryone Chri-
ſauri filio, in Erythra, quæ eſt inſula
Oceani Hiſpani, abacto nitidarum boum
rmento, in Latium venit, & prope Ty-
erim loco herbido procubuit, ut læto
abulo reficeret boves. Cacus, latronum
rinceps, eximias boves duas caudis in
peluncam traxit: Hercules ſomno exci-
is, luſtrato grege, cum partem abeſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

numero ſenſit, omnia circumit, verſa veſtigia comperit, confuſus no tate rei, ex loco infeſto agere arm tum cœpit. Cum actę boves deſiderio lictarum mugiſſent, reddita fuit è ſpelu ca vox, quæ Herculem convertit: inv ta fraude, Cacum neci dedit. Concur trepidantium paſtorum, advenam reu cædis faciunt apud Evandrum: qui m raculo literarum, inter rudes artium h mines, ea loca tum regebat. Is intue habitum, formamque viri, rogat, qui v eſſet: ubi nomen, patremque, ac patria accepit, quia ſic Carmenta mater ejus v ticinata fuerat, extemporalem aram He culi erexit, ut quotannis Romæ bove indomitum Herculi immolent: & He cules epulum populo dedit, ſacrum fie voluit à Potitiis, & Pinariis, quæ tum fa milię, maxime inclitę ea loca incolebant Forte evenit, ut Potitii præſto eſſent, hi que exta apponerentur, & Pinarii, qui tarde fuere, extis adeſis, ad cæteram veni rent dapem. Potitii ab Evandro edocti antiſtites ſacri ejus diu fuerunt: poſte cum interiiſſent, empti de publico ſerv officium exercuerunt. Ara ab Evan dro erecta, cui Hercules decimas ſolvit. Maxima vocatur, & proxima eſt foro boario, ubi ex voto decimæ fiunt. Tradunt, qui velit dives fieri, Herculi deci-

mas

nas ſolvat : hinc opes M. Luculli factæ memorantur: & ipſe Hercules theſaurorum deus putatur.

CAP. IV.

De Fratribus Arvalibus, qui primi fuerunt filij Laurentiæ.

MAſurius Sabinus, qui tempore Auguſti fuit, duodecim ſuſcepiſſe liberos Accam Laurentiam ſcribit, ex quibus cum unum extuliſſet, graviter indoluit. Romulus in demortui locum ſe dedit, & ita nutricem pientiſſime conſolatus eſt. Ab hoc numero duodenario, arvorum ſacerdotes duodecim eſſe voluit: &, ut Plinius ait, ſe, inter liberos Accæ Laurentiæ, duodecimum appellavit. Fratres Arvales hi nominati ſunt; qui ſacra publica faciunt, propterea, ut fruges ferant arva. A ferendo igitur & arvis (ut Varro ſcribit) Fratres Arvales dicti ſunt. Laurentiam in eo ſacerdotio dediſſe Romulo ſpiceam coronam, pro religioſiſſimo inſigni, quæ vitta alba colligaretur, & idem Plinius ait.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. V.

De Auguribus.

AVgurandi ars antiquiſſima, à Chal- dæis ad Græcos (apud quos Amphia- raus, Mopſus, & Calchas ſummi augu- res habiti ſunt) à Græcis ad Hetruſco venit, ab Hetruſcis ad Latinos; & ip Romanorum pater Romulus augur fui & ideo inſtituit Magiſtratus augurii confirmari: & poſteri (non niſi auguri jubente) res inchoabant. Locus auguri templum erat: Augur verſus Orientem ſedebat, capite velato, lituum dextra tenens manu, id eſt, curvum bacu- lum, quo in cœlo regiones dividit, & quę auguria veniunt, prædicit. Si læva fue- rint, quia aliena parte Septentrio eſt, feli- cia pronunciat: pars illa Vrbis, propter altitudinem, proſpera putatur; & à dex- tra parte Meridies, quia depreſſus eſt, in- felix. Dionyſius meminit, antiquam au- gurandi obſervationem fuiſſe etiam Ab- originum. Nam Aſcanius, priuſquam aciem contra Mezentium educeret, au- gurium captavit; & ubi micare à ſiniſtris fulgur conſpexit, pugnavit, & victor fuit. Tantaque veneratio & utilitas inde fuit, ut collegium Augurum conſtitutum ſit. Et primum tres augures fuere, à tribus

tribubus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ibubus: ſic inſtituiſſe Romulum, tradit ionyſius. Inde quatuor creati. Tandem, lebe per Tribunos id petente, quinque lebeii augures quatuor patriciis adjunti fuere: & ſic numerus novem augu-um manſit.

CAP. VI.

De Veſtalibus.

VEſtalem ignem cum Penatibus Æneas è Troja in Latium tulit: condito La-inio, Veſtæ ædem ſacravit. Poſtea Aſca-ius, condita Alba, templum Veſtæ ædi-icavit in montis Albani parte, cui ſube-at lucus, in quo Ilia Romuli mater à Marte compreſſa fuit. Veſtæ miniſtræ virginitatem ſervabant. Mos Latinis uit, generoſas & caſtas virgines legi. Poſt multos annos Romulus caſtiſſimas ſacrorum cæremonias conſtituit, & (ut Varro tradit) ſacerdotes ſexaginta, qui publica ſacra facerent, per tribus & curias creavit, à virtute, & generis nobilitate: Inopes & aliqua parte corporis debiles, ſacerdotes fieri vetuit: & in curiis ſingulis, Veſta quædam communis erat. Templum Veſtæ Romulus condidit, & virgines legit. Sed frequens opinio Numam Pompilium aſſerit. Credibile eſt Romulum, qui in omnibus curiis Veſtam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eſſe voluit, ſeparatim non poſuiſſe. Ro-
tunda effigie templum eſt, inter Capitoli
& Palatium: in eo ſervabatur perpetuu
ignis; quia Veſta nihil aliud eſt, quam pu-
rus ignis. Sunt qui dicant, alia quædam
arcana in eo templo ſervari, etiam Ponti-
ficibus & Virginibus ignota: quidam duo
dolia non magna, alterum clauſum, al-
terum apertum, in quo nihil eſt. Quidam
ajunt à Virginibus Palladium ſervari
cælo lapſum in Troia. Primæ Virgines à
Numa electæ quatuor fuere, Gegania, Be-
rennia, Camilla, Tarpeia: duæ aliæ à Ser-
vio Tullo additæ. Caſtitas Virginibus ter-
minata eſt in XXX annos. Decem primis
diſcit virgo, totidem miniſtra eſt, in re-
liquis docet, poſt XXX annos nubendi
poteſtas ei fit. Prima, quæ capta fuit, A-
mata traditur; ideo cum capitur virgo,
hoc nomen ei imponitur. Capitur à
Pontifice non minor annis ſex, & non
major decem, & quæ non ſit patrima &
matrima, neve lingua, ſenſu aurium di-
minuta, aliave corporis labe: neque fi-
lia ſervi, neque ejus, qui domicilium in
Italia non haberet. Veſtalis ſi petulan-
ter deliquiſſet, verberabatur à Pontifi-
ce. Si inceſta fuiſſet, hoc modo pœnas
luebat: vincta efferebatur in ſandapila,
per medium forum ad uſq; portam Col-
linam. Ibi tumulus impudicarum Veſta-
lium

m inter muros imminet, in quo eſt
rva caverna ſubterranea, ad quam
r foramen ſcalis deſcenditur, in qua
ſtratus lectulus, & lucerna ardens, &
nis, lac, oleum, ne fame intereat. Depo-
tur hîc Veſtalis, ſolvitur vinclis, capite
lato in ſupplicium ducitur. Pontifex,
m arcana quædam pronunciavit, cum
cerdotibus terga vertit; & ſtatim impu-
ica Veſtalis in cavernam dimittitur, in-
e foſſa tellure repletur, uſque ad oper-
ulum: ea die ſilentium & mæſtitia in to-
a urbe eſt.

dem Lætus de impudicarum Veſtalium hecu ſubterraneo, ſeu campo ſcelerato (ab inceſto id ei loco nomen factum) in libello De Antiquitatibus Vrbis Romæ.

In ipſo colle Quirinali eſt porta Colli-
na, quæ olim fuit ultima pars Vrbis; &
mœnia non multo ſpacio extendeban-
tur verſus Occaſum, & erat finis. A ſini-
ſtra, intrinſecus exeuntibus, eſt locus edi-
tus & elevatus, ubi erat antrum ex arti-
ficio factum teſtudinatum cum exiguo
foramine, unde demittebantur Veſtales,
moniales, quæ commiſerant ſcelus im-
pudicitiæ: & ne perirent fame, in antro
erant excavatæ duæ parvæ feneſtræ: in
altera erat lucerna accenſa; in altera lac

& aqua. Poſtea populus mittebat terram, quouſque terra ad ſummitatem perveniret foraminis; ita moriebantur. Illic ſacerdotes cum veſtibus ſacerdotalibus, priuſquam hoc fieret intrinſecus, ante portam auferebant ſacra monialibus: & poſtea egrediebantur portam; ſed non poterant vertere caput. Deinde non licebat exire ſacerdotem per illam portam per unum annum: & totus populus ea die in luctu erat.

CAP. VII.

De Flaminibus.

DIalem & Martialem Flaminem Romulus inſtituit. Numa Quirinalem addidit. Varro aſſerit, Numam Pompilium Flamines ſingulis Diis feciſſe, & ab eis nomina dediſſe: Hinc Reſpublica hominibus in cælum relatis, Flamines decrevit. Dicti autem Flamines ſunt, ex geſtatione pileorum, quaſi pileamines. Quidam aiunt ab infulis, quas flammas vocant. Eorum miniſtri, Flaminii dicti: & miniſtræ Flaminulæ. Sed rerum omnium ſacrarum adminiſtri, Camilli dicebantur. Flamines non poterant, niſi ſinguli ſingulis Diis attribui: & nefas erat, ſine pileo egredi domum.

CAP. VIII.

De Saliis.

Alios duodecim Marti Gradivo legit Numa: dicti à ſaltando, quod facere in mitiis quotannis & ſolent, & debent, rſicoloribus tunicis ornati, per urbem ipudiant, ſuccincti æneis baltheis: togas bulis nectunt, quas trabeas vocant: ge- ant in capite pileos, quos vocant apices: ladio accinguntur, dextra lanceam, aut rgam ferunt, læva Thraciam peltam: eleſtia ſunt arma, ancile vocant, id eſt, rcum exciſum; id fertur cælo lapſum in egiam Numæ, anno octavo regni ejus. ege cautum erat, ut Salii liberi eſſent, t indigenæ, & quorum uterque parens iveret, & cujuſcunque fortunæ, paupe- es aut divites. Quidam Salios appellatos utant à viro Samothrace, ſeu Manti- eo, nomine Salio, qui ſaltationem in ar- mis invenit. Traditur Tullus Hoſtilius duplicaſſe numerum Saliorum.

CAP. IX.

De Fœcialibus, & Patrepatrato.

Fœciales dicti, quod fidei publicæ inter populos præerant: nam per hos fie- bat, ut juſtum conciperetur bellum & ut fœde-

fædere fides pacis conſtitueretur. Eo i
ſtituiſſe dicitur Numa, cum indicendu
eſſet bellum Fidenatibus. Hi mitteba
tur, priuſquam conciperetur bellũ adr
repetendas;&, ſi non impetrabant, bel
indicebant. Fœcialium unus, qui Patre
patratum faciebat, ex ipſis Fœcialibus
lectum, ſacris veſtibus ornatus, ad auct
res injuriarum procedebat; priuſquar
urbem intraret, janitorem, vel alium, qu
obviam fuiſſet, alloquebatur, quibuſdar
imprecationibus. Inde in forum pergi
illic diſſerit, qua cauſa venerit: tempus a
conſultandum dat xxx dierum; ſi pe
hos dies res infecta maneret, Diis cæleſti
bus, Manibuſque invocatis, abit, & a
Senatum refert. & ubi in Senatu, quo
juſtum piumque eſſet, actum erat, Fœcia-
lis bellum indicebat. Fœcialium ſacra
nefas violare erat: nam Fabius, cum ea
violaſſet, urbs Romana à Gallis Senoni-
bus everſa fuit. Dicuntur Fœciales à fœ-
dere faciendo, ſeu feriendo. Pater patra-
tus à patrando, id eſt ſanciendo, fœdere;
qui à Fœcialibus creabatur. qui tantum
in fœdere ſanciendo præerat, ut quidam
ſcribunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. X.

De Pontificibus.

Ontifices è Patribus legit Numa, & ex his Pontificem Maximum fecit Mar- ım, Martii F. & ipſius Numæ generum: jus ſcitis omnia publica privataque ſa- a ſubjecit; ut eſſet, quo conſultum ebs veniret, & idem non cæleſtes modo eremonias, ſed & juſta funebria, & pro- gia quomodo ſuſciperentur, & cura- ntur. Defuncto Pontifice Maximo, a- us eligebatur, non à populo, ſed ab ipſis ontificibus. Appellati ſunt (ut Varro ribit, & Dionyſius) à ponte Sublicio, uem reficiebant. Quare videntur à Nu- na, non Pontifices, ſed Sacerdotium rincipes nominati, & inde regnante Anco Martio, quando Sublicius pons actus fuit, à ponte Pontifices appel- ati: & ideo ſacra ab eis trans Tybe- im non mediocriter ad pontem iunt. Scævola Pontifex Maximus dice- bat Pontifices dici, à poſſe & facere. Qui- dam ſcribunt, ab eo, quod potentia ſacra perficiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XI.

De Rege Sacrificulo.

POſtquam Romani jam liberi, extinct[illegible] regio nomine, Conſules crearunt, ne[illegible] ubi deſiderium Regis eſſet, propter qua[illegible] dam ſacra publica, quæ Reges faciebant, Regem Sacrificulum conſtituerunt, & [illegible] Patribus elegerunt C. Manium Papi[illegible] rium: & id ſacerdotium Pontifici ſubje[illegible] cere, ne novæ libertati additus nomin[illegible] honos officeret. Is Papirius quietis ſtu[illegible] dioſiſſimus fuit. Idem fuiſſe memoratur, qui leges Numæ, ab Anco Martio in tabulis querneis inſcriptas, rurſus in publicum traduxit.

CAP. XII.

De Gallis, Sacerdotibus Matris Deûm.

GAlli, ſacerdotes Cybeles Matris deûm ſunt, & ſemimares, id eſt caſtrati, ab eo, quod dea puerum Phrygium amavit Atim; cui præcepiſſe dicitur, ne concumberet: ille cum Sagaritide nympha coivit ſub arbore. Cybele exciſa arbore, victa eſt. Puer ad Dindyma aufugit, & virilitatem ſibi amputavit. Ideo & Cybele caſtratos ſacerdotes habere mavult. Secundo bello Punico, Romam etiam de-

portatus

rtatus eſt ſacer lapis, quem Matrem ûm incolæ dicebant, per legatos tres, .Valerium, L.Eminium, & C.Cæcilium albam, & quæſtores duos Cn.Tremil-um Flaccum, & M.Valerium Falconem: ceptaque fuit dea Romæ à ſapientiſſi-o homine P.Scipione Naſica, qui à Se-atu in tota civitate vir optimus judica-s fuit: & quod magis admirabile eſt, oleſcens erat. Galli dicti ſunt, à Gallo umine Phrygiæ. Teſtes Samia teſta ſibi mputant. Rhea nominatur Cybele, à onte Cybelo, quæ eſt pars montis Din-ymi.

CAP. XIII.

De Duumviris, & Decemviris Sacrorum.

DVumviri à Tarquinio Superbo inſtituti fuerunt, qui ſoli inſpicerent li-ros Sybillinos: deinde cũ plebs creari ex is inſtaret, ex plebeiis & patriciis crea-ix, & inde xv, qui libros inſpicerent. ic à Duumviris ad Decemviros & Quin-ecemviros res devenit: & aliquando da-a cura corrigendorum Faſtorum fuit: Hi Februarium, qui ultimus erat, poſt anuarium poſuerunt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XIV.

De Epulonibus.

VEteres Pontifices (ut ait Cicero) pr pter multitudinem ſacrificiorum tresEpulones eſſe voluerunt, ut ludoru epulare ſacrificium facerent. Id ſacerd tium antiquum fuiſſe conſtat, ſed de æt te nondum legimus. Numerus auct fuit, duo additi, & quinque fuere Epul nes. Et poſtea, theatralium ludorum a que Circenſium ambitione, ſeptem fuiſ Epulones leguntur.

CAP. XV.

De Titijs Sodalibus.

SOdales Titii ſacerdotes extra Vrben habitabant, & in tuguriis certa augu ria ſervabant, quoniam ad id deputati Pontifice erant. Nomen inditum eſt ab avibus.

POMPONI LAETI
De
LEGIBVS ROMANIS
LIBELLVS.

Quotuplex ſit lex, & Ius.

IVs pluribus modis dicitur. Naturale, quod eſt commune omnibus animalibus. Ius gentium, quo gentes humanæ utuntur. Ius civile, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis Principum, & autoritate prudentium venit. Ius publicum, in Sacerdotibus & Magiſtratibus conſiſtit. Ius privatum, ad ſingulorum utilitatem. Ius etiam dicitur locus in quo jus redditur; ut meminit Paulus De lege, & legis origine. Lex (ut Chryſippus definit) eſt divinarum & humanarum rerum notitia. Lex dicitur rogatio, & obnunciatio. Lex donum eſt Dei, dogma hominum ſapientum, coërcitio [pravæ] voluntatis. Legis virtus eſt, imperare, vetare, punire, permittere. Lex eſt æternũ quiddam, quod univerſum mundum regit, imperandi prohibendique ſapientia. Ex hac lege lex noſtra eſt, ratio menſque ſapientis, æqualis Dei eſt lex, conſtatque ad ſalutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam & beatam.

Igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Igitur ubi lex non eſt, quies & beatitu
non eſt. Et apud illos antiquiſſimos m
ſapientum lex erat, id erat quoniam a
tiquitas proxime accedebat ad Deu
Lex Magiſtratibus præeſt, & Magiſtrat
populo. Optime putat Cicero, Magiſtr
tum eſſe legem loquentem. Imperan
& obtemperandi modus debet eſſe: na
& qui bene imperaverit, aliquando o
temperet neceſſe eſt: & ipſi mortales no
ſolum obtemperare & obedire Magiſtr
tibus debent, ſed eos colere atque dilig
re. Poteſtas eſt facultas à populo, ſe
principe, publice data. Magiſtratus di
cœptus eſt, cum à populo creatus fui
Magiſter populi, id eſt Dictator.

Prima fertur Ceres dediſſe leges mor-talibus; poſtea ipſi ſapientes: Phoroneu Argivis dedit, Moyſes cœlo lapſas Hebræis, Ægyptiis Mercurius, Draco & Solon Athenienſibus, Minos Cretenſibus, Lycurgus Lacedæmoniis, Thuriis Charondas, Romanis Romulus.

De Allia [Ælia] & Fuſia LL.

Allia & Fuſia LL. reſiſtebatur pernicioſis legibus in civitate: quæ ideo erant propugnacula & muri otii & tranquillitatis. Sed P. Clodius Trib. pl. L. Piſone & A. Gabino Coſſ. quatuor leges tulit; ex his ſecunda fuit, ne quis per eos dies,

quibus

ſibus cum populo agi liceret, de cœlo
ſervaret. Et quarta cavebatur, Ne quem
Cenſores in Senatu legendo præterirent;
neve quem [qua] ignominia afficerent;
niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque
Cenſoris ſententia damnatus eſſet. Hac
lege diminuta eſt Cenſura, quæ eſt magi-
ſtra vitæ & modeſtiæ.

De L. Aurelia.

Aurelia lege communicata ſunt judi-
cia Senatui, Equitibuſque Romanis, &
Tribunis ærariis. Eam tulit L. Aurelius
Cotta, prætor.

De L. Acilia.

Manius Acilius Glabrio legem [Aci-
liam] tulit De pecuniis repetundis, in qua
ne comperendinari quidem reum ſinit.
L. Piſo primus tulit legem De pecuniis
repetundis.

De L. Annonia, [Clodia.]

P. Clodius Trib. pl. De annona legem
tulit, Vt frumentum, quod antea * ſenis
æris [l. ſemiſſibus] ac trientibus in ſingu-
los modios dabatur, gratis daretur.

De L. Annaria.

Ea lex annorum modum definit, qui-
bus Magiſtratus capiendi poteſtas ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

De L. Aternia. [Æternia.]

Hæc lex, cum mos priſcus fuiſſe
rogandæ mulctæ per Magiſtratus,
aut bovis nomine; ovis ære deno, b
ære centeno definivit.

De L. Aquilia.

Aquilia lex ab Aquilio [Trib. pl.] la
De dolo malo, De fraude, De decept
ne, De ſimultate.

De L. Cincia.

M. Cincius legem tulit, qua cavet
antiquitus, Ne quis ob cauſam oranda
donum, pecuniamve acciperet.

De L. Calpurnia.

Calpurnia lege Pecuniaria pœna int
alias pœnas adjecta fuit. Eam tulit
Calpurnius Piſo, [Frugi.]

De L. Cornelia.

Cornelia lege cavetur, Ne quis legat
exterarum nationum pecuniam expen
ſam ferret. A. Cornelius Coſ. tulit. I
idem [C. Cornelius Trib. pl.] aliam tu
lit, Ne quis in Senatu legibus ſolveretur
niſi ducenti adfuiſſent; Neve quis, cum
ſolutus eſſet, intercederet, cum ea de re
ad populum ferretur. Tulit idem Corne-
lius,

s, Vt Prætores [ex] edictis ſuis jus di-
rent.

Lex eſt à Cornelio quodam lata, ut
mines, qui parricidii cauſa telo accin-
ſunt, gladio perſequantur.

De L. Caſsia.

Al. Caſſio Longino [Trib. pl.] lex lata
Caſſia, Qua populus per tabellam ſuf-
gia ferret. C. Mario, C. Flacco Coſſ.
a ab eodem lata, Vt ille, quem popu-
s damnaſſet, cuive imperium abrogaſ-
, in Senatu non eſſet.

De L. Fabia.

Fabia lex à Fabio lata, Qua adjecta pœ-
eſt illis, qui deducunt & ſectantur can-
datos in comitia.

De L. Falcidiæ.

Lege Falcidia, à Falcidio lata, cavetur,
e plus dodrante legare liceret; propter
, quod multi hæreditatem recuſabant.

De L. Flavia, [Fabia.]

Flavius [*immo* Fabius] legem tul't De
agiariis, Cum quis dolo ſervum, aut
cus à domino, & filium à patre ſub-
ahit.

De L. Frumentaria.

Frumentaria lex à C. Sempronio G
cho [Trib. pl.] lata eſt, Qua frument
è publico diſtribueretur à Pop. Rom.

De L. Gabinia.

A. Gabinius [Trib. pl.] legem tu
Qua bellum Cn. Pompeio Magno c
tra piratas datum eſt; contra C. Treb
Trib. pl. interceſſionem.

De L. Hortenſia.

Q.Hortenſius [Dictator] legem tu
Vt eo jure, quod populus ſtatuiſſet, o
nes Quirites tenerentur.

De L. Iulia.

Iulia lege puniuntur Adulteri. Ea
Iulius Cæſar tulit. Idem legem tulit I
peculatu in eos, qui Rempubl. vel Sac
furati ſunt, vel furantibus auxiliati ſun
vel furta ſcientes ſuſceperunt.

De L. Iunia.

Iunius Silvius [*immo*, Silanus] Co
cum Q. Cæcilio Metello legem Iunian
tulit, bello Cimbrico; quod diu prave &
infeliciter geſtum eſt, propter diminut
militiæ ſtipendia.

D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

De L. Lectoria, [ſive *Lætoria.*]

Cum adulcſcentes in contractibus cir-
nveniri ſolerent, Q. Lectorius pœnam
ceptoribus adjecit.

De L. Licinia [& *Mucia.*]

P. Licinius Craſſus Orator, & Q. Mu-
s Scævola Pontifex maximus, legem
erunt De regundis civibus, ut in ſuæ
ſque jus civitatis redigeretur, cum
lti Itali cupiditate civitatis Romanæ
erentur.

De L. Manilia.

L. Manilius legem tulit, Vt quando
à nobilibus adverſæ geſtæ fuerant, illi
Magiſtratus gerendos admitteren-
, quorum majores in Rom. Republ.
giſtratum non exercuiſſent: hujuſ-
odi autem *novi* appellantur.

De L. Oppia.

C. Oppius [Trib. pl.] legem tulit, Ne
perfluo ornatu mulieres Romanæ ute-
ntur: neve pilentis, id eſt rhedis penſi-
us, veherentur: neve plus uncia in au-
us appenderent.

De L. Othonis.

Otho Trib. pl. legem tulit, Ne quis
m ordine Equeſtri in ſpectaculis ſe-
eret, niſi ſeſtertia quadraginta poſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

deret. Quod ſi contingeret, quiſquis eſſet, ſive ingenuus, ſive libertus, inter Equites ſpectare liceret in gradu XIV.

L. Roſcius Otho Coſſ. [immo Trib. pl.] legem tulit, Vt in theatro Equitibus Romanis ordines XIV. ſpectandi gratia darentur.

De L. Papia.

Lege Papia prohibentur Peregrini uti urbe Romana.

De L. Plotia, [ſive Plautia.]

M. Plotius Silanus Trib. pl. Cn. Pompeio Strabone & L. Porcio Catone Coſſ. legem tulit, Vt ſingulæ Tribus quinos denos ex eo numero ſuffragio crearent, qui eo anno judicarent.

De L. Pompeia.

Cn. Pompeius Strabo lata lege veteribus incolis Tranſpadanis jus Latii dedit, quod cæteræ Coloniæ Latinæ habebant, ut petendi Magiſtratus & civitatis Romanæ jus adipiſcerentur.

Cn. Pompeius Magnus legem tulit, Vt Quæſtor ſuffragio populi, ex his qui Conſules fuerant, crearetur.

Idem Pompeius legem tulit, qua aſperrima pœna patricidas afficit, Vt, Si quis parentis, filiive fata properaverit, clam & palam, inſutus culleo cum cane &

gallo

lo gallinaceo & vipera & ſimia, in
re aut in flumen projiceretur.

De L. Roſcia.

L. Roſcius Otho legem tulit, Vt equi-
us Romanis in theatro XIV gradus,
e ordines, darentur.

De L. Satura.

Satura lex eſt, Quæ uno rogatu multa
varia comprehendit.

De L. Scantinia.

P. Scantinius legem tulit, Qua puero-
m concubitores gravi ſupplicio affi-
untur.

De L. Tutelari.

Lege Tutelari cavetur, Ne quis tutor
er ſimulationem pupillum fraudet.

De L. Valeria.

Valerius Publicola legem tulit, Vt nulli
nagiſtratui liceret corpus [caput] Ro-
nani civis indicta cauſa condemnare; li-
eretque damnatis, ad populum pro-
ocare.

De L. Variana, [ſive *Varia.*]

Q. Varius Trib. pl. legem tulit, Vt
quæreretur de his, quorum ope conſilio-
ve ſocii [contra] P.Rom. arma ſumpſiſ-
ſent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

De L. Voconia.

Voconius legem tulit, Ne quis cenſu[s] hoc eſt pecunioſus, hæredem unicam re linqueret filiam. Erat autem cenſus ille qui c milia x profeſſione detuliſſet.

Hæc habui, M. Pantagathe, quæ de Magiſtratibus & Sacerdotiis, & Legibus compendioſe ſcriberem: ut ex eo Compendio aliqua ad noſtros utilitas perveniat: Et ita depinxiſſe opinor, ut ante oculos velut in tabella poſuerim. Scribant alii diffuſius: Pomponio ſatis eſt placere ſuis.

FINIS.

Quæ de Iuriſperitis libello DE MAGISTRATIBVS *ſubjunxerat Auctor, omiſimus; nulla hercule Lectoris fraude, cum ea omnia habeantur in Enchiridio Pomponii veteris ICti, De Origine Iuris. ff. lib. I. tit. II. Libellum De Legibus, quem adjunximus retractum ex vetuſtiſſima editione, aliquot locis caſtigavimus, & totum concinniorem reddidimus: neglectum hactenus ut opinamur, quod depravatiſſimus circumferebatur: Deinde quod jejune & tenuiter admodum ſcriptus, & ex corruptis Aſconii Pediani reliquiis per ſaturam collectus. Quod fortaſsis alibi fuſius docebimus.*

P. S. 1625.

Sequun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quuntur *Teſtimonia* nonnulla ſupe-
rioribus adjungenda.

*.Antonius Sabellicus Dialogo de Lati-
næ linguæ reparatione;*

*Ad M. Anton. Maurocenum Patri-
cium Venetum.*

Subjiciam adhuc quoſdam, (*inquit Be-
edictus Prunulus*) quorum ſcripta jam-
ridem leguntur: occurruntque inprimis
omponius Sabellici noſtri præceptor, &
latina; uterq; (ni fallor) Laurētii Vallen-
ſis auditor. Pomponii pauca omnino ex-
tant; ſed illa ipſa accuratiſſime conſcripta
novimus, quæ de Legibus, Sacerdotiis, &
ad M. Pantagathum ſcripſit: quanquam
& de arte Grammatica edidit præcepta.
Omnia mira vetuſtate redolentia: ar-
guuntque plane hominis ſtudium, quod
in recognoſcenda vetuſtate prçcipue fuit
occupatum. Platinæ hiſtoria, & quæ De
honeſta voluptate ſcripſit, omnibus no-
ta ſunt. &c.

Ibidem, Baptiſta Guarinus.

Nam quod ad Domitii [Calderini] Ve-
ronenſis, municipis mei, Commentarios
ipſos in Valerium Martialem attinet,
mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

multum diuque Sipontenus antiſtes [Nicolaus Perottus] & Pomponius, qui omnium primus id opus Romæ interpretatus dicitur, in ea lectione, ut audio, evigilarunt, dictaruntque non pauca.

Ibidem.

Petrus Marſus Ceſenſis: is non ad Poëtas ſolummodo explicandos, ſed Oratores quoque & philoſophos ſtudium adjecit. Extant ejus in Silium Italicum Commentarii multa eruditione referti. Sed longe utiliora, quæ in Ciceronis opera conſcripſit: eloquens, ut Pomponii auditorem agnoſcas; & quod plus eſt, propemodum Philoſophus: ſed quantuſcunque in philoſophia eſt, eum Argyropoli contubernium effecit. Acutior in Poëtis explicandis, cultiorque meo judicio, Antonius Volſcus, & ipſe Pomponii auditor, diligens in Naſonis Heroidibus, ſed in Propertio diligentior.

Ioannes Cuſpinianus Commentario in Caſſiodori Chronicon Conſulare, Anno ab Vrbe cond. 297.

Pomponius Lætus libello ſuo De Magiſtratibus, pulchre de Tribunis plebis: ſed in fine (*cap.* XVIII.) commiſcet Tribunos cum Conſulari poteſtate imprudenter.

Fran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

anciſcus Floridus Apologia in Lingua Latinæ calumniatores.

Summatim eorum perſtringam no-ina, qui Romanam Linguam excita-, ac priſtino candori reſtituere labo-runt. Quod autem ordine illos non ſequar , vel id eſt argumento, quod vianum Pontinum primum nomi-arim , ante quem certum eſt vixiſſe omponium Lætum. qui quamvis Græ-as literas ignoraſſe dicatur , Latine ta-nen egregie doctus fuit , in ſcriben-o infra neminem recentiorum purus andiduſque. Hujus , niſi fallor , au-itor fuit Marcus Antonius Sabellicus, ignus plane præceptore diſcipulus, fœ-undæ cujuſdam uberiſque eloquentiæ criptor.

Quomodo Pomponio Læto viventi prælatus Domitius Calderinus. Ibidem Floridus.

Sed ad alios Interpretes, ſeu illi Commentatores,ſeu Scholiaſtæ ſint appellandi, devenio: ex quorum claſſe primas plerique Domitio Calderino Veronenſi (Sipontinum ſemper excipiunt) deferre videntur, juveni cum primis acuto, ſed longe melius nomini ſuo conſulturo, ſi felix ingenium ad gravius aliquod negotium con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

convertiſſet. Qui cum juvenis admodum Romæ publice Latinas literas vivente adhuc Pomponio Læto profiteretur, ita hominum animos faſcinavit, ut eum relicto Pomponio ſtudioſi fere omnes vulgo ſequerentur: jurene an injuria, utriuſq; ſcripta oſtendunt. Ego hoc tantū dicam, Domitium nihil de ſe non ubiq; polliceri, in omnes linguam exercentem, ac de omnibus non male, ſed peſſime ſentientem. Et frontem igitur ſæpe perfricuit, & pleraque, ut ſententiam, cui ſemel adhæſerat, vel jure vel injuria tueretur, confinxit, quæ nuſquam leguntur. Inter omnia ejus arrogantiæ exempla, hoc unum ſubjiciam, quod Ovidii librum in Ibin enarrans, in operis præfatione, poſtquam ſe omnia ex Apollodoro, Lycophrone, Pauſania, Strabone, Apollonio, ejuſque interprete, & ceteris item Latinis tranſtuliſſe gloriatus eſt, in calce operis, talia fore ſua ſcripta (hæc ſunt fere ejus verba) confidit, quæ duo quinquagenarii homines ab eo qui viceſimum nonum annum nondum compleviſſet, diſcere quam turpiter ignorare mallent. Deſignat autem Nicolaum Perottum, ac Pomponium: quorum utrique tam cedere poteſt Domitius, quam P. Virgilio Baptiſta Mantuanus, aut M. Tullio Franciſcus Philelphus. Hujus tamen intolerabile ſupercilium

um, creſcentemque indies audaciam
eorgius Merula Alexandrinus, vir do-
iſſimus,& in ſcribendo maxime accu-
itus, primus editis in Martialem Notis
ompeſcuit, planeque oſtendit quantum
o eo quod ubique pollicebatur abeſſet.
ngelus quoque Politianus in Domitii
riptis non pauca ſomnia deprehendit.
tque ut humanum ſit nonnunquam
ibi poſſe, Domitio tamen omnia polli-
enti, & duos quinquagenarios docenti,
ihil ignoſcas.

Paulus Iovius, Epiſcopus Nucerinus, in Elogijs virorum literis illuſtrium.

Iulium Pomponium Lætum Sanſeve-
ina illuſtri familia in Picentinis natum
erunt, adeoque inſigni cura educatum,
it ex adultera matre, alioqui pudica, illu-
lente ei Salernitano Principe, genitus
outaretur. Sed vigente demum bello, &
abante fortuna Principalis domus, ani-
num ad literarum ſtudia convertit; tan-
a antiqui moris æmulatione, & naturæ
emperantia optimas literas complexus,
ut Romæ inter præclara ejus ſæculi in-
genia conſpicuus monſtraretur. Nam
Vallæ præceptoris æquata eruditionis o-
pinione, locum exceperat: ſed eum mox
*Pauli II injuria percelebrem fecit; quum
iteratos quoſdam, & in his Platinam, at-
que

que Callimachum, tanquam impios at-
que maleficos, tormentis excruciaſſe[nt].
Nam è Venetiis Romam pertractus ad
dicendam cauſam[Lætus]perpetua vitæ
innocentia tutus, nihil terreri potuit, u[t]
integro conſtantique animo indigna fa[-]
teretur. Veterum enim ingeniorum il-
luſtria nomina ſibiipſis indiderãt, quum
in cœtu ſodalium laureati Muſas cole-
rent. Ea nominum novitate Pontifex e-
legantiæ literarum imperitus ſuſpicioſuſ-
que, vehementer offendebatur, quaſi id
eſſet occulta conjurantium teſſera ad
obeundum inſigne facinus. Xyſto de-
mum Innocentioque faventibus, in
gymnaſio docuit incredibili nominis au-
toritate, auditorumque frequentia, adeo
ut ante auroram profitentem, Romana
juventus à media ſtatim nocte præoccu-
pandis ſubſelliis prævenirer. Deſcendebat
è Quirinali ſæpe ſolus, Diogenis more
præferens laternam, quum opes contem-
neret, & jucunda frugalitate venerabi-
lis haberetur. Simplici namque & pene
ſubagreſti convictu uſq; adeo gaudebat,
ut quum frequẽti ſemper limine colere-
tur, improviſi nobiles convivæ, non ſuf-
ficienti ejus puero, per jocum admoni-
ti, coquinæ manus admoverent; unde
perurbani ſales, multæque facetiæ fere-
rentur. Scripſit Grammaticæ compen-
dium,

um, adultis pueris utile: & graviore
mum ſtylo ſeriatim Romanos Cæſa-
s: gratiſſimoque libello in antiquæ
rbis ruinis, vera loca atque vocabula
emonſtravit. (*Itemque Magiſtratus omanos & Sacerdotia.*) Sed in ſuggeſtu
mmam laudem promeruit: quod eo
agis mirum videtur, quum in fami-
ari ſermone hæſitante lingua balbuti-
e eſſet ſolitus, nec orantem demum,
ut clara voce lectitantem ulla omnino
ris titubantia deformaret. Septuage-
arius exceſſit è vita, quum gelidiſſi-
o vini potu ventriculi calorem oppreſ-
ſſet. Elatus eſt auditorum inſignium
is humeris, honeſtante funus fami-
a purpurata Alexandri Pontificis, &
udante Marſo oratore. Quum variis
utem Elegiis tumulus ornaretur, epi-
ramma Pontani, conſenſu publico lo-
um obtinuit.

omponi, tibi pro tumulo ſit laurea ſyl-
va:
Oſſa, maris rores, myrteaque umbra
tegant:
que tegant, artuſque tuos, violæque ro-
ſæque:
Ver habeat, zephyros ſpiret & ipſe
cinis.

Stillet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Stillet & ipſe cinis quas & Parnaſſus & antra
Theſpia, & ipſa ſuas Aſcra miniſtret aquas.

Lege omnino Platinam De vitis Pontificum, in hoc Paulo; qui prid. Calend. Septembris an. MCCCCLXIV *Pontifex creatus, Pontificatus anno* VI *menſe* X, V *Cal. Auguſti, Sixto* IV *locum vacuum fecit, anno* MCCCCLXXII. *Sixtus, ſive Xiſtus, iterum Innocentio* VIII *an.* MCCCCLXXXIII. *Innocentius denique Alexandro* VI, *an.* MCCCCXCII. *qui defunctus an.* MDIII.

Conradus Geſnerus in Bibliotheca univerſali, edita an. MDXLV.

Pomponii Læti De Romanorum Magiſtratibus [Ex Feneſtella deſumptus, ut Vives ſcribit. *Hæc ibidẽ ad marginem*] Sacerdotiis, Iuriſperitis & Legibus libellus, chartis duabus & dimidia, impreſſus Moguntiæ; [itemque Lutetiæ apud Chriſtianum VVechelum 1529.] & Baſileæ apud Brylingerum, 1538.

Ejuſdem De antiquitatibus urbis Romæ libellus, excuſus Baſileæ apud Platterum, 1538, in 8. cum aliis diverſorum ſcriptis ejuſdem argumenti.

De

De exortu Maomethis liber, excuſus Baſileæ apud Henr. Petrum.

Eadem omnia, quæ prædiximus (præter librum de Maomethe) & inſuper Romanæ hiſtoriæ compendium, ex multis diſperſis apud Scriptores locis in unum corpus collectum, ab interitu Gordiani Iunioris uſque ad Iuſtinum III, & Epiſtolæ aliquot familiares ad M. Antonium Sabellicum & Angelum Politianum, & Vita ejus per M. Antonium Sabellicum, impreſſa ſunt Argentorati apud Schurerium, 1515, in 4. cum Indice, chartis XXI, & dimid.

Beatus Rhenanus præfatur in libellum De antiquitatibus Romæ, & ſuſpicatur eum non eſſe Pomponii; quoniam & pauca, & ineleganter ſcripta contineat: aut certe non id ſcriptum ut ederetur, ſed memoriæ gratia tantum.

Scripſit De arte Grammatica [impreſſa eſt in Italia] primo ſuo tyrocinio, ex veteri Grammaticorum forma.

Cum Varrone diu luctatus eſt, ut in integrum reſtitueret.

In Criſpo [Saluſtio,] & Livio repoſuit quædam.

Laurentium Vallam audivit: fuitque ab initio contemptor religionis; ſed ingraveſcente ætate cæpit res ipſa, ut mihi dicitur, curæ eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Cætera ſtudiorum ejus monument (præter antedicta) ſi qua fuere, in dire ptione domus per civilem ſeditionem ſub Xyſto Pontifice, intercidiſſe credun tur.

Hæc ex Vita ejus per Sabellicum; qu & ſtilum ejus caſtum magis quam com ptum eſſe ſcribit.

Pomponius Lætus exiguę eruditionis. Tota illa ejus celebris diligentia circa verba & hiſtorias aliquot, tum ſaxa ta, & monumenta diruta conſumpta eſt. Vives.

Caſpar Barthius Adverſariorum lib. xx. cap. xx.

Præmia vulgi rectiſſime Pomponius Sabinus, ſive is Lætus etiam eſt, Famam intelligit.

RAPHAE-

RAPHAELIS VOLATERRANI

De

MAGISTRATIBVS ET SACERDOTIIS ROMANORVM,

lib. XXIX.

DE Romanorum Magiſtratibus, hæc comperimur: Primum *Dictator* pluribus de cauſis diceba-tur. Aut rei gerendæ, id eſt belli cauſa gravioris. Primuſque fuit T. Largius, cum LX populi Latinorum adverſus Romonos conjuraſſent: auctor Dionyſius Halicarnaſſeus. Deinde clavi figendi cauſa, quum gravi morbo peſtilentiæ civitas affecta eſſet, Senatus L. Manlium Imperioſum Dictatorem, clavi figendi cauſa dici juſſit. Iſque clavus in æde Iovis in Capitolio in dextro latere fixus eſt: auctor Livius. Sed & ob aliquam aliam calamitatem clavus affigi etiam ſolitus, Comitiorum item conſularium cauſa, ut Conſul Dictatorem diceret, ſi contingeret utrunque, aut per bellum, aut aliam neceſſitatem ab Vrbe abeſſe. Aut quæ-

Cætera ſtudiorum ejus monume
(præter antedicta) ſi qua fuere, in d
ptione domus per civilem ſeditione
ſub Xyſto Pontifice, intercidiſſe cred
tur.

Hæc ex Vita ejus per Sabellicum;
& ſtilum ejus caſtum magis quam co
ptum eſſe ſcribit.

...... tum laxa
ta, & monumenta diruta conſumpta
Vives.

Caſpar Barthius Adverſariorum
lib. xx. cap. xx.

Præmia vulgi rectiſſime Pomponi
Sabinus, ſive is Lætus etiam eſt, Fama
intelligit.

RAPHA

RAPHAELIS VOLATERRANI
De
MAGISTRATIBVS ET SACERDOTIIS ROMANORVM,
Commentarius.

Ex Commentariorum Vrbanorum lib. XXIX.

DE Romanorum Magiſtratibus, hæc comperimur: Primum *Dictator* pluribus de cauſis dicebaur. Aut rei gerendæ, id eſt belli cauſa gravioris. Primuſque fuit T. Largius, um LX populi Latinorum adverſus Romonos conjuraſſent: auctor Dionyſius Halicarnaſſeus. Deinde clavi figendi cauſa, quum gravi morbo peſtilentiæ civitas affecta eſſet, Senatus L. Manlium Imperioſum Dictatorem, clavi figendi cauſa dici juſſit. Iſque clavus in æde Iovis in Capitolio in dextro latere fixus eſt: auctor Livius. Sed & ob aliquam aliam calamitatem clavus affigi etiàm ſolitus, Comitiorum item conſularium cauſa, ut Conſul Dictatorem diceret, ſi contingeret utrunque, aut per bellum, aut aliam neceſſitatem ab Vrbe abeſſe. Aut quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſtionis exercendæ, quando Q. Cincinn-
tus Dictator factus, ut Sp. Melii, regnum
affectantis, temeritati reſiſteret. Aut l
gendi ſenatus, numero deficiente, ut M
Fabius Buteo. Modus autem hic fuera
Conſul Dictatorem dicebat, Dictato
Magiſtrum equitum: noctuque tan
um dicebatur, & in ſolo Romano, quo
Italia terminabatur. Sexq; tantum men
ſes durabat. Et ex Patriciis C. Martiu
Rutilius tantum de plebe in bello Fali
corum dictus, qui & ipſe de plebe homi
nem L. Plaucium Magiſtrum equitum
dixit. Procedebat cum lictoribus XXIV
ac totidem ſecuribus: à quo provocatio
non erat. Magiſtratum hunc Romani ab
Albanis acceperant, apud quos Metiu
Suffetius Dictator invenitur prius fuiſſe

Tribunorum plebis creandorum cauſa
ſeceſſus plebis fuit in montem Sacrum à
Senatu gravatæ. Inde per Menenium A-
grippam reducta, dato exemplo ventris
ad membra. Tribuni duo primum crea-
ti: deinde per aliam ſeceſſionem tres,
mox quinque alii, fuereque tandem nu-
mero X. Sacroſancta vocabatur poteſtas,
nec ſicuti aliæ, per Dictatorem unquam
ceſſabat. Abſque judicii diſcuſſione in
exilium carceremque mittebat. Curiam
non ingrediebatur, ſed in ſella ante veſti-
bulum permanebat, dum S. C. fieret:
quod

quod ſi probaret, T. litera annotabat; ſi minus, intercedebat. Ab Vrbe nec per unum diem abeſſe licebat. Domus ejus die, noctuque apertis foribus patebat, ut auxilio plebi omnibus horis (ſi quando opus) foret. Præterea de plebe tantum fuerat, & qui patrem vivum non habebet: ex quo Servilius tribunatum falſo geſſiſſe creditus: quod pater ejus, quem deceſſiſſe opinio erat, vivere ferebatur. Inter ſe quoque ſi diſſidebant, plus poterat unus, qui prohibuiſſet, quam reliqui, qui rem aliquam probaſſent: auctor Plutarchus in Catone. Capitis etiam diem & Dictatori, & Conſuli poſt Magiſtratum dicere poterant. Nec purpuram, nec ſellam, nec lictores, ut Conſules & Prætores, habebant, ſed tantum unum viatorem.

Per aliam plebis diſcordiam, quæ delectum pati non poterat, neceſſe fuit *Tribunos conſulari poteſtate* creare: creatique ſunt ex Patribus, A. Sempronius Atratinus, L. Atilius & Cæcilius: auctor Livius. Hi duorum generum erant: comitiarii, qui in comitiis fiebant; & Rutilii ſeu Rufi, qui in caſtris: Nam Rutilius Rufus legem tulit de eis in exercitu creandis: ut auctor Feſtus.

Prætores numero XVIII fuere: habebant ſellam curulem, & lictores ſex, trabeam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

beam item, reliquaque Conſularia inſignia. Ab initio unus tantum Prætor Vrbanus fuit, qui in Vrbe jus diceret, omnemque publici ac privati juris poteſtatem habebat: equis item albis utebatur. Alius deinde Prætor Peregrinus factus, qui inter peregrinos jus dicebat. Deinde adauctus paulatim numerus, qui & urbanis & provincialibus rebus adeſſent: Sylla quatuor, Auguſtus duos, Claudius totidem adjecit. Inter minores magiſtratus etiam jus dicebant. Abſentibus Conſulibus, Prætor Vrbanus ſenatum & comitia habere poterat. In provinciis non ſolum jus dicebāt, ſed res gerebant. Quæſtores ſub ſe habebant, qui vice eorū fungerentur, cum opus eſſet, ſicuti Dictator Magiſtrum equitum, & Conſul Legatum.

Proprætores prætoria poteſtate provincias etiam adminiſtrabant.

Quæſtores vetuſtus magiſtratus. Gratianus Iuriſconſultus, in eo libro, quem de Poteſtatibus ſcripſit, ipſum etiam Romulum & Numam duos habuiſſe Quæſtores, quos non ſua voce ſed populi ſuffragio creatos, ſcriptum reliquit. Deinde Tullum Hoſtilium ſine dubio Quæſtores etiam habuiſſe. Dictos autem à quærendo: quorum officium, partim ærarii & urbanæ pecuniæ curam agere, partim provincias exigendis vectigalibus ſortiri, quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

uandoque in ſenatu occupari: & hos
ndidatos *Principis* eſſe dictos: nonnul-
s in exercendis quæſtionibus verſari: a-
os *Quæſtores parricidii* dictos, qui ut
pitalibus rebus præeſſent, à populo
onſtituebantur. Hæc ex libris Digeſto-
um. Reperio quoque apud Valerium,
uæſtorum fuiſſe curam, legatos, regeſ-
e Romam venientes, pro dignitate po-
uli Rom. excipere, ac honorare, ob-
iamque proficiſci. Nam legati primum
dem Saturni petebant, ubi ærarium e-
at, ibique mos erat, ut à Præfectis ærarii
criberentur eorum nomina, traderen-
urque Quæſtoribus, qui & eos donis
roſequi, & ægrotos curare, ac demum
mortuos ſumptu publico ſepelire ſole-
bant. Ærarium enim apud Saturni prius
edem fuit: Hic libri elephantini ſerva-
bantur, in quo XXXV tribus conſcriptæ,
um ſenatuſconſulta omnia fuerunt: Li-
bros autẽ linteos Pontifices retinebant,
in quibus annales conſcribebant. In ipſo
quoque ærario locus erat ſecretior, ubi
vigeſima vectigalium ſervabatur: Livius
XXXVII. Cætera expedientibus, quæ ad
bellum opus erant, Conſulibus: aurum
vigeſimarium, quod in ſanctiore ærario
ad ultimos caſus ſervabatur, promi vi-
ſum eſt; prompta ad III. mil. pondo auri.
Fiſcus deinde ærarium appellari cœptus,
 à fiſcel-

à fiſcella, id eſt crumena, ubi ſervabantur pecuniæ, ut ait Varro. Primum *Fiſci advocatum* inſtituit Hadrianus princeps, ut teſtatur Spartianus. Vectigal Pop. Rom. inter alia fuit vigeſima reddituum omnium rei frumentariæ in Italia: præterea ſal à ſingulis exigendum Salinatoris commentum. Qui vectigalia redimebant, *Publicani* appellati, & *mancipes* publicanorum principes, ut ait Pedianus.

Senatores primum à Romulo centum inſtituti, *Patres* appellati: ex his geniti, *Patricii* dicti: qui vero poſtea per Reges ac alios additi fuere, *Patres conſcripti*, & *minorum gentium* vocati apud Gellium: Fuereque uſque ad mille. quem numerum Auguſtus poſtea minuit. Qui non, uti nunc mercedem aut ſtipendium aliquod à Republ. ſumebant, ſed gratuitam exhibebant operam, quod ſane ex nonnullorum Senatorũ paupertate maxime declaratur. Liberalitas tamen Principum multis providit. Auguſtus item, teſte Tranquillo, Senatus cenſum ampliavit, ac pro DCCC duodecies LLS. taxavit, ſupplevitque non habentibus. Et in Veſpaſiano ſcribitur: Explevit cenſum ſenatorum, Conſulares inopes quingentis ſeſtertiis annuis ſuſtentavit. Senatores libertinos in ſenatum, Commodus, teſte Lampridio, adſcivit: Cæſar etiam

Gallos:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Gallos: Heliogabalus Senatulum mulierum in Colle Quirinali inſtituit. Auguſti quoque conſtitutione Senatores, priuſquam conſiderent, vino & farre ſacrificabant ei Deo, in cujus ædem convenerant: nec ultra, quam bis in menſe plerunque cogebantur. Ante ortum aut poſt occaſum ſolis, Senatuſconſultum irritum erat: Ante annos XXV. in curiam ingredi non licebat, poſt caſum Papirii Prætextati. Senatores ex lege poſt annos LX. non citantur, ut auctor Seneca ad Paulinum. Citatis vero ex lege, non venientibus pignora auferebantur, ut videre licet apud Ciceronem de Oratore lib. III. Duobus tantum exceptis caſibus: cum ſupplicatio videlicet, aut triumphus alicui decernendus. Nam tunc uti placerent, libenter omnes ſponte, minimeque coacti properabant: Cicero Philippica prima. De ſupplicationibus referebatur, quo genere Senatores deeſſe non ſolent. Senatuſconſultum tribus modis fiebat; ſententia, verbo, diſceſſione: de quibus teſtatur Livius XXXVI. Livium Salinatorem, inquit, olim damnatum in Senatum venire, & tondere, ſqualloremque ponere Cenſores juſſerunt: Sed tum quoque aut verbo adſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibant, quos modos ſane deprehendimus fuiſſe ignobilium

M 5 Sena-

Senatorum; præcipuorum vero ſententiam dicere. Pedibus ibant movendo ſe in locum illius, cujus ſententiam probabant: Vnde *Pedarii Senatores* dicti ſunt. Gellius vero etymi cauſam dicit, quod pedibus in ſenatum irent; ad eorum differentiam, qui curru vehebantur: in quo ſella erat, quod curulem jam dignitatem obtinuiſſent. In ſententia vero dicenda, is ordo erat, ut ait Gellius, ante legem de Senatu habendo. Princeps Senatus primum à Conſule rogabatur, deinde Conſules deſignati, deinde reliqui præcipuæ exiſtimationis. Cæſar conſul Catonem rogavit, dicentemque non placita, in carcerem duci juſſit, ſequenteque eum ſenatu, pudore motus prohibuit. Quem vero ordinem, ut ait Tranquillus in Cæſare, Calendis Ianuariis Conſul ſervaſſet, toto anno ſervabant. Sententia inſuper, ſi quando non tota placeret, dividebatur. Cicero in epiſtola ad Lentulum: Poſtulatum, ut ſententia Bibuli divideretur. Pedianus in oratione pro Milone: Cum aliquis dixit, quod non probaretur, poſtulabant, ut divideretur, & de ſingulis referretur. Seneca in epiſtolis. Quod fieri in Senatu ſolet, jubeo illud dividere, & ſententiam ſequor. Et hæc quidem de ſenatu.

Conſules primi poſt exactos reges L. Iu-

nius

us Brutus,& L.Tarquinius Collatinus, ibus dati XII. faſces, ac totidem ſecu-, cum lictoribus: ita, ut apud unum atum eſſent, ne timor duplicaretur,iſ-e major Cõſul appellaretur. Val. Publi-la, eis ſecures ademit, dum provocan-poteſtatem à Conſulibus dedit. T. Lar-us Dictator reſtituit, ita tamen, ut mi-me in caputRomani injuſſu populi va-rent. Addita his, ſella curulis,purpurea abea, prætexta: quæ omnia ab Hetruſ-s, teſte Livio,accerſita ſunt. Plebs dein-e per ſeditionem, alterum de ſuis obti-uit; alterum item Campani ſuperbi per nnium petierunt Conſulem Campa-um, quem Torquatus paulo minus, quin è curiæ gradibus præcipitem deje-erit: Prima hæc poſt Dictatorem pote-tas: Cives in carcerem mittendi,non ta-men necãdi anctoritatem habebat.

Proconſules autem (ut narratur in li-bris Digeſtorum) ſex lictores, ac tantum in provincia jus habuere, ingreſſi urbis portas amittebant legatos, & ipſi con-ſtituebant, qui accepta ab eis facultate, adminiſtrabant.

Candidati & honores petituri,in cam-pum ad Comitia deſcendebant,in Septis, Ovilibuſque, locis, videlicet, eorum ſi-militudine factis.

Comitia conſularia,calata, tributa,cen-

turiata,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

turiata, curiata. *Calata* à calando, id eſt, vocando per lictorem: *Curiata* tantum ex curiis civium, quæ xxx fuerant, conſtabant: *Centuriata* frequentiſſima, per cornicinem ex cenſu & ætate accerſebantur: *Tributa* vero ex omnibus regionibus urbis, & tribubus.

Accedebant prærogativæ juniorum, ſeu veteranorum: hoc eſt, ex omnibus, qui militarent juvenibus & veteranis. Centuriẹ ad *ſuffragia* deligebantur. Conſul vero ſortiebatur, quæ pro uno quoque candidato prærogativa juniorum prius ad ſuffragia mitteretur, quam & præco citabat in montem citatorum dimiſſa. Claſſes vero in centurias diſtributæ fuerant: Dabantur ſuffragia duobus modis: Primo, mos fuit, ſententiis ab utraq; parte dictis. Deinde tabellis, ut deprehenditur in Cicerone Legum II. In ea, inquit, ſum ſententia, qua te ſemper fuiſſe ſcio, nihil ut fuerit in ſuffragiis voce utilius. Quis autem non ſentit autoritatem optimatum Tabellariam legem abſtuliſſe? quam populo libero nunquam deſideravit, in oppreſſis dominatio & potentia principum flagitavit.

Quandoque non in comitiis Conſules, ſed per Interregem ad hoc factum, legebantur, ob candidatorum tumultum, & arma, Livius 4. Per Interregem creati

Coſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

oſſ. ac pronunciati, L. Valerius & M.
oratius: acta res in Flaminiis pratis.
ompeium quoque ſolum creatum Con-
ulem per Sulpitium Interregem legimus
pud Plutarchum in Pompeio, Collegæ-
que poteſtatem ei attributam fuiſſe.

Candidati veſte induti alba, ſine toga,
t ait Plutarchus, ne munera ad corru-
tionem abſconderent: cives rogabant,
renſabantque, merita commemora-
ant. Naſica vir ſanctiſſimus bis candida-
us repulſam habuit. Cæ. Metellus ſemel
n Conſulatu, qui poſtea Macedoniam
atriæ ſubjecit. Cato quoque ſemel & Q.
Ælius Tubero vir Stoicus in Prætura, ob
menſas pellibus hœdinis Pop. Rom. pa-
ratas.

Cenſores primi L. Papirius Mugillanus,
& L. Sempronius Atratinus: anno Vrbis
cccx. per quinquennium ab initio facti:
deinde ob eorum inſolentiam per Ma-
mercum Æmilium Dictatorem ad an-
num & ſex menſes redacti: ut auctor Li-
vius 4. Alteroque defuncto ſe etiam al-
ter magiſtratu abrogabat, totidemq; fie-
bant. Cenſum agebant civium Rom. lu-
ſtrumq; condebant: quem prius Servius
Tullius inſtituit, rem ſaluberrimam: ex
quo belli paciſque munia, non viritim, ut
ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent.
Cenſu perfecto edixit, ut in campo Mar-
tio

tio omnes cives quiſq; cum ſuis centu prima luce adeſſent: ibi iuſtructum ex citum omnes, ſue, ove, tauriſque luſt vit: idq; conditum luſtrum appellatu quia in cenſendo finis factus eſt: mi LXXX, eo luſtro civium cenſa dicunt Bello II Punico cenſa fuere civium ca ta CXXVII milia,& CVIII. ex quo nume apparuit quantum hominum Pœnus a ſtuliſſet: Livius XXVII. Idem lib. XIX dic ſub Q. Pompeio, & Q. Metello Cenſ. ſt tim poſt III bellum Punicum cenſa fu ſe capita CCC.XIX. milia, & DCCCXXXII præter pupillos,& viduas;quo nunqua major numerus. Præterea diſciplinar ordinum, morumve curã habebant: Se natum legebant, ab eoq; indignos amo vebant. Quorum tanta ſeveritas fuit, u oſcitantem paulo altius civem Rom. i publico ignominia adfecerint: & equit Romano,qui equum ſtrigoſiorem habe ret, ſe autem pinguem, mollius ut cura ret equum,admonuerint:auctor Gellius

De *Præfecto urbi*, ſic ſcribitur in libri Digeſtorum: Omnia crimina, quæ per totam Italiam admittebantur (ut in Epiſtola Divi Severi ad Fabium Cilonem cautum eſt) Præfectura urbi ſibi vendicat. Initio vero ejus Epiſtolæ, ſic ſcribitur: Quum Vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus. &c. Quicquid igitur in-

tra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ı Vrbem admittitur, ad Præfectum urvidetur pertinere. Sed & ſi quid intra nteſimum lapidem admiſſum ſit, Prææti urbi ad cognitionem pertinet. Si tra, Præfecti urbi notio non erit. Cum præterea habet tutorum, curatoım non proborum; ſed & numularioım, ut ab illicitis abſtineant. Macellum uoque, ac forum boarium, ſuarium, ſcarium, olitorium curat, ut juſto veeant res pretio.

Præfecti annonæ frumentum proviere urbi habebant, emereque à civibus uod victui ſupereſſet.

Præfectos vigilum, ut ſcribitur in Dieſtis, Auguſtus primum conſtituit, ad ıcendia reprimenda, quod erat antea fficium *Triumvirorum*: nam cohortes pportunis urbis locis diſpoſuit, quibus ræfectos conſtituit, qui furum, incenjariorum, raptorum, receptatorum rimina vindicabant.

Præfectus prætorio, ut in eiſdem ſcribiır libris, erat apud Imperatorem qualis ſagiſter equitum apud Dictatorem. Jam diſciplinæ publicæ præerat, à quo x Cæſarum privilegio provocare non liebat: ſecundum, poſt Imperatorem, loum obtinebat.

Ædiles plebeii, & *Curules* ſatis nomie ipſo diſtinguuntur. His ludos curabant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

bant, aquas, cloacas, publicaque ædi-
cia. Quicquid etiam rerum vitioſaru[m]
pro ſincero, fractumque pro integro v[e]-
niſſet, Ædilitio edicto redhiberi ſolet.

Petitis per legatos, & allatis Attic[is]
legibus, ad eas proponendas *Decemvir[i]*
inter quos Appius Claudius, & T. Genu-
tius principes fuere, pro Conſulibus ſi[ne]
ullis aliis Magiſtratibus creati, à quibu[s]
non eſſet provocatio: anno ab Vrbe co[n]-
dita CCCI. Hi deſcriptis legibus, quu[m]
modeſte ſe geſſiſſent, in alterum quoqu[e]
annum eundem eſſe Magiſtratum pla-
cuit. Quo tempore, quum plura impo-
tenter feciſſent, Magiſtratum deponer[e]
nolentes, in tertium annum detinue-
runt: donec invicto eorum imperio, fi-
nem attulit Appii in Virginiam libido,
ad quem ſumma rerum referebatur: quo
facto, plebs incitata, occupat Aventi-
num, Decemviros ſe magiſtratu abdica-
re coëgit: ex quibus Appius, & unus col-
legarum, qui præcipue pœnam mereban-
tur, in carcerem conjecti, cæteri in exi-
lium acti. Inſtante igitur Virginii accu-
ſatione, & ex altera parte Claudiorum
omnium deprecatione, Virginii lachri-
mæ juſtiores viſæ fuerunt. Itaque ante-
quam dies adeſſet, Appius ſibi necem
conſcivit: Livius lib. III.

Triumviri capitales, cauſas criminum
capi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

pitalium cognoſcebant: ab initio duo erant, jam inde concreati ad judican- um Horatium illum, qui ſororem in- rfecerat, rediens à victoria Curatio- im.

Triumviri coloniæ deducendæ: ad hos ertinebat, ut agros, novis deductis co- nis, dividerent; urbes deſignarent ædi- care volentibus, areas partirentur: ommodis regionibus civitatem diſtin- uerent, legibus magiſtratibuſque ſiſte- nt, & ad ſpeciem optimæ gubernatio- is Rempublicam effingerent.

Triumviri Reipublicæ conſtituendæ hi ere: M. Antonius, Octavianus & M. epidus.

Quum autem magiſtratibus horis ve- ertinis in publicum convenire, fas non ſſet, ut habetur in libris Digeſtorum, eati Quinqueviri cis-Tiberim, & toti- em ultra, qui poſſent pro magiſtratibus ingi.

Erant & Quinqueviri, qui minuendis ublicis ſumptibus judicio Senatus con- ituti erant: auctor Plinius Cæcilius lib. 2. piſtolarum. Et item Quinqueviri Men- rii.

DE SACERDOTIIS.

Pontifex *Maximus* ſupra omneis Pontifices, omniaq; ſacra erat; penes quem libri rituales, lintei, elephantiniq; erant, ubi annales ſcribebant: Tantaque pollebant autoritate, ut Metellus Cæcus Pontifex Maximus A. Poſthumium Cos. ad bellum properantem (quod is Flamen Martialis eſſet) non ſit paſſus à ſacris recedere: ut Livius XIX teſtatur.

Duûmviri ſacrorum, ſacris libris legendis, carminibuſque Sibyllæ, fatiſq; populi interpretandis prȩerant: ut ſi quid in urbe portenti accidiſſet, lectiſterniis ad pulvinaria Deorum factis, eorum minas averuncarēt: prȩterea templa dedicarent.

Septemviratus Epulonum, genus erat Sacerdotii, additum Pontificibus, qui epularum, conviviorumque ſacrorum & pontificalium cæremonias curarent.

Rex Sacrificulus (aliàs *Rex ſacrorum*) exactis Regibus creari cæptus, ad obeunda quædam ſacra ſolis Regibus fieri conſueta, quod populus ægre ferebat, diminutam propterea religionem, & numerum ſacrificiorum.

Iunio Bruto & Marco Valerio Coſſ. *Flamines* Numa inſtituit, id eſt, ſacerdotes, quaſi filamines, quod lanam in capite quandam geſtarent; unum Marti,

unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

unum Quirino,& alium Iovi, qui Flamen Dialis diceretur, omnibus ſuperiorem.

Idem & *Salios* XII Marti, quod ſaltando per urbem irent dictos: Mamuriumq; vocabant, fabrum videlicet ancilium, ad ſimilitudinem illius, quod à cœlo delapſum fuit: Quæ inſtitutio diſcrepare non videtur à modo veteris legis: David enim legimus ante arcam fœderis ſaltando proceſſiſſe.

Potitii & *Pinarii*, Herculis ſacerdotes, ab Evandro inſtituti: quæ familiæ tunc nobiles ea loca tenebant. Potitii diutius remanſerunt. Sublati tandem utrique ab Appio Claudio Cenſore, his infenſo familiis: ob id creditur ira Deorum luminibus orbatus: auctor Livius.

Fœcialis ſacerdotium,& *Patris patrati*, idem fere & in iiſdem rebus fuerat, in feriendo cum hoſte fœdere, & bello indicendo, jam uſque à tempore Tulli Hoſtilii: Formula autem fœderis feriendi hujuſcemodi à Livio ponitur: Fœcialis, inquit, Tullũ ita rogavit: Iubeſne me Rex cum Patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente Rege: ſagmina, inquit, te Rex poſco: Rex ait, pura tollito. Fœcialis graminis herbam puram adfert, poſtea Regem ita rogat: Rex, faciſne tu me regium nuncium populique Romani Quiritium? Rex reſpondet: quod ſine fraude

mea, Quiritiumque fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multiſque id verbis peragit, legibus deinde recitatis. Audi, inquit, Iupiter, audi Pater patrate populi Albani, audi populus Albanus, audi ut illa palam prima, poſtrema, ex illis tabulis, cærave, recitata ſunt, ſine dolo malo, utique ea hîc hodie rectiſſime intellecta ſunt: Illis legibus populus Romanus prior non deficiet, ſi prior defecerit, publico conſilio, dolo malo, tum me Dieſpiter ita populum Romanum ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percutit. Eodem modo pars altera, per ſuos Sacerdotes, ſuumque Dictatorem peragit: Cum autem bellum per Fœciales indicunt, hoc more utuntur: Fœcialis haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum, quibus bellum indicit, defert; nec minus puberibus tribus præſentibus, hæc adjicit: Quod populi priſcorum Latinorum, homineſque priſci Latini adverſus populum Romanum Quiritium fecerunt, quod populo Romano bellum cum priſcis Latinis juſſit eſſe, Senatuſque populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego populuſque Romanus populo priſcorum Latinorum homi-

ominibuſque priſcis Latinis bellum indico, facioque. Id ubi dixit, haſtam in fines eorum mittit, ex quo bellum juſtum ſſe intelligitur.

Virgines Veſtales Numa inſtituit. Quæ acra in Italiam per Æneam adducta fuerunt. Virgilus:

Et manibus vittas, Veſtamq; potentem:
Æternũq; adytis effert penetralibus ignẽ.

Antiſtius Labeo ſcripſit, minorem quam nnis VI majorem quam X natam, negaverunt capi fas eſſe: præterea, quæ ex ervis nata ſit, aut corpore ſenſuve diminuto. Neque illa hæres cuiquam inteſtato, neque inteſtatæ illi quiſquam eſt, ed bona in publicum redigebantur. Carento vehebantur, Magiſtratuſque illis ſſurgebant, magnuſque apud hos illaum reſpectus fuerat: ſi quando pro reis, ut damnatis precabantur. Iulius Cæſar, Tranquillo teſte, per Veſtales apud Syllam meruit veniam impetrare. Ignem perpeuum ſervabant, quę autem per negligeniam extingui ſineret, flagris à Pontifice Maximo, cui ſuberant, cædebatur. In tupro deprehenſa, viva defodiebatur: oq; die in Vrbe publici nihil fiebat. Nuper ſub radice Palatini, è regione Coſmi & Damiani templi, multa Veſtalium monumenta refoſſa, in quibus ſtatuæ olim uerunt. Ex his duo tantum ponam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

I.

Coeliae. Claudiae. V. V.
Maximae. ſanctiſſimaeque
cui. egregiam. ſanctitatem
et. in. Deos infatigabilem
operationem. meritis. ſuis
laudis. aeternam. adhibita
gravitate. Numen. quoque
Veſtae. comprobavit
Sacerdotes. ſacri. Vrbis.

In dextro latere:

Dedicata. cal. Mart
M. Iunio. Max. II. et
Vellio. Aquilio. coS.
curante. Fla. Martiano
et. B. Fictore. V. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

II.

in altera:

Fla. Maniliae.V.V.Max.
cuius.egregiam. ſanctimo
niam. et. venerabilem
morum. diſciplinam
in. Deoſque. pervigilem
adminiſtrationem
Senatus. laudando
comprobavit

Aemilius. Rufinus.frater. et
Flavii Silvinus.et.Irenaeus
ſororis.filii.ob. eximiam.eius
erga. ſe. pietatem
praeſtantiamque

in latere dextro:.

Collocata. XII. cal. April
C. Veraio. Attico.et. coS.
A. Aſinio. Praetextato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Ad præcedentes Inſcriptiones NOTÆ P. S.

I.

Coeliae Claudiae.]Inſcriptio hæc V
laterrano , inter alia Veſtalium mon
menta,ſub radice Palatini effoſſa dicit
Non memini tamen me eam uſpiam
giſſe apud Antiquarios. Non Panuini
in Faſtis, aut alibi; non Lipſius in Synt
gmate De Veſta & Veſtalibus ; non Sm
tius, non Gruterus in collectaneis Inſcr
ptionum repræſentant. Non admodu
diſſimiles inibi,ſed diverſæ tamé.Eccilla

Romæ, in baſi ſtatuæ,reperta in via
Sacra ad radices Palatii,è regione
SS.Coſmæ & Damiani.

Coeliae. Claudianae
V. V. Maximae
a. Diis. electae. merito
ſibi. talem. antiſtitem
Numen.Veſtae.reſervare
voluit
Coelia.Numeriana.ſoror.una
cum.Pierio.coniuge.ac.liberis
*ſuis.orantes.ut.per.***tot.ſecula*
facere.Dii.permittant

*Quot nempe ipſi cum liberis eſſent.

Egre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

regia, inquit Lipſius, adulatio. Apud
netium, qui vidit, eſt *Coelia Nerviana,*
on *Numeriana.* Sic quoque apud Gru-
rum pag. cccx, 2. Stephanum Pighium
nnotationibus in Valerium Maximum,
i lib. 1. cap. 1. & Onuphrium Panuinium
civitate Romana. Hic quoque legit,
Merito. quam. ſibi. talem. Antiſtitem.

Item Romæ.

†Cloeliae. Claudianae
V. V. Max.
religioſiſſimae. benigniſſi
maeque. cuius. ritus. et. plenam
ſacrorum. erga. Deos
adminiſtrationem
Vrbis. aeterna. laudibus
**S. S. comprobat. Octavia*
Honorata. V. V. divinis
eius. admonitionibus
ſemper. provocata
Collocata. XII. Kal. April
C. Aufidio. Attico
C. Aſinio. Praetextato *coS*

Ex Panuinio Faſtorum lib. 11. ad Annum
c ∞ x c v. Gruterus, pag. cccix, 7.
†ſupra *Coeliae*; ſi tamen eadem.
**S. S.* id eſt, *Sanctus Senatus.*

V.V.Max.] Valent notæ, *Virgini Veſtali Maxima* Sic non ſemel aliàs.

Cui.egregiam] Apparet legendũ, *Cuius.*

Et. in. Deos. infatigabilem. operationem.) In alia Inſcriptione Romana, ſuperius laudata: *Plenam. ſacrorum. erga. Deos. adminiſtrationem.* Iterumque in aliis: *In. Deos. quoque. pervigilem. adminiſtrationem.* Item: *Religioſam. curam. ſacrorum.* Quæ eadem ſunt. Quid in ſacris *operari* ſit, pervulgatum jam eſt *Operari ſuperſtitionibus*, Livius lib. x. dixit. Ovidius Faſtorum VI.

Veſta fave, tibi nunc operata reſolvimus ora.

Tibullus lib. II. eleg. 1.

Omnia ſunt operata Deo ——

Propertius lib. II. eleg. XXXIIII.

Triſtia jam redeunt rerum ſolennia nobis
Cynthia jam noctes eſt operata decem.

Tacitus lib. II. *Nox eadem lætam Germanico quietem tulit viditque ſe operatum.* Nonius Marcellus: OPERARI, *eſt Deos religioſe & cum ſumma veneratione ſacrificiis litare, vel convivari.* Deinde exempla ex auctoribus antiquis profert. Ex quis hæc potiſſimum huc faciunt. Afranius Excepto:

Vt operatum illum Dianæ degerem ſanctum diem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Lucillius lib.xxx:
Aut operata aliquo celebri cum aequa-
libus fano.
Hæc,& plura, ille.Iuvenalis Sat.XII.
Et matutinis operatur feſta lucernis.
Verbale *operatio* Plauto,quemadmodum
hîc,ſacrificatio eſt:
Vt iſthac operatio crimen expiet.
Meritis ſuis.laudis.aeternam.] Corru-
ptum. Forſitan reſtituendum: *Meritu.*
ſua.laudis.aeternam.vel, *Merito.ſua. lau-*
de.aeterna. vel, *Suis. laudibus aeternum.*
Poſſet &, *Meritiſſimis. laudibus.aeternae.*
*Vr.*id eſt,*Vrbis.*
Sacerdotes.ſacri urbis]Legendumne,
Sacrae.an quid aliud comminiſcendum?
M. Iunio. Max.II. et. Vellio. Aquilio.
coS.] Secundi Conſulis nomen corrige.
M. Iunio Maximo II & Vettio Aquilino.
FuêreConſules anno Vrbis ∞ XXXVIII.
Dedicata.cal.Mart.M.Iunio Max II.
et.Vellio.Aquilio.coS.]Inſcriptio quidem
ipſa ad eum modum nuſquam , quod
ſciam, legitur , præterquam apud Vola-
terranum. Panuinius tamen in Faſtis
hunc indicem dedicationis profert alteri
monumento, quanquam de eadem Ve-
ſtali virgine , niſi fallor, ſubditam ; lib.II.
ad Annum ∞ XXXVIII.

Cloe-

Cloeliae. Claudianae. V. V. Max.
ſanctiſsimae.ac.ſuper.omnes.retro.ma
mas.religioſiſsimae.cuius.ſanctimonia
a. cunctis. praedicatur. nunc. certe
pertinet eſſe.te.talem.cuius. laudem
Numen quoque.Veſtae.honoravit.Fl.
Euchariſtus.ſeptem.Epictetus.et
Aurelius.Optatus.ſac.ſanctae.Veſtae
V.S.S.L.S.D.exprim
Dedicata. K. Martiis. M. Iunio
Maximo.II.et.Vettio.Aquillino
COSS. curante. Fl. Marciano

Ex Panuinio Gruterus pag. CCCIX, 8.

Apud Volaterranum amplius eſt in fine, *et. B.fictore.V.V.* Sed caſtigatior in nominibus Conſulum eſt Panuinius. Pro *Vellio Aquilio*, ſcribendum *Vettio Aquilino*, uti jam monuimus. Mentio autem *Fictoris* fit etiam in alia Veſtalis inſcriptione:

Romæ, in baſi reperta in via Sacra, ad radices Palatii:

Fl. Publiciae. V. V. Max.
ſanctiſsimae. et. piiſsimae
ac. ſuper. omnes. retro
religioſiſsimae. puriſsimae.
caſtiſsimaeque ф
cuius. religioſam. curam

ſacro-

ſacrorum.et.morum.praedi
cabilem. diſciplinam
umen.quoque.Veſtæ.comprobauit
Q.Veturius.Memenius.V.E.
ictor. V. V. dignationis.erga.ſe.
onoriſque. cauſa. plurimis
in.ſe.conlatis.beneficiis.

latere ſiniſtro:

Coll. V. Idus. Mart.
mp.Caeſ.: : : :.: Pio.Felic.II. et.
: : : : nobiliſsimo.Caeſ.coS.

idit deſcripſitque Smetius.ex quo Gruerus pag.CCCXI.

Fictoris nomen inter officia divina. libi in lapidibus *Fictores Pontificum* lemus: non notione illa vulgari; qua Lanis *Fictor*, Græcis Plaſter. Quid fuerint, idorus in Originib. explicat. *Fictor*, inuit, *à componendo & fingendo, velut qui apillos mulierum linit & pertrectat, unit & nitidat.* Qui locus forte mendo on vacat; & videtur emendandus: *qui apillos mulierum leniter pertrectat, ungit, & nitidat.* Apud Auguſtinum ſexto De ivitate Dei, Seneca inſigni Fragmento e ſuperſtitione veterum: *In Capitolium erveni.pudebit publicatæ dementiæ, quod ibi vanus furor attribuit officii. Alius*

nomina

nomina Deo ſubjicit, alius horas Iovi nunciat, alius lictor eſt, (Lipſius emendat, *fictor eſt*,) *alius unctor, qui vano motu brachiorum imitatur unguentem.*

Vettii autem *Aquilini* Conſulis Panuinius in Faſtis meminit ex antiqua figulina, Romæ:

P. Corn. Aſiatico. II.
T. Vettio. Aquil *coS.*

Exhibetq; Gruterus pag. MLXXXII, 17. Apud quem præcedenti pag. MLXXXI, 1. mentio *Aureli. Prumiani. Fictoris. Pontificum*, in elegantiſſima inſcriptione tabellæ marmoreæ, quam Grutero Pighius communicavit è m.ſ. ſcheda Nicolai Florentii. De *Statilio Dionyſio Diſcipulo Fictorum Pontificum*, habes ex Smetio p. CCLXX, 6. Meminitq; ſummus vir Iuſtus Lipſius Electorum lib. II. cap. XVIII.

II.

Fla. Maniliae.] Hanc habet ex Panvinio Gruterus, Inſcriptionum pag. CCCX, 5. *Fl. Maniliae..*

In. Deoſque.] Ibi eſt, *In. Deos. quoque pervigilem.*

Aemilius. Rufinus. frater. &c.] Hæc illi ad hunc modum perſcribunt:

Aemilius. frater. et

Rufi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Rufinus. frater. et
Flavii. Silvanus. et
Eireneus. ſororis. filii
. militiis. ob. eximiam. erga. &c.

ilvanus, non *Silvinus.*

Collocata] Hæc, quæ in latere dextro gi teſtatur Volaterranus, deſunt aliis. amen eadem exhibet Panuinius, & ſub- cribit alteri monumento; *Cloeliae* nem- e *Claudianae V.V. Max.* quod dedimus upra. Sed ibi pro *C. Verato Attico*, legitur *. Aufidio Attico.* Videtur in noſtra In- criptione reponendum, *C. Vettio Attico.* Nam illud par Conſulum initio Tabulæ eneæ habetur. ubi diſerte,

C. Vettio. Attico. et
C. Aſinio. Praetextato cos.

Apud Gruterum, ex Vrſino & Lipſio, ag. CCCCXLIII, 6. Inventa ea Tabula fuit n Hiſpaniis; extititque olim apud An- onium Auguſtinum, Archiepiſcopum Tarraconenſem, virum longe doctiſſi- num & clariſſimum.

Sed ex Memoriis priſcis adſcribam hîc Veſtalium aliquot Elogia & laudes, an adulationes?

Romæ, ad campum Floræ, in baſi.

Fl. Publiciae. V. V. Max.
merito. ſanctiſſimae. ac. piiſſi
mae:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

*mae. quae. rite.et. pervili. adminiſ
tratione. omnes. gradus. laude
cumulata. ſacra. ſua. venerata. vi
vit.ut ſeculari.aetate.et.miniſterio
adſit. et. in. futoro. perſeveret
Q. Terentius. Rufus. et. Caenia*

*Veriſſima. parentes
Terentiæ. Rufillae.V.V.
cuius.multi. temporis.bonitatem
et. humanitatem. eius. circa. ſe
in. brevi. ſenſerunt.*

Ex altero latere;

Dedica : : : :

DD. NN. Vale : : : :

Gallien : : : :

Apud Gruterum pag.cccxi,2.ex Smetio; qui vidit.

Ibidem, in hortis Frederici
Cæſii:

*Coeliae. Concordiae. Virgini
Veſtali.Maximae.Fabia. Paulina. C. F. Statuam. faciendam. conlocandamque
curavit. cum. propter
egregiam. eius. pudicitiam. inſignemque
circa. cultum. divinum
ſanctitatem. tum. quod*

haec

haec. prior. eius. viro Vettio. Agorio. Praetextato. V.C. omnia. ſingulari dignoque. eius. ab. huiuſmodi. Virginibus. et. Sacerdotibus. coli. ſtatuam. collocarat.

E Baronii Annalibus, & Gutenſtenii Scholis, Gruterus pag. cccx, 1.

Item Romæ.

Tarpeiae. Valerianae
Vir. Veſt. Maximae
digniſsimae. et. ſanctiſsimae. puriſsimae. venerabilem diſciplinam. in. Deos quoque. pervigil. administrationem. S. L. comprobavit. Senatus. et populus. L. Egrilius. Strator . . . . . pietatem. praestantiamque. cauſſa. D. D
collocata. V. Kal
Iun. Scipione. Orfito. Q. Nonio. Priſco
coS.

Ex Panuinio Faſtorum lib.11. & M nutio Gruterus pag. cccxi,4.

Notæ *S. L.* valent *ſua laude.* Deſider tur autem verſu quarto, *cuius* ante *ven rabilem*. Sic, *cuius venerabilē diſciplina*

Plura ex lapidibus recitat Gruteru pag. cccix,x,xi, & xii. atque hanc pr terea pag. MLXXXVIII,3

Romæ, in hortis Mediceis:

Sauffeae. Alexandriae
V. V. Tiburtium
caplatores. Tiburtes
mirae eius. innocentiae
quam. viba. decreverant
poſt. obitum. poſuerunt
L. D. S. C.

Vidit, deſcripſitque Grutero Sirmor dus. *viba*, id eſt, *viva*. Sic alibi non ſeme itemque in alia Inſcriptione Romana *Aelia. Nice. Sacerdos. Bonae. Deae. ſe. b ba. comparavit*. &c. id eſt, *ſe. viva*. Grut rus è Mazochio & Manutio p. cccxiii;2 Singulares literas *V. V.* jam expoſuimu *Virgini Veſtali*. De *Caplatoribus*, aut *Ca patoribus*, alius erit aliquando, facient Deo, dicendi locus, & latior campus.

Sed Lapidum atq; Inſcriptionum an tiquarum plus ſatis coacervavimus; cun Volaterrano pergamus.

Au

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Augurum diſciplinam ab Accio Na-
o,ubi de eo diximus, (*lib.*XIII,) proceſ-
ſe narravi: unde Collegium inſtitu-
m:cui tanta fuit auctoritas, ut nihil
agni in Republica fieret inaugurato,in-
ſpicatove. Reges, Conſules,aut Dicta-
res,qui vitio creati per augures cenſe-
antur, redeuntes retractabantur: in
onte conſiſtebat Augur,manum ſupra
put ejus, qui inaugurabatur, tenebat,
am lituo in altera manu,id eſt,recurvo
aculo, Septentrionem à ſiniſtra, Meri-
emque à dextra ſtatuens, oculis regio-
em præfiniebat, verbaque quædam ad
vem dicebat: atque ita inauguratus
ſcedebat.

*Quæ de Accio tradit lib.*XIII.
hæc ſunt.

Accius Navius, de quo Cicero primo
DeDivinatione, ſic ait: Quum hic olim
o paupertatem ſues puer paſceret: una
t his amiſſa voviſſe dicitur,ſi recuperaſ-
t,uvam ſe Deo daturum, quæ maxima
ſet in vinea. Itaque ſue inventa,ad Me-
diem ſpectans,in vinea diu dicitur con-
itiſſe.Cumq; in quatuor partes vineam
viſiſſet, triſque partes aves abdixiſ-
nt,quarta parte,quę erat reliqua regio-
diſtributa, mirabili magnitudine uvā

invênit. Qua re celebrata, cum vicini om-nes ad eum de rebus ſuis referrent, erat in magno nomine: ex quo factum eſt, ut eum ad ſe rex Priſcus accerſeret. Cujus cum tentaret ſcientiam, accuratius dixit ei cogitare ſe quiddam, id poſſetne fieri conſuluit: ille augurio acto poſſe reſpondit. Tarquinius autem dixit, ſe cogitaſſe cotem novacula poſſe præcidi. Tum Accium juſſiſſe experiri: ita cotem in comitium allatam, inſpectante & rege & populo, novacula eſſe diſciſſam. Ex eo evenit, ut & Tarquinius augure Accio Navio uteretur, & populus de ſuis rebus ad eum referret: cotem autem illam & novaculam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal, accepimus.

Huc etiam pertinent ea, quæ libro eodem XXIX, *cap.* de Celebritatibus Sacrorum *annotavit.*

Lupercalia Evandrus inſtituit, ex more Arcadico, Pani Lycæo, ſive Sylvano, ſeni nemorum paſtorumque deo. Luperci nudi per urbem incedebant, ac larvati, flagellis obvios cædentes; putabanturque ex eo ſteriles matronæ fœcundari. Rei cauſa Ovidius (Faſtorum 2.) fabulam adfert. Pana ſpolio leonis noctu ab Herculis uxore fuiſſe deceptum, quum illa veſtem cum viro commutaſſet: quare

veſtem

eſtem deinde abominatus eſt. Noſtri
odie pœnitentes, (felicius quam Luper-
i, non pellibus quidem, ſed ſagis linoque
ra contecti,) non alios, ſed ſeſe flagello
onverberant, nudum ac lacerum ter-
um ferentes.

Cornelius (Tacitus) lib. XVIII. *Sodalis*
acerdotes Romulum, cum (Tito) Tatio
nita ſocietate, feciſſe ſcribit: unde *Titii*
Sodales dicti. Et apud Tranquillum legi-
mus, *Sodales Auguſtales:* apud Iulium
Capitolinum, *Sodales Antonianos:* Ti-
bure quoque in marmore vetuſto, *Soda-*
les Hadrianales. Cajus (*Digeſtorum lib.*
47. *tit.* 22. *l.* 4.) in titulo de collegis, dicit
Sodales eſſe, qui ejuſdem collegii ſunt.
(*Ibidem Marcianus lib.* I:) Mandatis
Principalibus præcipitur Pręſidibus pro-
vinciarum, ne patiantur eſſe Sodalitia;
veluti inhoneſta collegia. Et Auguſtinus
ait, Sodales quaſi edales.

Plinius ſcribit Romulum inſtituiſſe
Collegium Arvalium, ſeq; duodecimum
fratrem appellari voluit. Nos *Fraternita-*
tem & *Confraternitatem* dicimus, qua
ſanctiore inſtituto quidam inter ſeſe ho-
die mutua charitate ac pudico ritu, cer-
taque vivendi formula conveniunt.

Veris initio, ſtato ſolennique die,
quem *Megaleſia* vocant, Romani pom-
pam Matri Deûm celebrant (*Gallos ſa-*

cerdotes Matris Deûm innuit)prælata di-
vitiarum magna pompa: permiſſumque
cuique perſonas eo die induere quas cui-
que libitum,cujuſve magiſtratus aut ho-
minis imaginem effingere, ante ſimula-
chrum ejus Deæ ludere.Id ſimulachrum
dicitur apud Peſſinuntem Phrygiæ de
cœlo deſcendiſſe. Romani, reſponſo ac-
cepto, non duraturum imperium ſine
eo,legatos pro eo miſerunt: quod con-
ceſſum & advectũ, in ripa Tiberis quum
conſediſſet navis, ſola Claudia Veſt[...],
quæ inceſti accuſata fuerat, eam trahens
ſe virginem probavit. Videre igitur licet
has eſſe perſonas, quas noſtri ſeculi peſti-
lentia,non uno die,necSacrorum,aut co-
mœdiæ tantum cauſa, ſed duos conti-
nuos menſes per ferias ſtultorum permit-
tit:ſub quibus inveterata paſſim licentia
cuique licet ſcelerato eſſe, omnique libi-
dinis exemplo uti. Res quidem nova,&
tantum inter Chriſtianos hæc immode-
ſtia viſa.

FINIS.

A N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ANDREAE ALCIATI
ICti clariſſimi
De
MAGISTRATIBVS
Et
OFFICIIS ROM.
Liber.

CVm multa ſint in Iure noſtro non ſatis hactenus intellecta, tum

mentio habetur. Quamvis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum poteſtatem, & Proconſulum, Præſidum, Procuratorum Cæſaris, Iuridici Alexandriæ officium ſpectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut ſtudioſis ſatisfacere poſſint. Nam cum ea munera antiquis Iuriſconſultis cognitiſſima eſſent, non exiſtimaverunt operæpretium ſe facturos, ſi longo ſermone in eorum explanatione commorarentur. At in præſentia propter Latinarum literarum diutinam calamitatem, cum ex Iuriſconſultis plena cognitio haberi nequeat, vix quicquam ſupereſt, unde in certiorem ſemitam deducamur, niſi re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cerdotes Matris Deûm innuit)prælata d
vitiarum magna pompa: permiſſumq
cuique perſonas eo die induere quas cu
que libitum,cujuſve magiſtratus aut h
minis imaginem effingere, ante ſimul
chrum ejus Deæ ludere.Id ſimulachrum
dicitur apud Peſſinuntem Phrygiæ
cœlo deſcendiſſe. Romani, reſponſo ac
cepto, non duraturum imperium ſin
eo,legatos pro eo miſerunt: quod con
ceſſum & advectū, in ripa Tiberis quum
[illegible] ſediſſet navis, ſola Claudia Veſ[illegible]

[illegible]

lentia,non uno die,necSacrorum,aut co
mœdiæ tantum cauſa, ſed duos conti
nuos menſes per ferias ſtultorum permit
tit:ſub quibus inveterata paſſim licenti
cuique licet ſcelerato eſſe, omnique libi
dinis exemplo uti. Res quidem nova,&
tantum inter Chriſtianos hæc immode
ſtia viſa.

FINIS.

A N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ANDREAE ALCIATI
ICti clariſſimi
De
MAGISTRATIBVS
Et
OFFICIIS ROM.
Liber.

CVm multa ſint in Iure noſtro non ſatis hactenus intellecta, tum is maxime tractatus expoſitione indiget, qui ad eos Magiſtratus pertinet, quorum in primo Digeſtorum libro mentio habetur. Quamvis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum poteſtatem, & Proconſulum, Præſidum, Procuratorum Cæſaris, Iuridici Alexandriæ officium ſpectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut ſtudioſis ſatisfacere poſſint. Nam cum ea munera antiquis Iuriſconſultis cognitiſſima eſſent, non exiſtimaverunt operæpretium ſe facturos, ſi longo ſermone in eorum explanatione commorarentur. At in præſentia propter Latinarum literarum diutinam calamitatem, cum ex Iuriſconſultis plena cognitio haberi nequeat, vix quicquam ſupereſt, unde in certiorem ſemitam deducamur, niſi re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

centiorum conjecturas,& ut ipſi vocant divinationes, pro exploratis rebus recipere velimus. Itaque ut huic quoque parti pro virili opem feramus, quæ ad hunc tractatum pertinentia ex antiquis autoribus collegi, in medium proferre,& cum ſtudioſis communicare conſtitui.

Sciendum igitur Romani imperii originem à Romulo regibuſque cæpiſſe: ab his latæ ſunt leges, quas Regias vocant. Is Romulus ex antiquioribus civitatis centum Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus eſt: ad hunc decernendi jus pertinebat, quæ ex toto regno ad eum deferrentur. Sed & ſacra facere, jus dicere, magiſtratum gerere, ſoli Patritii poterant. Quoties vero vel leges ſciſcendæ, vel magiſtratus creandi, vel bella decernenda erant, tum populus Romanus ipſe conſulebatur, ad eumque hujuſmodi negotiorum jus pertinebat: idq; Dionyſius Halicarnaſſeus diffuſe explicat. Exactis deinde regibus, plebis poteſtas multum aucta eſt, cum ſeceſſione facta, à Senatoribus extorſiſſet, ut ex corpore ſuo magiſtratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti ſunt. Sacroſancti hi erant, ſummæque autoritatis, ut qui Senatuſconſultis intercedere poſſent. Et quamvis à principio latæ ab his leges, quas plebiſcita vocant, Patritios non obligarent,, tamen lege

Hor-

Hortenſia conſtitutum deinde eſt, ut eo jure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Sic acerrimum telum plebi adverſus nobilitatem datum eſt. Fuit & de eo controverſum, quod majores magiſtratus ex plebe creari patritii prohibebant, donec & hoc obtentum fuit, ut alter Conſul plebeius eſſet. Cæpêre deinde Caii Sempronii rogationibus judicia cognoſcere: is enim equeſtrem ordinem in eorum poſſeſſione locavit, unde turbulentæ ſeditiones ortæ. Conſtatque C.Marium, & L.Syllam, qui ea Senatui demum reddidit, vel hac de re præcipue contendiſſe: unde & bellorum civilium maxima incendia orta ſunt. Cum dein pro Senatu Pompeius arma ſumeret, Marianaſque partes,quæ plebem tuebantur, Cæſar ſequeretur,oppreſſaque per eum, & dein Triumviros, Republica,cum in C.OctaviumCæſarem omnia ceſſiſſent, novum ipſe regimen induxit: nec enim Regem ſe,aut Romulum,quod odioſus ſuperbuſque is titulus eſſet,appellari eſt paſſus:ſed Romano veterique nomine Imperator & Auguſtus dici voluit: ſumpſitque Cenſuram, & Tribunitiæ poteſtatis jus, & Maximum Pontificem ſe inſcripſit,Patriſque Patriæ titulum à Senatu populoque Romano accepit. Sane ejus nominum rationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati ſunt, delectum facere, milites conſcribere, pecunias colligere, hoſtibus bellum indicere poſſint. Iidem & pacem ſanciendi, ſummum ſupplicium etiam de Senatoribus ſumendi, jus habeant. Solitos fuiſſe priſcos duces ſic appellari, Tacitus libr. III. autor eſt. Illi enim re bene geſta, gaudio & impetu victoris exercitus ea ſalutatione conclamabantur, erantque plures ſimul Imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem conceſſum ad eam ſimilitudinem id vocabulum eſt quibuſdam & ab Auguſto & à Tiberio aliiſque ſucceſſoribus. Cenſores autem vitam moreſque noſtros examinant, & de iis inquirunt, cenſus rationem ducunt, profeſſionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt. quod & diffuſius in Valeriani vita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices vero Max. ſacerdotiorum conferendorum jus pertinet, ſacris enim omnibus auſpiciiſque illi præſunt. Tribunitiæ jus poteſtatis eam ob cauſam ſumpſit, quod ſacroſancta ea dignitas neminique violabilis eſſet. Nam etſi in re leviſſima ſolo ſermone, nedum facto, Tribuni majeſtatem quiſquam contempſiſſet, tanquam abominabilis & ſacer indicta cauſa ad mortem adigebatur. Et has quidem dignitates

Octa-

Octavius accepit, in ſucceſſoreſque ſuos tranſmiſit, quo potentius illuſtriuſque imperatorium nomen faceret.

Conceſſum præterea & illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus ſolutus eſſet. Significat hoc, inquit Dion, ab omni legum neceſſitate liberum, nullique juri ſcripto obnoxium: ut qui abſque ulla diſquiſitione omnem regum poteſtatem haberet, quamvis nomine abſtineret. Patris vero patriæ cognomentum apud antiquos, obſervationis cujuſdam paternæ ſignificatio erat, quod hoc nomine illuſtrati Principes, omnes, quicunque ſibi ſubeſſent, ceu filios amarent, illique eos viciſſim tanquam patres vererentur. Quamvis Imperatoribus alia quoque nominis ratio reddi poſſet, nimirum quod hi in nos eam poteſtatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc eſt, vitæ & necis. Cogitavit etiam pleerunque Auguſtus de reddenda republica: cumq; in ſenatu ſententiam ſuam expoſuiſſet, rationarium imperii tanquam illud reſtituturus Conſulibus tradidit. Sed Senatoribus ſive per ſimulationem, ſive metu, vel etiam ex compoſito reclamantibus, variaſque rationes afferentibus, cur reipublicæ monarchia præſtaret, in principatu perſeveravit, deos homineſque

teſtatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

teſtatus intra decennium ſe omnem administrationem depoſiturum. Sed cum ea tempora lapſa eſſent, rurſuſque ejurare velle Imperium ſimularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem magiſtratu eſſet, decrevit: atque iterum aliis decem annis, quibus ipſe dein extinctus eſt, prorogavit. Quamobrem inde obſervatum eſt, ut ejus ſucceſſores, quamvis donec vixerint perpetuam adminiſtrationem recipiant, tamen ſingulis decem annis celeberrimos ludos faciant, tanquam principatum renovent. Ea feſta decennalia, vicenalia, tricenaliaque appellata ſunt. Arelatę Conſtantium tricenalia celebraſſe, theatraleſque & Circenſes ludos ambitioſo apparatu edidiſſe, autor eſt Ammianus. Vovebantur autem hi ludi in proximos decem annos. quapropter in antiquis nomiſmatis plerumque hujuſmodi inſcriptio cernitur. VOT. X. VOT. XX. hoc eſt, votis decennalibus, vicenalibuſque. Trebellius quoque in vita Gallieni: Convocatis, inquit, patribus decennalia celebravit, novo genere ludorum, nova ſpecie pomparum, exquiſito genere voluptatum. Nazarius in Panegyrico: In deſtinatis, inquit, decenniis jam vota properantia, & ſpes volucres conſtituerunt. Sed & Mamertinus: Reſervo orationem quam quinquennio ex-

acto decennalibus tuis dicam. Extat Romæ in Lateranenſi Baſilica Senatuſconſultum æreis inſcriptum notis, quo poteſtas Veſpaſiano Imperatori data cognoſci poteſt: licere enim illi fœdus quibus cum volet, ſancire, Senatum habere, remittere Senatuſconſultum per relationem, diſceſſionemque facere. Si ejus juſſu vel mandato, eove præſente Senatus haberetur, perinde ſervari, ac ſi ex lege Senatus convocatus eſſet. Si quos magiſtratus Senatui P. Q. R. commendaſſet, ſuffragationeve ſua adjuviſſet, eorum comitiis etiam extra ordinem rationem habendam. Fines pomœrii cum è Republ. cenſebitur, proferre ei licere. Quicquid ex uſu Reipublicæ, divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum eſſe exiſtimabit, ei agere facere jus poteſtatemque eſſe. Quibus legibus plebique ſcitis ſcriptum eſſet, ne Auguſtus Cæſar teneretur, eiſdem & eum ſolutum eſſe. Acta, geſta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatuſconſultum, perinde rata haberi, ac ſi populi plebiſque juſſu acta eſſent. Si ejus conceſſionis cauſa aliquid adverſus leges factum eſſet, fraudi nemini eſſe, neque quicquam ob eam rem populo dari debere, nec cui de ea re actionẽ judicationemq; dandam. Quæ tam ampla autoritas Veſpaſiano præſtita, videtur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tur mihi formula eſſe ejus poteſtatis quam ſibi Imperatores attribuebant.

Scribunt Iureconſulti, lege Regia, quæ de imperio Auguſti lata eſt, pop. Rom. omne ſuum imperium & poteſtatem conceſſiſſe. Idcirco autem legem eam Regiam appellari arbitror, quod Romuli conſtitutione ad populum jus Regis creandi pertineret. Vnde à Tarquiniis Servio Tullio objiciebatur, ut T. Livius inquit, quod injuſſu populi regnum invaſiſſet. Cum ergo Auguſtus à populo Romano Imperator creatus eſt, videtur Regiæ legis obſervatio in uſum revocata: quamvis Regiam plane poteſtatem ille nunquam uſurpavit, ſed ſua populo, ſua Senatui munia obire permiſit. Comitia enim magiſtratuum tum quoq; celebrabantur, conveniebantque tribus omnes, candidatoſque populi arbitrio deligi ille ſinebat, ſi modo eos approbaſſet: nec enim quicquam ab his fieri permittebat, quod præter animi ſui ſententiam eſſet. curabatque id maxime, ne indigni, aut quibus jus capeſſendi honoris non erat, per ambitum legibus eriperentur. Quod & à Tiberio aliquoties obſervatum, donec id juris penitus ſibi vendicavit, tradiditque ſucceſſoribus, ut neceſſario in urbe Roma lex Iulia de ambitu ceſſaverit. Senatoribus quoque Auguſtus non pa-

rum detulit: ex his enim xv ſortiri juſſit, qui ſibi ſex menſibus in conſilio eſſent: plerunque & ipſe ſententiam in Senatu dicere, una cum ampliſſimo ordine decernere. Adhæc, judicia Senatui permiſit, cujus juris cauſa antea toties armis certatum fuerat: ſicq; publica negotia & privatorũ maxima tractabantur. Omnium præterea provinciarum quæ ſub imperio Romano erant formulam ita diviſit, ut aliæ Proconſulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præſidales eſſent. Proconſulares Senatui, Prætorias populo demandandas tradidit. In Præſidales ipſe legatum ſuum, qui nunc Præſes, nunc legatus Cæſaris eam ob cauſam dicebatur, mittebat. Deinde factum eſt, ut etiam Prætoriæ in Senatu per ſortes decernerentur: nimirum ſublatis ab Imperatoribus comitiis, qui conventum populi formidoloſum exiſtimabant. Scribit Strabo libro ultimo, omnes provincias, alias Cæſari, alias populo attributas. Ex his quę ad populum pertinebant, Proconſulares & Prætorias conſtitutas, quod videlicet viri Conſulares vel Prætorii ad eas regendas mittebantur. Erant autem hujuſmodi provinciæ imbelles, & quæ militari præſidio non indigebant, neque proximos Barbaros habebant. Quæ enim validiores, & legionum ope indigentes, ſibi conſervavit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eo videlicet prætextu, quod populo pacatiora quæque & pulchriora concederet, ipſe difficiliora, periculiſque & laboribus expoſita retineret: ſed revera (ſi Dioni credimus) ut in manu ſua res omnis militaris eſſet, Senatus autem populuſque inermis Rempublicam repetere non auderet. Proconſulares provincias fuiſſe Libyam & Aſiam citra Taurum Strabo autor eſt. Prætorias verò, in Hiſpaniis Beticam, in Galliis Narbonenſem, tum Sardiniam cum Corſica, Siciliam, Illyricum qua in Macedoniam vergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprum, Bithyniam cum Ponto. commutabantur tamen plerumq; arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alexandri vita: Provinciarum alias Prætorias, Præſidales plurimas fecit, Proconſulares ex Senatus voluntate ordinavit. Suetonius in Claudio: Provincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quem edidit libello de Romani Imperii acceſſione, omni ex Africa ſex provincias eſſe factas, quarum Carthago, Numidia Cyrenenſis, Conſulares erant: Tripolis & Mauritaniæ duæ, Sityphenſis & Cęſariēſis Pręſidales. Pari quoq; numero diviſas Hiſpanias, in quibus Betica & Luſitania Conſulares: Tarraconenſis, Carthaginien-

giniensis, Gallitia, Insulares, quæ & trans fretum, Præsidales. Sed & quandoque Imperator legatos ſuos ſeu Præſides in aliquam Provinciam miſſos Conſulari poteſtate ornabat, ut videlicet ejus eſſent autoritatis cujus Proconſules. Sic C. Plinius Cæcilius Prēſes provinciæ Ponti conſulari poteſtate fuit, ut in antiquis marmoribus annotaſſe me memini. Major autem Proconſulum dignitas quam legatorum ideo erat, quia non niſi Senatores Conſulareſque viri provincias ſortiebantur, cum ex equeſtri ordine etiam præſides eligi poſſent. Sane Proconſulum magiſtratus annuus: Præſidum certus finis non erat, ſed in officio perſeverabant, donec ſucceſſor à Cæſare mittebatur: idque in Auguſti vita etiam Tranquillus atteſtatur. Ius autem milites decimandi, civicaq; corona donandi, Proconſulibus fuiſſe Tacitus libro tertio oſtendit. Idem decimo quinto autor eſt, qui Senatores filiis carerent, provincias præturaſque inter Patres ſortiri non potuiſſe. Senatuſque conſulto cautum, ne fictæ adoptiones ulla in parte publici muneris orbis prodeſſent. Graviorem autem provinciis Proconſularem fuiſſe adminiſtrationem quam Præſidum, idem oſtendit, dum libro primo tradit, Achaiam & Macedoniam onera depre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cantes, Proconſulari imperio ad præſer
levatas, Cæſarique traditas eſſe. Cujus r
eam rationem ſuſpicor, quod Proconſu
larium provinciarum vectigalia & tr
buta publica populi Romani erant, & a
ærarium pertinebant, neque ea dimi
nuendi Proconſuli jus eſſet. quæ vero
Præſidibus in provinciis colligebantur,
ad Principem ejuſque fiſcum ſpectabant
juſque illi remittendi erat. Hoc enim dif
fert ærarium à fiſco, quod illud publi
cum, hoc eſt, populi Romani; fiſcus Prin
cipis eſt: quod apertiſſime C. Plinius in
Panegyrico ad Trajanum Cæſarem oſten
dit: At fortaſſe non eadem ſeveritate fi
ſcum, qua ærarium cohibes; imo tanto
majore, quanto plus tibi licere de tuo
quam de publico credis. Hinc eſt quod
maxime in Proconſularibus provinciis
Procuratores Cæſaris erant, qui ea pro-
curabant quæ ad Cæſarem ipſum ſeu fi-
ſcum pertinerent. His varia poteſtas at-
tributa à Principibus fuit. Tiberius jus
in ſervitia familiareſque pecunias ſolum
dedit, adeo ut Lucilium Capitonem pro-
curatorem in Aſia ſuum à Senatu dam-
nari permiſerit; quod præſcripta man-
data exceſſiſſet, vimque Prætorum uſur-
paſſet. Amplius Claudius Cæſar conceſ-
ſit, effecitque ut ſenatuſconſulto cavere-
tur, parem vim rerum habendam à Pro-

cura-

uratoribus ſuis judicatarum, ac ſi ipſe
atuiſſet. Hinc maximam ſibi vim Cu-
ianus & Felix, ejus in Iudæa Procurato-
es, uſurparunt, de qua merito Ioſippus
onqueritur. Illud conſtat, ſub Trajano
dverſus invitos juriſdictionem nullam
rocuratoribus fuiſſe, ut diſceptantibus
berum eſſet eos non eligere, adhiberi
amen in conſilium à Præſidibus debere,
um de cauſa fiſcali agitur. Idem Impe-
ator Cæcilio Plinio reſcripſit. At ho-
ie dubium non eſt, quoties inter fi-
cum & privatum quæſtio vertitur, eos
deundos eſſe. Scribit Lampridius Ale-
andrum Imp. eos ſępius mutare ſolitum
uiſſe, ne annum excederent, etiam ſi bo-
i eſſent, ſibi inviſos affirmaſſe, tanquam
eceſſarium malum. Hoſce Procuratores
Cęſaris, & Procuratores fiſci, eoſdem fuiſ-
e non ambigo, qui & alio nomine Ratio-
ales, & Procuratores patrimonii appel-
antur: idq; in Commodo Lampridius, &
n Maximini vita Capitolinus oſtendunt.
ed & in Pio, Procuratores, inquit, ſuos
c modeſte ſuſcipere tributa juſſit, & ex-
edentes modum, rationem factorum
orũ reddere pręcepit: nec unquam lęta-
us eſt lucro, quo Provincialis opprime-
etur. Procurator vero privatæ rationis,
ujus quadã Alex. conſtitutione mentio
ſt, ut non multũ à cæteris Rationalibus
 diffe-

differebat, ita præcipuum Aegypti magi-
ſtratus nomen erat. Devicto enim apud
Actium Antonio, extinctaque Cleopa-
tra, in formam provinciæ C. Octaviu
Cæſar Ægyptum redegit. Et quoniam
ſeditioſiſſimi naturaliter erant Ægyptii
opportunaque tellus alendo bello, noluit
eam per Senatores adminiſtrari, ne po-
pularibus ſtudiis ducti facile ad impe-
rium aſpirarent: idque & Dion tradidit.
Cornelius Tacitus lib. II. Auguſtus, in-
quit, inter alia dominationis arcana ve-
titis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus
aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepo-
ſuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam,
quiſquis eam provinciam clauſtraq; ter-
ræ ac maris, quamvis levi præſidio, ad-
verſum ingentes exercitus præſediſſet.
Sed & in XII. divus Auguſtus apud e-
queſtres qui Ægypto præſiderent, lege
agi, decretaque eorum perinde haberi
juſſerat ac ſi magiſtratus Romani conſti-
tuiſſent. Vopiſcus ſcribit, Aurelianum
Imperatorem Saturnino mandaſſe ne
Ægyptum videret. Quod præceptum
cum ille ſprevisſet, leviſſima gens rerum-
que novarum avida, eum imperatorem
ſalutavit, quæ necis ejus cauſa fuit. Stra-
bo autor eſt, devicta Cleopatra in certam
adminiſtrationem Ægyptum redactam,
expurgatamque à Romanis, & ad eam
mitti

mitti ſolitos moderatione & prudentia
inſignes viros ſub Præfecti titulo: is eſt
Præfectus Auguſtalis, qui vicem regis ob-
tinet. Eſt & δικαιοδότης, id eſt, juridicus,
a cujus poteſtate maxima eſt judicio-
rum pars. Eſt & qui ἴδιος λόγος, quem
ego Procuratorem privatæ rationis in-
terpretror: ad quem indagatio bonorum
vacantium pertinet, earumque rerum
quæ Cæſari debentur. Horum Comites
ſunt Cæſaris Liberti & Actores, quorum
fidei majora minoraque judicia credun-
tur. Ex patriis autem magiſtratibus apud
eos eſt ἐξηγητὴς, quaſi Quæſtorem di-
cas, qui purpuram geſtat, aliiſque muni-
cipalibus honoribus eſt inſignis, om-
niumque curam habet, quæ civitati uti-
lia ſunt. Eſt & ὑπομνηματογράφος,
id eſt, Commentarienſis ſeu Scriba. Tum
ἀρχιδικαστὴν judicialem Præfectum re-
cte appellaveris. τέταρτος ἢ ὁ νυκτερι-
νὸς στρατηγὸς, id eſt, nocturnus Prætor.
Sane Hypomnematographi quoq; men-
tio eſt Theodoſii & Valentiniani conſti-
tutione quadam: ea enim ſancitum eſt,
quoties Hypomnematographus aliquos
qui munera ſubeant, nominat, ſi ſponte
illi acciti ſunt, Præfecti Auguſtalis con-
ſenſum non eſſe expectandum, ſed proti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nus functionem exequẽdam. Quam conſtitutionem ex Doctoribus noſtris nemo hactenus mihi videtur percepiſſe. Cæterum erant etiam Procuratores Cæſaris, non in univerſum alicui provinciæ dati, ſed particulariter alicui negotio. Quod ex antiqua Inſcriptione conjectari pronum eſt, quæ Corinthi in hæc verba adhuc legitur: [*Alii non Corinthi, ſed in Carinthia legi teſtantur. Ex Apiano Smetius, qui hæc nuſquam ſic Latine extare, ſed è Græco tranſlatum eſſe cenſet. Exhibetque Gruterus pag.* CCCC.LXXIV, 4.]

Theopraepon. Aug. lib
Proc. D. N. M. Aur. Severi
Alexandri. Pii. Fel. Aug
provinc. Achaiae. et. Epiri
et. Theſſaliae. rat. purpurae
Proc. ab. ephemeride. Proc. a
mandatis. Proc. et. ad. praedia
Gallicana. Proc ſaltus. Domitiani
triclinia charo. praepoſitum. a
fibis. praepoſitum. a. criſtalli
nis. hominem. incomparabilem
Tyſander. Aug. lib. officialis
φ

Et hi quidem ſunt Magiſtratus, qui ab Auguſto conſtituti, diu perſeveraverunt, & tempore, quo Iuriſconſulti noſtri florebant, maximè viguerunt. Nam poſteriores deinde Imperatores, quorum prin-

ceps

eps Conſtantinus, qui Romanorum co-
oniam Byzantium tranſtulit, aliam ipſi
ormam commenti ſunt: tumque cœpe-
unt alii Patricii eſſe, quam prius erant,
aliaque Præfectorum prætorio juriſdi-
ctio. Hinc Magiſtri militum, Magiſtri of-
ficiorum, Comites ſacrarum largitio-
num, Comites rei privaræ, Comites ſacri
dalatii, Comites ſacri patrimonii: &c.

PETRI NANNI
Alcmariani
DE COMITIIS
ROMANORVM

QVid inter ſe differant *Tributa*, *Cu-riata*, & *Centuriata comitia*, ſæpius à me quæſitum eſt; neque ego infrequentius ab aliis quæſivi. Parum tamen vel meo vel aliorum ſtudio proficere potui. Quidquid tamen id ſit, quod deprehenderim, in medium proponam, ut alii (quorum felicior induſtria) id augeant, quod in nobis curtum, vel non ſatis plenum apparebit. Præcipua difficultas ex eo naſcitur, quod *Tribus* & *Curia*, nunc eadem res ſit, nunc diverſa:

nus functionem exequẽdam. Quam cu
ſtitutionem ex Doctoribus noſtris ne
hactenus mihi videtur percepiſſe. Cæt
erant etiam Procuratores Cæſaris, no
univerſum alicui provinciæ dati, ſed p
ticulariter alicui negotio. Quod ex an
qua Inſcriptione conjectari pronum
quæ Corinthi in hæc verba adhuc le
tur: [*Alii non Corinthi, ſed in Carint*
legi teſtantur. Ex Apiano Smetius, e
hoc nuſquam ſic Latine extare, ſed è Gr
tranſlatum eſſe cenſet. Exhibetque Gru
rus pag. CCCC.LXXIV, 4.]

Theopraepon. Aug. lib
Proc. D. N. M. Aur. Severi
Alexandri. Pii. Fel. Aug

mandatis. Proc. et. ad. praedia
Gallicana. Proc ſaltus. Domitiani
triclinia charo. praepoſitum. a
fiblis. praepoſitum. a. criſtalli
nis. hominem. incomparabilem
Tyſander. Aug. lib. officialis

φ

Et hi quidem ſunt Magiſtratus, qui ab Auguſto conſtituti, diu perſeveraverunt, & tempore, quo Iuriſconſulti noſtri florebant, maximè viguerunt. Nam poſteriores deinde Imperatores, quorum princeps

eps Conſtantinus,qui Romanorum coloniam Byzantium tranſtulit, aliam ipſi formam commenti ſunt: tumque cœperunt alii Patricii eſſe, quam prius erant, aliaque Præfectorum prætorio juriſdictio. Hinc Magiſtri militum, Magiſtri officiorum, Comites ſacrarum largitionum, Comites rei privatæ, Comites ſacri palatii, Comites ſacri patrimonii: &c.

PETRI NANNI
Alcmariani
DE COMITIIS ROMANORVM.

Ex Miſcellaneorum lib.x.cap.ult.

QVid inter ſe differant *Tributa, Curiata*, & *Centuriata comitia*, ſæpius à me quæſitum eſt; neque ego infrequentius ab aliis quæſivi. Parum tamen vel meo vel aliorum ſtudio proficere potui. Quidquid tamen id ſit, quod deprehenderim, in medium proponam, ut alii (quorum felicior induſtria) id augeant, quod in nobis curtum, vel non ſatis plenum apparebit. Præcipua difficultas ex eo naſcitur, quod *Tribus* & *Curia*, nunc eadem res ſit, nunc diverſa:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ex quorum confuſis limitibus, confundi videntur *Curiata* & *tributa Comitia*. Populum Romanum à Romulo diviſum in tres tribus, tribus in denas curias, notiſſimum eſt. Sed tamen magnitudo populi ſemper increſcentis id effecit, ut quæ principio curiæ fuerint, poſtea pro tribubus ſint habitæ. Vt enim claſſes in centurias, ita tribus in curias diſtinguebantur: ea ratione, ut illinc numerus militum, iſtinc civium iniri poſſet. Aſconius in ſecundum Verrinarum: *Vtrum legitimos habent omnes tribus diviſores ſuos. Quos Plautus* Magiſtros curiarum *vocat in Aulularia.* Rurſus: *Tribus enim urbanæ ruſticaque omnes triginta quinque numerantur.* Vbi plane vides, omne diſcrimen inter curias & tribus ſublatum eſſe. quam rem confirmatiorem facit in tertio Verrinarum his verbis: *Tribus principio tres fuerunt. Tatienſis una à Tatio rege. Rhamnes altera, à Romulo. Luceres tertia, à Lucumone ſive Lucretino, ſive à Luco, quem aſylum vocaverat Romulus. Poſt de nominibus Sabinarum plures factæ, quibus precatricibus, parentum bellum maritorumque finitum, ad poſtremum* XXXV *factæ* Hactenus ille. Per tranſitum adjiciendum, XXX illas curias non à nominibus raptarum Sabinarum, cum multo plures ſint captæ, ut vult Livius: ſed à nomi-

nibus

ibus earum quæ ſuo interventu bellum inter parentes & maritos dirimerunt, appellatas eſſe, ut traditum eſt à Servio. Cæterum omnino diſcrimen vetus ſervandum eſt, ſi *tributa* & *curiata* & *centuriata* diſtinguere velimus. quæ certe peculiari ratione & jure ſuo diſtincta fuere. *Quum enim* (inquit Aulus Gellius lib.15.cap.27.) *ex generibus omnium ſuffragium feratur*, curiata *comitia eſſe: quum ex cenſu & ætate*, centuriata: *quum ex regionibus & locis*, tributa. Ex quibus verbis colligas, curiata comitia & centuriata ex diametro pugnare. Curiata enim eſſe, ubi ſinguli cives idem jus ſuffragii habent, plebeique patriciis, pauperes divitibus, juvenes ſenioribus adæquantur, quę non abſurde δημοκρατικὰ appellari poſſunt. Niſi quod Cicero de lege Agraria contra Rullum, tributa potius popularia velit. *Curiatis* (inquit) *ea comitiis, quæ vos non ſinitis*, (ſive ut quidam ſcriptus codex habet, *quæ vos non initis*,) *confirmavit* : *tributa quæ veſtra erant, ſuſtulit*. Cæterum cur tributa magis ſint popularia, cauſam invenies apud Dionyſium Halicarnaſſæum Antiquitatum Romanarum lib.9. Quod tributa ſine auſpiciis fiebant, neque obnunciato vitio impediebantur, deinde comperendinationem non recipiebant. Neceſſum enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

erat, ubi ea ſemel inſtituta fuiſſent, eodem die perfici, neque requirebatur ut de iis ſenatuſconſultum fieret, antequam ad populum ptomulgari poſſent. Verba ejus (ſi quis requirat) hæc ſunt: Τίς δὲ τούτων διαφορὰ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ἐγὼ σημανῶ. Τὰς μὲν φατρικὰς τὰς ψηφηφορίας ἔδει, προβουλευσαμένης τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ πλήθους κατὰ φατρίας τὰς ψήφους ἐξενέγκαντος, καὶ μετ' ἀμφότερα ταῦτα τῶν παρὰ τοῦ δαιμονίου σημείων τε καὶ οἰωνῶν μηδὲν ἐναντιωθέντων, τότε κυρίας εἶναι. τὰς δὲ φυλετικὰς μήτε προβουλεύματος γινομένου, μήτε τῶν ἱερῶν καὶ οἰωνοσκόπων ἐπιθεσπισάντων, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελεσθείσας ὑπὸ τῶν φυλετῶν τέλος ἔχειν. Hoc eſt: *Quæ ſit horum Comitiorum differentia, ego indicabo. Curiata ſuffragia tum demum rata habebantur, ubi & ſenatuſconſultum præceſſiſſet, num ad populum id promulgari oporteret, ſuffragiis curiatim collectu, nulloq; vitio ex auguriis vel oſtentu obnunciato: Tributa vero ſuffragia ſine ſenatuſconſulto, vel ſacerdotum vel augurum approbatu fiebant, oportebatque ea intra unum diem confici.* Quam ob rem Cicero in oratione ſuperius citata dicit, centuriata, & tributa comitia in uſu man-

manſiſſe, curiata propemodum in deſuetudinem abiiſſe, niſi captandi augurii cauſa. Ait enim: *Nunc quia prima illa comitia tenetis, centuriata & tributa, curiata tantum auſpiciorum cauſa remanſerunt.* A principio populus Romanus non utebatur niſi centuriatis comitiis. Primum in cauſa Martii Coriolani tributa comitia introducta ſunt, ut videre licet apud eundem Dionyſium lib. 7. Antiquitatum Romanarum. Cujus verba Græca libenter ſubjeciſſem, ni locus tam prolixus fuiſſet. Attamen Latina bona fide reddemus. Habent autem ad hunc modum: *Poſteaquam ſenatuſconſultum impetrarunt, ut ad populi judicium cauſa referretur, progreſſi in forum, populum in concionem convocarunt, & cum multa laude Senatus decreta recitantes, diem prædicunt, in quam ejus rei judicium fieri oporteret. poſtulantes ut omnes cives præſto eſſe vellent, tanquam in certamine maximarum rerum. Id cum fama celebraretur, ingenti ſtudio apparatuque & popularium & patriciorum res agi cœpta eſt. illorum quidem, ut ultione punirent ferociſſimum iſtorum, ne in adverſariorum poteſtatem deveniret, tanquam ſi de optimatium ſtatu certamen eſſet. Videbaturque utriſq; & vitæ & libertatis periculum in ea cauſa verſari. Tertiis igitur nũdinis vulgus*

ruſti-

ruſticorum, quantum nunquam aliàs, in urbem confluxit, maneque forum detinebat. Tribuni vero convocabant multitudinem ad tributa comitia, loca fori reſtibus circumvincientes, in quibus ſingulæ per ſe tribus conſiſterent. Ac tum primum concio viritim ſuffragium datura, hoc eſt tributa comitia, habita fuit, magnopere patriciis adverſantibus, ne hoc fieret, poſtulantibuſque centuriata comitia ex more patrio. Retro enim temporibus, quum ſuffragium populus initurus eſſet de re quapiam ex ſenatus permiſſu, conſules ipſi cogebant centuriata comitia, ſacris quibuſdam adhibitis, ut lex dictat. Quin nonnulla etiam ad hæc noſtra uſque tempora obſervantur. Coibat autem multitudo ad Martium, qui ante urbem eſt, campum ordinibus inſtructa, ſub centurionibus & ſignis, tanquam in expeditione. Neque omnes ſumptis calculis ſuffragium ferebant, ſed ſinguli per ſuas centurias, quum evocati à conſulibus eſſent. Cæterum quum ſint in univerſum centum & nonaginta tres centuriæ, eæque diſtinctæ in ſex claſſes: prima claſſis vocabatur, & calculum promerebant qui erant maximi cenſus, & qui primum locum in acie obtinebant, in quibus erant equitum ſeptemdecim centuriæ, peditum vero octoginta. Secunda claſſis ſuffragium ferebat minoris patrimonii, &

qui

ui proximo ordine in aci... ...ſtebant, &
uibus non eadem arma cum pri... ...bus,
d minora fuere: ejus claſsis numer..s in
iginti centurias diſtinguebatur. his duæ
ribus ex fabris lignariis, ferrariiſque
djunctæ erant, aliiſque qui bellica inſtru-
nenta conficiunt. Qui vero è tertia claſſe
ocabantur, centurias explebant viginti,
idemque & ſenſu & ordine infra ſecun-
lanos ſubſidebant, nec eadem arma cum
llis geſtabant. Iam qui poſt iſtos accerſe-
antur, minori cenſu æſtimati ſunt: locuſq;
llis & in bello tutior, & levior armatura:
livisi erant & iſti in viginti centurias, ſed
ddebantur ipſis duæ centuriæ buccinato-
um & tubicinũ. Qui vero in quinta claſſe,
enui iſti admodum pecunia cenſi, quibus
rma erant pila & fundæ, hi in acie locum
non habebant, ſed nudi & expediti gravis
rmaturæ legionibus commilitio aſſocia-
bantur. ipſi quoq; in XXX cẽturias diſcrimi-
nati. Pauperrimi autem civium, reliquis
omnibus numero non inferiores, ultimas vi-
ces ſuffragandi nanciſcebantur, in unam
omnes centuriam conjecti. Iſti erant & liberi
à delectibus & à tributis immunes, atque
ideo in ferendis ſuffragiis minimæ auctori-
tatis. Si igitur in primis centuriis equitum
& peditum, quibus in acie primus locus
attribuebatur, ejuſdem ſententiæ fuiſſent
omnes illæ ſeptem & nonaginta centuriæ:
finem

fine n ſuum hab bat ſuffragatio, neque de-incep reliquus ſex & nonaginta centuriis calculi permittebantur. Sin minus, ſecunda claſſis duarum & viginti centuriarum vocabatur, ac tertia deinde. Idque ordine procedebat, donec idem decerneretur à ſeptem & octoginta centuriis. & pleraque controverſiæ primis calationibus decidebantur, ut extremorum operam non requirerent. Raro autem negotium ita anceps incidebat, ut ad tenuiſſimorum ſuffragia progrederetur. & hoc erat quaſi ſinus, diſſectus in duas partes, pari numero, centum & nonaginta tribus centuriis, quum ultimum ſuffragium illis ſuperduceret, ac in alteram partem pondere numeri inclinaretur. Qui igitur partes tutabantur Martii, comitia iſtiuſmodi pro cenſu habenda calari poſtulabant, perſuaſi facile ex prima calatione à ſeptem & nonaginta centuriis hominem abſolutum iri: ſin minus, à ſecunda ſaltem vel tertia. Verum id ipſum ſuſpectantes Tribuni, tributa comitia cogi malebant, & eorum iudicio hanc litem decerni, ne pauperes deteriori conditione quam divites eſſent, neve tribules quam milites peiori loco conſiſterent, aut rejectis ad ultimam calationem, excluderetur plebs à pari jure ſuffragiorum, ſed æquales in ſuffragando, ſimileſque inter ſe omnes & ejuſdem autoritatis, una calatio-

ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

per tribus calculos ferrent. Viſique ſunt ſtiora quam alteri petere, quum pro univerſi populi, non pro paucorum ſententiis judicium populi peragi oportere cenſerent, & in injuriis publicis cognitionem ad omnes pertinere contenderent. Hactenus ille. In unum igitur omnia contrahenti, iſta differentia conſtitui poſſe videtur, *tributa* & *curiata* comitia inter ſe loco congruere, quum ambo in foro habeantur, ambo viritim, pro numero capitum, ſuffragia edant: ſed ea in re diſſidere, quod in curiatis, qui unius curiæ ſint, ſimul vocentur, ut ſuam quiſquis ſententiam declaret. In tributis, ſinguli qui ſunt ejuſdem regionis. Fit enim ut qui nomina profeſſi ſint in aliqua curia, domicilium mutent, & commigrent in alterius curiæ locum. Is ergo cum vicinis ſuis in comitia tributa accerſitur, non cum iis inter quos nomen ſuum profeſſus eſt. Ita quoque Athenienſes δήμους nunc homines vocant contribules, nunc certos pagos & regiones, ubi eæ gentes ſedem habent. In ea re quoque diſcrimen eſt, quod tributa comitia non opus habent nec ſacris, nec ominum auguriorumque obſervationibus, nec ſenatuſconſultis, quæ omnia neceſſaria ſunt in curiatis. Rurſus in eo cõveniunt, quod popularia videantur, quum centuriata

ἐλι-

ὀλιγαρχικὰ appellentur in vitio, vel ἀριστοκρατικὰ in laude, nonnunquam quoque militaria, nimirum ubi ſingulæ centuriæ ſingula ſuffragia conficiunt. In qua claſſe ergo plures centuriæ, plura ibi quoque ſuffragia reperiuntur. Ac proinde major vis in prima claſſe, quæ cæteris claſſibus omnibus una centuria antecellit, & prærogativam perpetuam habet, hoc eſt, eorum ſententiæ ante omnes alios interrogantur. Neque illud quoque futilis differentiæ eſt, quod centuriatis comitiis poſtea ſolummodo cenſores, curiatis cæteri, patriciique magiſtratus creati ſint. In ſumma, omnia in hanc ſimilitudinem conſentiunt, quod in declarandis magiſtratibus bina ſemper comitia fiunt, quorum prima prærogativa, ſecunda jure vocata appellantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

IVSTI LIPSI.
De
MAGISTRATIBVS VETERIS POP. ROM.
Commentariolus.

* * *

CAPITVM CONSPECTVS.

CAp.I. *Diviſio Honorum. Quid* Dignitas *proprie.* Poteſtas. Magiſtratus. *Etymon nominis.*

Cap.II. De varia diviſione Magiſtratuum.

Cap.III. De iis qui apti ad quoſcunque Magiſtratus. Et ſeries temporum, qua paulatim Plebei ad omnes Magiſtratus admiſſi.

Cap.IIII. De aptitudine ab annis: & quando Annalis Lex lata.

[illegible]

vinciis aliquam fuiſſe. Item Romæ in Senatu & Equite. Et aliæ quædam leges, quæ huc referuntur.

Cap. VII. De Conſulibus. Etymon. Inſtitutio. Poteſtas, & Munia.

Cap. VIII. De Inſignibus Conſulum.

Cap. IX. Ritus aliquot Conſulares.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ὀλιγαρχικὰ appellentur in vitio, vel ἀρ
στοκρατικὰ in laude, nonnunquam qu
que militaria, nimirum ubi ſingulæ ce
turiæ ſingula ſuffragia conficiunt. In qu
claſſe ergo plures centuriæ, plura il
quoque ſuffragia reperiuntur. Ac pro
inde major vis in prima claſſe, quæ ca
teris claſſibus omnibus una centuria ar
tecellit, & prærogativam perpetuam ha
bet, hoc eſt, eorum ſententiæ ante omne
alios interrogantur. Neque illud quoqu
futilis differentiæ eſt, quod centuriati
comitiis poſtea ſolummodo cenſores
curiatis cæteri, patriciique magiſtratu
creati ſint. In ſumma, omnia in hanc ſi
militudinem conſentiunt, quod in decla
randis magiſtratibus bina ſemper comi
tia fiunt, quorum prima prærogativa
ſecunda jure vocata appellantur.

IVSTI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

IVSTI LIPSI
De
MAGISTRATIBVS VETERIS POP. ROM.
Commentariolus.

* * *

CAPITVM CONSPECTVS.

Cap. I. *Diviſio Honorum. Quid* Dignitas *proprie.* Poteſtas. Magiſtratus. *Etymon nominis.*

Cap. II. *De varia diviſione Magiſtratuum.*

Cap. III. *De iis qui apti ad quoſcunque Magiſtratus. Et ſeries temporum, qua paulatim Plebei ad omnes Magiſtratus admiſſi.*

Cap. IIII. *De aptitudine ab annis: & quando Annalis Lex lata.*

Cap. V. *Magis diſtincte de ea Lege. Et qui anni cuiq; magiſtratui legitimi fuere.*

Cap. VI. *Annalem legem etiam in Provinciis aliquam fuiſſe. Item Romæ in Senatu & Equite. Et aliæ quædam leges, quæ huc referuntur.*

Cap. VII. *De Conſulibus. Etymon. Inſtitutio. Poteſtas, & Munia.*

Cap. VIII. *De Inſignibus Conſulum.*

Cap. IX. *Ritus aliquot Conſulares.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Cap.X. De Prætoribus. Etymon. Inſtitutio. Numerus. Inſignia.

Cap. XI. De Officiis Prætorum.

Cap. XII. De Ædilibus. Eorum nomen Inſtitutio. & Genera.

Cap. XIII. De Officiis Ædilium.

Cap. XIIII. De Tribunorum nomine, origine; & ex quo ordine electi.

Cap. XV. De Officio & Poteſtate Tribunorum.

Cap. XVI. De Quæſtoribus. Vnde dicti. Quando, & quam multi facti. Denique Vis eorum, & Munus.

Cap. XVII. De Dictatore. Vnde illi nomen. Origo, & cauſa eligendi, item modus. Denique Vis ejus & Poteſtas.

Cap. XVIII. Cenſus quando inſtitutus, itemque Cenſores. Cur ita dicti. Tempus ejus Magiſtratus. Inſignia. Dignitas, & Munus.

Cap. XIX. De Interrege.

IVSTI

IVSTI LIPSI
De
MAGISTRATIBVS
VETERIS POP. ROM.

CAP. I.

Diviſio Honorum, quid Dignitas *proprie,* Poteſtas, Magiſtratus, *Etymon nominis.*

DE Magiſtratibus dicturus, ut id dilucide & compoſite poſſim, de *Honore*, ejuſque diſcrimine, quædam libabo. *Honorem* hîc *publicum* intelligo: quem *jus* definio, *titulumque ſupra cæteros, lege aut more conceſſum*. Is duplex; *divinus*, aut *humanus*. *Divinus*, qui ad ſuperum cæleſtemque cultum pertinet; cui *pietas* & *religio* finis: quo in genere *Sacerdotes*. *Humanus*, qui curam adminiſtrationemque tangit rerum humanarum: cui *ſalus & utilitas publica* finis: quo in genere tria cenſentur, *Dignitas*, *Poteſtas*, *Magiſtratus*. *Dignitatem* appello, auctoritatem in ſuadendo, conſulendo, decernendo; qualis *Senatorum & Iudicum*. *Poteſtatem*, jus legitimum regendi, jubendique extra Vrbem & ejus fines; ut ſunt *Imperia* &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Præſidatus: *Magiſtratum*, ſimile jus ſed in Vrbe ipſa. Hi limites & diviſio ex veterum mente & uſu: etſi miſceri interdum ſcio, & omnem fere *Honorem* venire in nomen *Magiſtratus*. Ita Ariſtoteles large & laxe ἀρχὰς definit (*Politicor. cap.* 15.) ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τε περί τινων, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο: Id eſt, *Quibus conceſſum eſt conſulere, judicare, jubere, atque iſtud maxime*. Etſi poſtrema parte iterum adſtringens. Et Latini etiam Scriptores confundunt, qui Pro-conſules & Rectores Provinciarum *Magiſtratus* paſſim appellant. (l. 2. ff. de in jus vocando.) Nomen *Magiſtratus* à *magiſtro* dictum. (l. 57. ff. de verbor. ſignif.) *Magiſter* autem, qui magis cæteris poteſt. (Feſtus in voce *Magiſter*.) Olim *Prætores* dicti videntur ab eo, quod cæteris honore *præirent*. Ita Conſul *Prætor* dictus: & in priſca lege apud Livium (lib. 7.) *Prætor Maximus clavum pangit*. Itaque non abſurde Varro (lib. 4. de lingua Latina) qui natum *Magiſtratus* nomen judicat poſt Dictaturam & Magiſterium equitum. *Reliqui*, inquit, *quod minores quam hi Magiſtri, dicti Magiſtratus, ut ab albo albatus*.

CAP. II.

De varia diviſione Magiſtratuum.

M*Agiſtratuum* autem genera & diſcrimina plura. Aut enim *à temporibus* dividuntur: ut *Ordinarii, Extraordinarii.* Illi dicti, qui ſtatis temporibus & ſemper in republica eſſent; ut, *Conſules, Prætores, Ædiles, Tribuni, Quæſtores.* Hi, qui nec eodem tempore, nec ſemper; ut, *Dictatores, Cenſores, Interreges.* Aut *à perſonis* diſcriminantur; ut, *Patricii, Plebeii, Mixti.* E quibus primi dicti, qui ſolis Patriciis patent; ut, *Interregnum.* Alteri, qui ſoli plebi; ut, *Tribunatus & Ædilitas plebis.* Poſtremi, qui cuique ordini; ut, *cæteri omnes.* Aut *à qualitate* agnominantur: ut *Majores* & *Minores.* Idque ſenſu duplici. Aut enim *Majores Minoresve Magiſtratus* dicuntur, qui auſpicia majora minorave habent: de quibus Agellius (lib. 13. cap. 14.) aut quorum poteſtas imperiumve majus minuſve. Sic *Majores* erant, qui lictorem viatoremque habebant, iique omnes erant, exceptis Ædilibus & Quæſtoribus: *Minores,* qui non habebant. Aut denique diſtinguuntur *ab inſignibus*; in *Curules*, & *non Curules. Curules,* quibus jus eſt Sellæ: ut, *Dictator, Conſul, Cenſor, Prætor, Ædilis Curulis. Non Curules,* quibus minime: ut *cæteri omnes.* (L. 31. ff. de injuriis.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. III.

De iis, qui apti ad quoſcunque Magiſtratus: & Series temporum, qua paulatim Plebeii ad omnes Magiſtratus admiſſi.

DIviſioni non inepte jungam de iis, qui apti ad quemque Magiſtratum. *Aptitudo* autem duplex: *à gente* & *ab annis*. *A gente* olim maxime, quia ſolos *Patricios* admittebant ad Magiſtratũ. A Romulo id inſtitutum; qui, autore Dionyſio (l.2.) ſanxit: Τοὺς εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν. Id eſt, *Patricios ſacra facere, magiſtratũ gerere, judicia exercere.* Cui tamen legi in libertate non diu locus. Nam ſtatim anno XVI. poſt Reges exactos, violari cœpta (Livius l.2.) cum novus Magiſtratus è Plebe creatus, hoc eſt, *Tribuni*, (Anno Vrb. Cond. CCLX.) & paulatim carpſere eam Tribuni & Plebs: donec corruit tota. Series & ordo iſte. Primum *Quæſtores* è Plebe creati, anno Vrb. Cond. CCCXLIV (Livius lib. 4.) Inde *Tribuni militum Conſulari poteſtate* anno CCCLIII. Nec diu poſt *Conſules* ipſi, anno CCCLXXXVIII. Tum *Ædiles Curules*, anno uno poſt. (id eſt, CCCLXXXIX.) *De quibus convenerat*, ait Livius, (lib. 7.) *ut al-*

ternis

rnis annis è plebe crearentur: poſtea promi-uum fuit. Inde ad caput ipſum Magiratuum tranſgreſſi. *Dictatorem* è Plebe rearunt, anno CCCXCVIII. etſi *Magiſter quitum* jam ante Plebeius factus, ano CCCLXXXV. Denique *Cenſuram* etiam ecerunt communem, anno CCCCIIII. eoem illo primo Plebeio Cenſore, qui & Dictator. Poſtremo, ne quid intactum, ut inacceſſum Plebi; *Prætura* iis comnunicata, anno CCCCXVII. Ita ſola *Interegia poteſtas* apud *Patres* manſit; umbra otius, quam verus Magiſtratus.

CAP. IV.

De aptitudine ab annis: &, Quando Annalis Lex lata.

AT *aptitudo* altera *ab annis*: quam utiliter ſanxerunt, etſi tarde. Nam *apud majores*, inquit Tacitus (lib. II. Annal.) *virtutis id præmium fuit, cunctiſque civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima ſtatim juventa Conſulatum & Dictaturas inirent.* Sed mutatum id an. Vrb. Cond. DLXXIII. cum re ipſa docti, viderent modum aliquem & limitem conſtituendum ambitioni & calori juvenili. Itaque *tum primum* (verba Livii ſunt lib. 10.) *rogatio lata eſt ab*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

L. Iulio Tribuno pl. quot annos nati quemque magiſtratum peterent, caperentque. Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. Dixi, *ab L. Iulio:* & ita libri. At Iulios etiam plebeios fuiſſe ſcimus, Antonio Auguſtino docente (in lib. De familiis Romanis.) Tamen alii *Villium* hîc in Livio malunt: itemque in Cicerone, (lib. 8. Epiſt.) Sed hoc leve: magis nos torquet de tempore latæ legis, quod Livius hîc tam diſerte ſcripſit, inquiens: *Tum primum.* Quod tamen idem ille everſum it, (lib. 25.) ubi de Scipione Africano (multis ante Iuliam legem annis) ſcribit: *Huic Ædilitatem petenti cum obſiſterent Tribuni, negantes rationem ejus habendam, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet.* Ait ecce, legitimam ętatem ei non fuiſſe. Quid ergo clarius, quam etiam tunc latam de ætate? Et profecto aut per errorem, confuſionemque nominis aut hominis, id ſcipſit Livius, Scipioni Africano tribuens, quod Æmiliano poſtea evenerit: de quo Appianum (in Libycis) vide, & Valerium Maximum (lib. 8.) ut fateamur, neceſſum eſt, parum caute ſcriptum eſſe in loco altero, *latam à Iulio primum.* Et fortaſſe per partes jam ante de quibuſdam Magiſtratibus ferri cæptum, quæ omnia lex Iulia junctim complexa, cęteras velut ab-

olevit.

levit. Hîc juvat aliquid Cicero, qui *leges Annales* multitudinis numero appellat, (Philippica 5.) *Legibus Annalibus* (inquit) *cum grandiorem ætatem ad Conſulatum conſtituebant, temeritatem adoleſcentiæ verebantur.* Et Ovidius (5. Faſt.)

——finitaque certis
Legibus eſt ætas, unde petatur honos.

Hæc Lex alio nomine *Annaria* dicta. Feſtus in ea voce; & Lampridius (in Commodo) *Gratia Annariæ legis impetrata, Conſul eſt factus.* Dicta etiam ſatis nove *Comitialis*, à Latino Pacato (in laudatione Theodoſii:) ſcilicet, quia modum frenumque Comitiis daret.

CAP. V.

Magis diſtincte de ea Lege: & qui anni cuique Magiſtratui legitimi.

SEd quæ ætas proprie definita hac Lege cuique Magiſtratui fuerit, jure quæram: nec facile inveniam. Tenebroſus enim locus: & in quo cum nihil aut parum expreſſi ſit, luſtramus eum per ancipites conjecturas. Atque ut à *Quæſtura* ordiar; adeo de ætate ejus nihil certum, ut ſint viri magni, qui eam prorſus tollant. Dux iis Paulus Manutius, (in lib. De legibus) qui negat, Quæſturæ, Tribunatui, Ædilitati plebis definitam ullam ætatem: legemque Annalem tantum ſpectaſſe

ctaſſe tantum Curules Magiſtratus. Parum vere. Quæſturæ enim clariſſime Quinctilianus certum annum attribuit (lib.12.cap.6.) *Calvus, Cæſar, Pollio, multo ante Quæſtoriam ætatem, graviſſima judicia ſuſceperunt.* Spartianus (in Iuliano) *Quæſtor, ante annum quam legitima ætas ſinebat, deſignatus eſt.* Tacitus (Annal. lib.3.) *Vt quinquennio maturius, quam per leges, Quæſturam peteret.* Suetonius item (in Caligula c.1.) & Plutarchus (in Cat. Vticenſi.) Quem annum Nicolaus Gruchius XXVII fuiſſe vult; ego (ut arbitror) firmius; XXV annum. Argumentor, I, A ratione; quia tunc compleri virilem vigorem conſtat, ut ait Vlpianus (l.1.ff. De minor.) ideoque jure apti cenſentur ad res publicas, & privatas. II, Ab auctoritate, quod Dio Caſſius (lib.52.) Senatoriam ætatem anno XXV definit. At Quæſtura primus gradus in Senatum. Adde l.2. De minoribus: quæ ſubtilius conſiderata, adſtruit hoc ævum. Denique argumentor etiam Ab exemplis: quoniam reperio Tiberium Gracchum intra triceſimum annum extinctum, & eundem tamen Quæſtorem fuiſſe, C. Mancino Conſule, circiter quadriennio ante mortem: Geſſerit ergo Quæſturam neceſſum eſt, anno XXV. Lego & Tiberium Cæſarem Quæſtorem deſignatum

unde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

devigeſimo ætatis anno (Velleius l.2.) creatus eſt quinquennio maturius, quam per leges. (Tacitus lib.3.Annal. & Dio lib.53.) Ergo fas, petere Quæſturam xxiv anno, & xxv gerere. Sed nodus hîc aliquis in Polybii loco (lib.6.) negantis ullum Vrbanum magiſtratum capi fas fuiſſe niſi ab eo, qui decem annos militaſſet. Militare autem Romani xvii demum anno incipiebant. (Plutarchus in Gracchis.) Non ergo prius pertingere poterant ad Quæſturam. Dupliciter hoc ſolvo. Primo vix credibile eſſe, omnino ratam ac firmam in Republica fuiſſe legem Polybianam illam ſive morem. Quis enim præterea meminit? Et tamen ut fuerit, capiendam non de militia coacta, & ex delectu, ſed voluntaria. Nam quod Gracchus xvii annum militiæ definit; id ab ea mente eſt, ut nemo invitus legi in militem debuerit ante id tempus. Sed nihil tamen impedit, nobiles & eos qui alebantur in ſpem honorum, militiæ & caſtris jam ante interfuiſſe: qui morem hunc habuerunt, ut ſtatim à toga pura (hoc eſt, virili) militiam auſpicarentur: idque in contubernio & velut cuſtodia viri alicujus illuſtris. Velleius de Pompeio id tradit (lib.2.) Livius (l.22.) & Valerius (l.5.c.4.) de Scipione Africano: & paſſim exempla. De *Quæſtura* ultra non eruo.

De

De *Tribunatu* & *Ædilitate* videamu[s] quorum annos fruſtra item incertos vo- lunt. Quæ enim ratio eſt, ut Quæſtura quæ minor eſt Magiſtratus, ſua ætas fue- rit; nulla majoribus iſtis? Immo fuit. E[t] de *Ædilitate*, clare Latinus Pacatus (in laudatione Theodoſii) *Annorum* (inquit) *ita cura fuit majoribus, ut non ſolum in amplißimis Magiſtratibus adipiſcendis, ſed in Præturis quoque, aut Ædilitatibus capeſſendis ætas ſit ſpectata petitorum: nec quiſquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, qui annos Comitiali lege præſcriptos feſtinatis honoribus occupavit.* Et quanquam firmi admodum aut fixi nihil reperi: tamen attribuam fidenter *Tribunatui*, ſive *Ædilitati*, annum XXVII aut XXVIII. Certe quidem ante annum XXX includam, quia is Præturæ fuit, ut dicam. Atque hoc de utraque Ædilitate ſentio: etſi in Curuli valde à nobis diſſentiant viri docti. Annum enim ei XXXVI definiunt. quod miremur. Cur enim probabile, tantum otioſi intervalli fuiſſe inter Quæſturam & Ædilitatem? Ciceronis locus, qui eos in omni hac re extra viam ejicit, non me movet. Nam cum pro lege Manilia ſcribit: *Quid tam ſingulare, quam ut ex Senatuſconſulto legibus ſolutus, Conſul ante fieret quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

? non ego ſane ad ætatem retulerim,
ad ordinem & modum. Si enim de
ate;&hoc Cicero vult,eo anno factum
mpeium Conſulem,quo per leges An-
les nullum magiſtratum capere ei fas:
uitur ut ante XXXIV annum (nam eo
o factus Pompeius Conſul, ex Appia-
)locus etiam non fuerit Quæſturę,aut
ibunatui: quod vanum. Sed intelli-
, inquiunt, Curulem magiſtratum.
is dicit? nec adhæream ego tam in-
mæ conjecturæ. Verius omnino eſt,
entem Tullii hanc eſſe: Pompeium fa-
m Conſulem, cum nec illum, nec a-
m magiſtratum capere poſſet: vel quia
on legitime profeſſus; vel potius,quia
ques adhuc Romanus, (Epitom. Livii
7.) & nondum Quæſtor. Lex autem
ornelia tranſire ad ullum magiſtratum
are vetuit, Quæſtura non geſta. Minus
ero me turbat, quod exempla adferant
rum,qui geſſerint Ædilitatem poſt XXX
nnum. Ridiculum. Scimus enim nul-
m legem Annalem vetuiſſe, ne quis
oſt legitimum annum peteret, gereret:
d ne ante eum. Itaque Conſules etiam
Prætores multi facti anno L, & poſt
lum. (ea veriſſima ratio.) Denique pau-
i feſtinabant ad hos minores magiſtra-
s,quia celeritatis ejus modicus fructus;
grande nihilominus ſpatium intere-
rat

rat ad Conſulatum ,id eſt, ad honorum metam.

Prætura nunc ſequitur , cui annu tribuunt XXXIX petendæ, XL gerenc haud alio argumento freti, quam illo biennii intervallo. Itaque jure ambig Nam DioCaſſius diſerte annum XXX P turę dat,(l.52.) Ταμιεύσαντες, inquit ἀγορανομήσαντες ἢ δημαρχήσαντες στ τηγείτωσαν τριακοντοῦται. Id eſt: *Qu ſtura functi & Ædilitate , ſive Tribun tu , Præturam accipiant tricenarii.* S excuſabunt , quod id ſub Principibu quos legem Annalem laxaſſe non neg Sed quid tamen de M.Bruti facto dicer quem Prætorem reperio anno ætat XXXV? Nam vixit in univerſum,ut V leius tradidit(lib.2.)annos XXXVII. atq biennio ante mortem eum Prætura geſſiſſe cum Caſſio ſatis conſtat, & n Bruti ingenium me fallit , juxta lege Itaque ad hunc annum Præturæ finie dum labar non invitus.

Conſulatus reliquus eſt , cujus ætas e tra omnem litem. Cicero enim clare n mis firmat (Philip.5.) *Quid Alexand Macedo? qui cum ab ineunte ætate r maximas gerere cœpiſſet , tertio & trige mo ætatis anno mortem obiit. quæ ætas n ſtris legibus decem annis minor, quam Con*

ſularis

laris. Eſt ergo Conſularis annus, ſi ar-
eCiceronis verba capis, XLIII, ſive XLII,
benigne, & magis ex vero. Satis enim
it attigiſſe XLII annum: ut docent ex-
npla crebra. Gravis ergo iſta ætas; quip-
in imperio & Magiſtratu graviſſimo:
iam tamen adeo, mutato Reipublicæ
itu, Principes neglexêre, ut Dolabellam
onſulem Cæſar crearit annos natum
xv, & poſtea etiam aliqui vicenarii fa-
i, ex l. unica, ff. De officio Conſulum, &
.o. ff De manumiſſis. Qua licentia in
nni alio magiſtratu Principes pro ar-
trio uſos, moneo ſemel.

De *ordinariis Magiſtratibus* dixi: *Ex-
aordinarii* ſuperſunt: qui tamen, ne-
io, an lege comprehenſi; etſi de *Dicta-
re* & *Cenſore* non difficile judicium eſt:
uia creati plerumque è Conſularibus,
ore tamen potius, quam lege. Sed &
terrex plerumque ex honoratiſſimis
natus.

CAP. VI.

*Annalem Legem etiam in Provinciis ali-
quam fuiſſe: item Romæ in Senatu &
Equite: & aliæ quædam Leges
quæ huc referuntur.*

HÆc utilis illa & ſalutaris lex Annaria,
cui locus etiam in Municipiis & Co-
loniis,

Ioniis, etſi annorum aliqua diverſitate: quam in parte haurire eſt ex Plinio (l.10 Epiſt.ad Trajanum.) Sed & ætas Romana in Senatu ipſo ſpectata: etiam ſubPrincipibus. Ideoque *Senatoria ætas* Tacito nominata (lib. 5. Annal.) *Annius Vivianus* inquit, *gener Corbulonis nondum Senatoria ætate.* Immo & in Equite. Definit Dio utramque. *Allegere*, inquit, *in Equeſtrem ordinem oportet annos natos* XVIII. *In Senatum, natos* XXV. Quod Romani videntur à Græcis ſumpſiſſe, cum apud Athenienſes fuerit ἡλικία βουλευτική. (Demoſth. contra Ambrot.) Et apud Spartanos lege Lycurgi in Senatum nulli aditus, niſi ſexagenario. Addo breviter, & adtexo leges, Annali haud diſſimiles, quæ de ordine magiſtratuum cavebant, aut intervallo: ut fuit Lex Cornelia, quæ vetuit Præturam adipiſci ante Quæſturam, & Conſulatum ante Præturam. Appianus l.1. Civ. Quod ipſum tamen etiam in more antiquis fuiſſe, Livius oſtendit (lib.31.) ubi de Conſulatu Flaminii. Item Lex priſca de intervallo, quę vetuit magiſtratum eundem iterare, niſi decennii intervallum interceſſerit. Livius (l.7. ſub finem.) Quæ cum negligeretur, à Sulla Dictatore, ut commemorat idem Appianus, relata eſt. Sed ſic quoque poſtea ſæ-

pius

us ſpreta: cum mos invaluiſſet, ut ho-ines gratioſi legibus per Senatum aut opulum ſolverentur.

CAP. VII.

e Conſulibus. Nominis Etymon. Inſtitu-tio. Poteſtas. & Munia.

Ed univerſe de Magiſtratibus ſatis di-xi: quemadmodum quæ ad Comitia, quæ ad Renuntiationem ſpectant, is ſcripta. Nunc diſtincte explicabo ngulos, initio ab eo Magiſtratu facto, ui initium cæteris; quem triplici nomi-e appellarunt: *Prætorem*, *Iudicem*, *nſulem*. Cicero bene recenſuit De Le-bus III. ibique à *præeundo, judicando, nſulendo, Prætores, Iudices, Conſules* ap-llantur: bene, inquam, & ordine. Nam imo *Prætores* dicti; quod nomen, etſi mmune omnibus Imperiis, tamen vel-per excellentiam adhæſit iſtis. Feſtus: *itio Prætores erant, qui nunc Conſules.* ſtinianus. (Novell. 24. & 25.) *Eſt*, in-uit, *Prætoris nomen Romani Imperii pro-ium, & ante ipſos etiam Conſules in ve-ri atque præclara Reipublicæ conſtitu-one uſurpatum.* In XII Tabb. exem-um ejus vocis reperio, cum jubent pud Plin. lib.18.cap.3.) *Impubem Præto-arbitratu verberare*, hoc eſt, Conſulis:

quoniam tunc certe nondum creatu[s]
Prætor. Itaque Livius (lib.3.) anno ip[ſo]
poſt. XII. Tabb. ſcriptas, inquit: *His tem-
poribus nondum Conſulem Iudicem; ſe[d]
Prætorem appellari mos fuit.* Nec fall[i]
à Zonara traditum, *Prætoris* nomen ma[n-]
ſiſſe uſque ad Decemviros: iiſque exacti[s]
Conſulis nomen demum irrepſiſſe. Et
mallem dixiſſet, *Iudicis*: quod nomen e[t]
Livio antiquius ſane eſt illo Conſular[i]
Dicti autem *Iudices*, à præcipuo videli[-]
cet munere: quia ut olim *judicia* omni[a]
in manu Regum; ſic poſtea Conſulum
fuere, donec tranſlata ea in parte ad Præ[-]
tores. Exemplum hujus appellationis i[n]
priſcis commentariis eſt apud Varronem
(5. De Ling. Lat.)

Omnes Quirites viſite huc ad Iudices.
Id nomen antiquatum & abolitum d[e-]
mum crediderim poſt Prætores: id eſt
proprios Iudices, creatos; & tunc inv[a-]
luiſſe nomen *Conſulis*. De cujus *Et* [y-]
varia opinio, nec inſcita. Sunt qui à fin[e]
derivent: quia ejus eſt *conſulere* & prov[i-]
dere civibus. (Florus lib. 1. cap. 9. & I.C. [l.]
De origine Iuris, l. 2.) Sunt qui ab offi[-]
cio: quod *conſulit*, hoc eſt, rogat Sen[a-]
tum. Sunt qui à judicando interpretem[-]
tur: quod in ſolo tantum Quintilian[o]
mihi lectum. lib. 1. cap. 9.) *Sitne conſul*
inquit, *à conſulendo, an judicando. Nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

hoc conſulere veteres vocavere. Unde manet illud: Rogat boni conſulas, hoc eſt, dices. E quo triplici etymo, primum pularius; tertium ſubtilius; medium rius cenſeam : quia adeo proprium nſulis interrogare, & referre ad Senam, ut Livius (l.7.) ſcripſerit: *partes eius gis exquirendæ, quam dandæ ſententiæ .* Immo obſervo, *Conſulendi* verbum oprium in hac notione , & ſolemne riæ fuiſſe. Trebellius Pollio me docuit xxx Tyrannis: (in Piſon.) *Fuſcus A-lius*, inquit, *Conſularis primæ ſententiæ, Conſul, conſule; quumque conſultus eſ, divinos, inquit, honores Piſoni decer-.* Sed de *nominibus* abunde: *Inſtitutio-m* videamus; quæ non obſcura. Inſti-i enim ſtatim poſt Reges exactos, an- Vrb. Cond. CCXLIIII. Cauſa creandi, ilitas, ſive potius neceſſitas: quoniam, m ſine Rege eſſent & capite, fluctuanti corpori opus fuit, qui dirigeret & gu-rnaret. Sed duo ideo, ut novam liber-tem non committerent periculoſe uni; *diviſo imperio, ſi alter malus eſſe vo-iſſet*, ut inquit Eutropius (lib.1.) *alter m (habens poteſtatem ſimilem) coerce-.* Qua cauſa , tempus etiam imperii eve datum, & annuum tantum: *ne diu-rnitate inſoleſcerent; & civiles ſemper ent,* (ait idem Eutropius) *qui ſe poſt an-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

num ſcirent privatos eſſe futuros. Flor [lib.1.cap.9.] eleganter & acute utran que cauſam complectitur. *Ex perpet imperio,* inquit, *annuum placuit : ex ſi gulari duplex: ne poteſtas ſolicitudine, mora corrumperetur.* Loco igitur Regu creati, & quidem cum pleno eorum jur Itaque *Regium imperium* Cicero id 1 De Legibus, & in orat.ad.Q.Frat.non i juſte appellat: *Regiam poteſtatem,* Liviu *Faſtigium dignitatum* , Caſſiodoru (lib.2.Variar.ep.2.) & Ovid. (lib4.de Po to, Eleg.9.)

—*nullum Martia ſummo*
Altius imperium Conſule Roma vid

Qua de cauſa Græci, *Conſules* non ta προβούλους, aut Συμβούλους verterun vim verbi intuentes: ſed potius ὑπάτους quaſi dicas, ſummos, vim intuentes in perii & poteſtatis: quemadmodum, quo præcellens & ſummum eſt, priſci Græ appellabant ὕπατον, inquit Dionyſi (lib.4.) Et ſane vis omnis, & liber mum imperium initio apud illos; p cem bellumve facere, fœdera ferire coërcere, animadvertere, jus vitæ nec que in cives habere: donec paulatim in minuta eſt, & redacta ad eum modum qui gravis libertati non eſſet. Imminu autem præcipue duplici via: Provocati

n

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

,& interceſſionis. Provocatio ſtatim
ſt Reges nata, ex lege Valeria. (Livius
2.) quæ animadverſiones in cives ſuſ-
ſit, & imperium Conſulare non obſcu-
diſſolvit. Non enim ultra vitæ & ne-
poteſtas penes Conſules: cum provo-
re ad Populum, velut majorem judi-
n, liceret. At interceſſio, quæ nata cum
ibunis, arbitrium pacis, belli, & gra-
orum rerum, Conſulibus eripuit: quo-
am intercedere & impedire omnes
nſulares actiones poterant, velut Po-
li voce. Cujus ſane Populi vis ac di-
itas magis magiſque crevit, (utique
ſt Hortenſiam legem,) & imperium
mpſit ſuper omnes Magiſtratus. Soluta
tur Conſulum poteſtas; non tamen
cta, quamdiu Reſpublica ſtetit. Multa
im eorum & ampla adhuc munia;
æ ſtrictim & per indicem recenſebo.
Caput Reipublicæ Conſules haben-
r, omneſque magiſtratus eis ſubjecti &
noxii, prȩter Tribunos. Itaque interce-
re etiam omnibus actionibus poſſunt.
Militię jus ſummum habent: civibus &
ciis imperant: Tribunos militum, Cen-
riones, Prȩfectos conſtituunt. (Cic. 3. De
ge, & Polybius lib. 6.) III, Imperium in
ovincias habent: evocare ſubditos poſ-
nt, coërcere, punire. (Cicero in Verr.
Polybius lib. 6.) IV, Ius convocandi

populi habent, cum eo agendi, leges fe-
rendi, iiſque nomen à ſe dandi. V, I
teras omnes à Præſidibus provinciaru
à Populis ac Vrbibus recipiunt: legat
audiunt: & quicquid per Senatum P
pulumque conficiendum eſt, manu h
rum & miniſterio conficitur. (Dio Ca
ſius lib.40. Cæſar 1. Civil. Polybius lib.6
VI, Vt Senatus res omnes pace belloq
tractabat, regebat; ſic ipſi quodamm
do Senatum, quem convocabant, dimi
tebant: ſententias rogabant, numer
bant, dividebant; &, ad ſummam, in un
verſa hac navi velut arbitri quidam &
gubernatores erant. Atque hæc liber
Republica fuere: at oppreſſa ea, iteru
immutata Conſulum poteſtas. Princep
enim, ut omnium Magiſtratuum jur
ad ſe traxit; ita præcipue Conſulum &
Tribunorum. Ita ex omnibus, quæ dix
pauca iis remanſêre. Nec alia fere Mu
nia reperio ſub Principibus, quam iſta: u
Senatum rogarent, & conſulerent: u
jus dicerent: tutores darent: (Spartianu
in Vita Antonini) manumitterent: (Ca
ſiodorus lib.6. epiſt.1. & Claudianus i
Eutrop. lib.1. vectigalia locarent: (Ovid
4. de Pont. eleg.5. & 9.) (quod olim Cenſo
rum munus) ludos, & præſertim Circen
ſes, ederent: (Arrianus lib.4.) annis no
men darent. (Lucanus l.1.) Quæ omni
(u

ut brevis ſim) teſtimoniis non dilato : quoniam in hiſtoriis,& legum libris ſparſa. Vide pleraque ex iis, ſi lubet,apud Caſſiodorum lib.6.epiſt.1.)

CAP. VIII.

De Inſignibus Conſulum.

AD *Inſignia* venio, ſive ad ornamenta quædam externa,quæ adjuncta Conſulibus,aliiſque Magiſtratibus, ad augendum ſplendorem. Eorum omnium originem ab Etruſcis eſſe, Livius (lib.1.) & Symmachus (lib.3. epiſt. 11.) voluerunt: itemque Florus,(lib.1.cap.5.)qui diſtincte etiam recenſet. *Inde* (à Tuſcis,) inquit, *faſces, trabeæ, curules, annuli , phalaræ, paludamenta,prætexta: inde, quod aurato curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ , tunicæque palmatæ: omnia denique decora & inſignia,quibus Imperii dignitas eminet.* Hæc in Conſulibus paulo diverſa fuiſſe reperio , veteri Republica & nova. Veteri Republica hæc in uſu: Faſces duodecim cum lictoribus , ſella curulis, prætexta, toga, eaq; domi ſumpta primo magiſtratus die ante Deos penates. (Livius lib.22. in fine.) Scipio eburneus in manu, ſive ſceptrum. De quo ſcipione, minus quidem vulgata res : magnis tamen auctoribus eſt mihi certa: Dionyſius (lib.3.) Tarquinio Regi ſceptrum ebur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

neum attribuit; idque manſiſſe ſucceſſoribus ejus tradit, & Conſulibus ipſis. Livius, Gallum quendam ſcipione eburneo percuſſum à M. Papyrio ſcribit; conſulare hoc ſceptrum intelligens lib.3.) Valerius de priſcis Conſulibus (lib.4.c.4.) *Nec eis fuit rubori, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem ſtivam aratri repetere.* In Valeriani epiſtola apud Vopiſcum: (in Vita Aureliani:) *Nam te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enim Imperator non ſolet dare; ſed à Senatu, quando fit Conſul, accipere.* Caſſiodorus (lib.6.) in formula Conſulatus: *Validam manum victoriali ſcipione nobilitat.* In Gloſſis priſcis: *Scipiones, virga Conſulum.* Et Ennodius (in Panegyrico) *Scipiones* pro ipſo Conſulatu poſuit: *Serranum ſcipionibus aratra pepererunt.* Nec Iuvenalem aliter, quam de hoc ſcipione ceperim: (Sat.10.)

> *Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.*

Præitque nobis, Aquilæ figuram fuiſſe in ſummo illo ſceptro: niſi tamen magis placet, ad ſcipionem triumphalem id referri, quem plane ea forma Iſidorus deſcribit, (lib.17.c.2.) Et eundem in triumpho Appianus etiam agnoſcit. [lib. de bellis Punicis.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Atque hæc fere inſignia olim. Poſterior Ætas ſub Principibus quædam addidit, quædam immutavit:& id fere in ſuperbiam, ut ſolet, & ad pompam. Non contenti enim ſimplici prætexta, ejus loco togam pictam induxêre ; quæ antea triumphantium propria tantum. Lamprid. (in Alexandro) *Prætextam & togam pictam nunquam niſi Conſul accipit ; & eam quidem, quam de Iovis templo ſumptam & alii quoque accipiebant, aut Prætores aut Conſules.* Vbi & notari ritum illum ſedulo velim, accipiendæ conſularis ejus togæ è Capitolino templo; quem eundem ingerit opportune in eadem iſta re Capitolinus [in Gordiano ſeniore] *Palmatam tunicam,* inquit, *& togam pictam primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit : cum antea Imperatores eam de Capitolino acciperent, vel de Palatio.* Hæc eſt illa *toga picta*, quam *palmatam* alio nomine dixêre: tribuuntque eam Conſulibus. Caſſiodorus (lib. 6. epiſt. 1.) *Pinge,* inquit, *vaſtos humeros vario colore palmatæ.* Et Ennodius (in Panegyrico.) Etſi de toga non exprimunt clare. Itaque ſuſpicari poſſis, ex ſuperioribus Capitolini verbis, de tunica tantum. Falſo tamen ex Martiale, qui togam in hac re nominat diſerte :

Palmataq; ducem, ſed cito, redde togæ.

 Id eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Id eſt, Conſulatui. Et Auſonio, qui in Panegyrico Gratiani tria hæc, *pictam*, *palmatam*, *trabeam*, aperte confundit, & ſolere id ſuo ævo oſtendit. Nam & *trabeam* reperies, velut propriam Conſulum veſtem. Et cave pro *tunica* accipias, ut priſci, ſed pro hac ipſa *toga picta*. Cauſa, cur utrumque hoc nomen ei dederint: quod auro purpuraque intexta ea fuerit, ad formam trabium, ſive palmarium ramorum.

De *trabea* autem Conſulari Symmachus (lib. 9. epiſt. 102.) *Literæ*, inquit, *quæ te annalem trabeam meruiſſe loquerentur.* Hoc eſt, Conſulatum. Et Claudianus (in Eutropio:)

Annus qui trabeas, hic dedit exilium.

Atque idem Poëta etiam alias ſæpe. Atque etiam Impp. (l. 1. C. De Coſſ.) Iam in *faſcibus* ipſis etiam aliquid immutarunt. *Laurum* enim iis perpetuam addidêre: quod olim ſolet tantum in Triumphis. Colligo ex Martiale (l. 10. epigr. 10.)

Cum tu laurigeris annum qui faſcibus intras.

& lib. 12. epigr. 3. oſtendit etiam laurum ædibus Conſulum ſolere addi. Sed & Caſſiodorus laurum Conſulibus diſerte tribuit, (lib. 2. Variar. epiſt. 2.)

Nec *laurus* ſolum; ſed & *ſecures* etiam relatas iterum in faſces, quas Valerius ademerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

merat, animadvertet non oſcitans lector ex eodem Caſſiodoro, (lib.6.) *Hinc eſt*, inquit, *quod etiam faſces atque ſecures tantæ poteſtati præceptæ ſunt illigari.* Vide Elect. cap. 23.) Ex Claudiano, aliquot locis. (lib.2. in Eutrop. & 4. Conſulat. Honorii) Nec ideo, quod imperium aut potentia iis creverat, (contra eſt) ſed quod faſtus & ſuperbia externa: quæ ipſa etiam *calceos auratos* Conſulibus induit. Quod ſcriptum à ſolo (quod ſciam) Caſſiodoro; ſatis tamen clare. *Lares*, inquit, *proprios calceus auratus egredere.* (lib.6. in Form. Conſ. Quod genus calceorum in uſu Romæ fuiſſe, Epictetus me docuit in Enchiridio (cap.54.)

CAP. IX.

Ritus aliquot Conſulares.

NOmen, vim, & inſignia Conſulum ſatis expreſſi; addam ritus aliquot priſcos, & non obvios; qui valde ad Scriptorum veterum lucem. Eos certo ordine vix dedero, ſed ut venient ſub ſtylum.

Primum noto, vario die *initium Conſulatus* olim fuiſſe. quod ex Livii locis multis clarum. Donec Anno DXCVIII inire & ipſi, & alii Magiſtratus, cœpêre Calendis Ianuariis. Hoc traditum in epitome Liviana (47.) etſi mutile & corrupte.

Primus

Primus autem hic dies Conſulibus valde honoratus. Domum enim eorum,& Populus, & Senatus conveniebat,eoſque ſalutabat , deducebat. *De ſalutatione* Claudianus de ConſuleEutropio: (lib.2.)

——vulgata patebat
Aula ſalutantum ſtudiis.——

De comitatu ſenatus & populi. Ovidius (4.de Pont.eleg.9.)

Dumq; latus ſancti cinget tibi turba ſenatus,
Conſulis ante pedes ire juberer eques.

Et Claudianus (lib.1.)

Candida pollutos comitatur curia faſces.

Hæc *officia Conſulum* Spartianus vocat (in Hadriano) *Romæ* , inquit, *Prætorum & Conſulum officia frequentavit.* Et Suetonius (in Iulio,c.15.) *Relicto,* inquit,*novorum Conſulum officio.* Symmachus id appellat,*auſpiciis intereſſe.* (lib.1.epiſt.51.) *Fortunati* inquit,*ſellam tuam lato agmine proſequantur , & auſpiciis tuis quivis fati integer amicus interſit.* Et (lib.3.ep.21.) *Apud egregium virum Conſulem fave abſentiæ meæ:cuius honore gloriari noſtrum eſt; auſpiciis intereſſe, felicium.* Et appellat ideo, quod primo illo die munia omnia Conſulatus ſui delibabat: velut auſpicii cauſa.Ideo& *Auſpicialis* hic *dies* appellatus: de quo ſcripſi ad lib.4.Annal. Taciti. Initium autem faciebant à Religione,

ne, & deducebantur ſolemni iſto officio in Capitolium primo, ut vota ſcilicet conciperent, & ſingulos boves Iovi illic immolarent. Ovidius, de Græcino Conſule: (lib. 4. De Pont. eleg. 9.)

At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet juſſu victima ſacra tuo.

Lampridius de Heliogabalo: *Deinde in Capitolium ad vota concipienda, & perficienda ſolemnia, ire noluit: omnia per Præfectum urbanum, quaſi Conſules illic non eſſent, facta ſunt.* Et Livius clare (lib. 41.) *Conſulibus*, inquit, *quo die Magiſtratum iniêre, immolantibus ſingulis Iovi bobus, ut ſolet*, &c. Spectatque ad hoc Conſulare ſacrum, quod Suetonius in Auguſto ſcribit (c. 95.) Et Plinius (l. 2. c. 37.) Adde & Ovidium iterum (lib. 4. de Pont. eleg. 4.) A Capitolio autem in Senatum deducebantur, gratiaſque illîc Principi habebant, juſſi (ut inquit Plinius) Senatuſconſulto. atque eodem ipſo die *munera conſularia* amicis mittebant: quorum mentio apud Symmachum (epiſt. 61. lib. 3.) *Grata mihi*, inquit, *fuere ampliſſimi Conſulatus tui munera*. Vocatq; hæc *ſportulam conſularem* idem ſcriptor, (lib. 9. ep. ult.) Sed & in populum pecuniam ſpargebant: cujus effuſionis Caſſiodorus meminit (lib. 2. ep. 2. & l. 6. ep. 1.) Eiq; ſparſioni cente-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

centena auri pondo attributa fuiſſe, docet lex 2.C.De Conſulibus. Vbi tamen utilitas hæc ſpargendi ab Impp.tollitur,& ſumma ea ad aquæductus reparandos transfertur. Primis etiam his diebus in leges jurabant; ſicut & reliqui Magiſtratus omnes:nec fas cuiquam magiſtratum ultra quinque dies gerere ; niſi qui publice id juramentum præſtitiſſet. Livius (lib.31.) *Q.Valerius Flaccus*, inquit,*quia Flamen Dialis(* id eſt,Iovialis*)erat iurare in leges non poterat. Magiſtratum autem plus dies quinque , niſi qui in leges iuraſſet,non licebat gerere.* Etſi Plinius (in Panegyr.) id juramentum bis præſtari ſolitum, videatur innuere : ſemel, cum deſignati Conſules eſſent; idque in manum Conſulis renunciantis : iterum in roſtris, toto populo audiente. Et formula etiam ipſa expreſſa ab eo in parte:quem totum locum in medio Panegyrico ejus omnino vide. Atque ſimile juramentum iterum præſtabant , Conſulatu jam geſto: jurabant , inquam, nihil in eo ſcienter ſe feciſſe contra leges. Plinius: *Itaque & abiturus Conſulatu,iuraſti* , inquit, *te nihil contra leges feciſſe.*Dio Caſſius (lib.53.) *Auguſtus* , inquit, *defunctus conſulatu, iuramentum patrio more præſtitit.* Idem de Claudio: (lib.60.) *Conſulatu abiens*, inquit, *item, ut alii, iuramentum præſti-*

tit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

; ſolitus id in omnibus conſulatibus ſuis ·cere. Atque de hoc ultimo juramento ·icero capiendus, (lib.5.epiſt.2.& orat.in ·Piſonem.) Et Plutarch.(in Cicer.) Dio ·aſſius. (lib.37.)

Atque hæc facere primis diebus in ·ſu: quibus addo *Ritum* ad vim & pote·atem Conſulum ſpectantem, quæ inter·um poſcente ſalute publica ita aucta eſt, ·t par abſolutæ & regiæ potentiæ eſſet. ·Iodus augendi per SC. quo Reſpublica ·onſulibus permitti dicebatur, com·nendari, defendenda dari. Quod tamen ·nterponi non temere ſolet, niſi in atroci ·egotio, ut Saluſtius ait (in Catil.) & in ul·ma neceſſitate, ut Livius (lib.3.) in ipſo ·rbis incendio, & deſperatione omnium ·lutis, ut Cæſar (1.de bello civili. Formu·a SCti brevis & ſolemnis hæc:

VIDERENT CONSVLES, NE QVID RESPVBLICA DETRIMENTI ACCIPERET.

·uo uno verſiculo ſatis armatos eos ·emper fuiſſe, etiam nullis armis datis, ·icero pro Milone) ſcripſit. Vis enim eo·um verborum hæc: ut imperium ſum·um merumque Conſulibus eſſet, exer·itum parare poſſent, bellum gerere, ·oërcere omnibus modis ſocios atque ·ives: &, uno verbo, reſtituebatur eis ·oc decreto jus regium vetus, per pro-

voca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

vocationem, aliaſque leges ademptum. Antiquum autem valde hunc morem eſſe, & cum prima Republica natum, docet Livius; qui ejus, ut jam recepti, meminit (lib. 3.) ſoletque interponi in domeſtico plerumque motu; ut Tribunitiis ſeditionibus, pernicioſis legibus, conjuratione occulta: aut etiam externo diſcrimine, ſed extremo. Vide, præter dictos, Vegetium (lib. 3. cap. 1.) & Dionem (lib. 37.)

Ritum huic adjungo triplicem: unum, qui ad *inſignia* Conſulum ſpectat, & ad *faſces*; alterum de *ſecuribus* ablatis; de quo ſatis dixi in Electis (cap. 26.) alterum, *de diviſione faſcium*. qui ſic habet: Conſulibus duobus creatis, cum initio faſces XXIV præferrentur, id eſt, ſingulis XII, in voce & invidia populi res fuit; tanquam regno non depulſo, ſed duplicato: ea cauſa Valerius inſtituit, ut XII tantum faſces conſpicerentur, iique alternis menſibus apud alterum Conſulem eſſent: ita, inquam, ut priore menſe prior Conſul eos haberet; ſecundo alter, atque ita in orbem. Dionyſius (lib. 5.) Dio Caſſius (lib. 5.) Sumere autem eos prior ſolebat, qui major natu eſſet: idque obtinuiſſe videtur uſque ad Legem *Iuliam*, quæ honorem hunc detulit numero liberorum. De utroque vide Valerium (lib. 4. cap. 1.) & Agellium (l. 2. c. 15.) Interea tamen Conſul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

l is, qui ſine faſcibus, ne nullo inſigni
oſceretur, *Accenſum* habebat, qui eum
ræcederet, & *Lictores*, (Dionyſius lib.5.
itio) qui ſequerentur cum virgis & ba-
llis. Suetonius in Iulio, (cap.20.) Livius
bi de Decemviris: (lib.3.)

Denique poſtremo obſervo *Ritum*,
ui ad tempus gerendi Conſulatus per-
net: quod olim annuum fuiſſe ſcimus:
utatum tamen ſtatim cum Republica,
à Iulio Cæſare plures uno anno Con-
ules facti. [An. V.C.DCCVIII.] Deſigna-
antur enim Conſules in tres, duos, imo
n unum menſem, & alii atque alii ſubſti-
uebantur. Mos notus, & obvia exem-
la: à quo tamen manaſſe moneo, ut
uo genera Conſulum nominarentur;
rdinarii & *Suffecti*. *Ordinarii*, qui mo-
e priſco, principio anni & Kal. Ian. ini-
ent. *Suffecti* autem omnes, qui deinceps
ubſtituti. Illi honeſtiores cenſebantur:
uod nomen eorum magis celebre & æ-
ernum; cum ab iis tempora & anni nu-
erarentur. Seneca: *Conſulem me fe-
t, ſed non ordinarium.* Suetonius in
omitiano, (cap.2.) *In ſex conſulatibus
num ordinarium tantum geſſit.* Sym-
achus (lib.9. epiſt. 120.) *Delatus eſt à
ementiſſimis Principibus ordinarius con-
latus.* Lampridius (in Alexandro:) *con-
latum tertium iniit tantum ordina-*

rium.Hæc diviſio & hic mos ad Conſtan-
tinum Imperatorem manſit; qui conſula-
tum iterum annuum fecit, & pro ſuffe-
ctis novum genus reperit, quos *Conſula-
res* dixit, ſive etiam *conſules honorarios*.
Quorum origo à conſularibus orna-
mentis, quæ inſtituerat jam olim Iulius
Cæſar, apud Suetonium (cap.76.) Exſtat
Conſularitatis formula (ita honorem
hunc appellabant; non *conſulatum*) in
Caſſiodoro (lib.6. epiſt. 21.) quem om-
nino ſuadeo legas: itemque de iſtis ca-
pienda lex 4.C.De Coſſ.& Novell. C.62.

CAP. X.

De Prætoribus. Nomen eorum. Inſtituti... Numerus. Inſignia.

IVxta Conſules *Prætores* merito ſequun-
tur: qui dignitate proximi, & *collegæ
conſulis* appellantur; quoniam iiſdem au-
ſpiciis creabantur. (Liv. lib.7. & Agell. l.
13.c.14.) Nomen iis, ſive quod *præirent*
(Varro l.3. de L.L.) ſive quod *præeſſent*
mere Latinum, & ſane vetus. Populi enim
plerique è Latio, Imperatores ſuos & du-
ces *Prætores* appellabant; uti exempla in
Livio crebra. Sed & Etruſci Prætores ha-
buiſſe videntur inter ordinarios & legi-
timos Magiſtratus. Spartianus me docu-
(in Hadriano) *In Etruriam*, inquit, *Præ-*

tura

uram Imperator egit; per Latina oppida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit. Et etus in Italia inſcriptio:

PRAETOR HETRVRIAE
XV POPVLORVM.

ta ut late omnino patuerit id nomen: *ec ſolum*, ut Aſconius(3.in Verrem)ait, *eteres omnem Magiſtratum, cui pareret cercitus, Prætorem appellarunt; ſed uemcunque in re profana, ſive etiam ſa-ra, præfectum.* Sic in monumentis le-o: PRAETOREM TIBVRTINVM, PRAE-OREM SACRORVM, PRAETOREM SA-RIS VOLCANI, PRAETOREM IVVEN-VTIS. Nec ſcio, an lata illa ſignificatio-e Suetonius ſumpſerit, cum librum *De rætoribus* inſcripſit. Sed commune ta-en antea nomen, & Conſulibus ipſis ſurpatum, proprium eſſe cœpit huic agiſtratui: qui inſtitutus anno Vrb. ond. CCCLXXXVIII. Cauſa inſtituendi uplex: Vtilitas, & Æmulatio. Vtilitas: uia cum Conſules ſæpe bellis avocaren-r, nec eſſet in Vrbe qui jus diceret; ex ſu fuit Magiſtratum creari, qui proprie ic muneri vacaret. Æmulatio: quo-am, ut Livius indicat (lib.7.initio,) Pa-icii novum hunc honorem avide quæ-vêre, in locum erepti Conſulatus. Crea-s autem initio unus: poſtea (circa an-um Vrb. DI) alter adjectus, qui jus item

diceret; ſed diverſis muneribus ille inter cives;hic inter cives & peregrinos. Itaque cognominibus etiam diſtincti fuère: alter *Vrbanus*, alter *Peregrinus* appellatus. Ille tamen honeſtior digniorque:adeo ut velut proprio cognomento *Honoratus* appellaretur ab Ovidio(lib.1.Faſtor.)

Verbaq; honoratus libera Prætor habet.

Et *ius*, quod ab eo edictiſque ejus deſcendit, *honorarium*. (l.2.ff.De orig. jur.& l.7. De juſt.& jure.) At poſtea etiam duo alii additi,paulo diverſo fine: quod, ut priores Conſules adjuverunt in jure dicendo: ſic iſti, in provinciis regendis. Id factum anno V.C.IↃXX.Sardinia&Sicilia in provinciarũ formam redactis: & duo etiam adjecti,Hiſpanis devictis, an.V.C.IↃLVII. Ita in univerſum tunc Prætores ſex: ex quibus duo ſoli in Vrbe manebant; reliqui quatuor, ſtatim ac renunciati erant, in provincias ibant, quas ſors aſſignarat. Id manſit, donec quæſtiones perpetuæ conſtitutæ ſunt, anno Vrb. Cond. DCV, & Senatui tunc viſum, ut Prætores omnes ipſo anno magiſtratus ſui in Vrbe hærerent,& parte aliqua jus tangerent, ſive publicum, ſive privatum. Et paulo poſt (Cic.pro Milon.)Sulla Dictator, ut quæſtionum numerum auxit;ſic & Prætorum: factique octo. Errat enim Pomponius (l 2.ff. De orig.jur.) qui aſſeverat de de-

e decem. Primus C.Cæſar denos crea-
it, & poſtea XVI, ut Dio tradit (lib.42.
43.)&majore licentia Triumviri LXIV.
uod idem ſcriptor aſſeruit(lib.48.) Au-
uſtus tamen temperavit,& duodenario
umero incluſit. Sed fruſtra:quia iterum
VI facti; quibus Claudius II etiã adjecit,
ui proprie jus dicerent de Fideicõmiſſis.
.2. ff. de origine Iuris. Vlp.in inſtitut.
t.22.) Ex his Titus unum detraxit : ſed
erva reſtituit, cum munere, ut jus di-
eret inter privatos & fiſcum. *Tutelarem*
iam *Prætorem* à M.Antonio Philoſo-
ho inſtitutum, Capitolinus in Vita ejus
rodidit, & meminêre Leges (l.3.& 4.in
od.Theod.) Ita in univerſum XVIII
rætores facti: donec paulatim minuen-
e Imperio, minuti & ipſi, & tres tan-
um creati,lege Valentiniani & Marciani
A.(l.2.C.De offic.Præt.) Atque hæc de
umero & augmento breviter.

Inſignia addam:quæ non obſcura. *Præ-
xtæ* enim *togæ* illis jus,item *Sellæ curulis*:
ictores cum faſcibus ſex (Val.l.1.c.1.) ha-
uere:unde Polybius&Græci ἑξαπέλεκυν
rætorem plerumque vertunt. Nec lex
etus apud Cenſorinum me turbat, quæ
rætori Vrbano duos tantum lictores
ibuit. Quod capienda hac mente, ut
inimum duo ſemper in tribunali ejus
dſint & appareant;non plures.

CAP. XI.

De Officiis Prætorum.

AT munera Prætorum præcipue tria
Ludi, Sacra, Iuriſdictio. *Ludos* enim
varios dabant ad populi gratiam; uti ex-
empla occurrunt paſſim (*Tacit. Annal.*
lib. 8. Plutarch. in Bruto. App. lib. 1. bell.
civil.) *Sacrum* etiam plerumque cura-
bant *Bonæ Deæ*; quod domi eorum ab
uxore fiebat. Plutarchus in Cæſare do-
cet. Cicero ad Atticum lib. 1. epiſt. x. Mar-
tialis etiam ſuo ævo in uſu oſtendit, epi-
gram. XLI lib. X. ubi *populare* id *ſacrum*
appellari monet; quia pro populo fiebat:
unde *Damium* dictum notat Feſtus; etſi
interpretatione addita non bona. In ha-
autem duas res magni ſumptus facti
Martialis integro illo epigrammate o-
ſtendit: Capitolinus in Maximo, aliique.
Vnde, velut proverbii loco, ab Auguſti-
no uſurpata cenſeo *prætoriana pretia*, pro
magnis. *Ita addictus erat ſtudiis*, inquit,
ut pretiis prætorianis ſibi conficiendos codi-
ces curaverit. Lib. VI. Confeſſion. lib. x.
Hæc duo munera, ſive onera potius, ſol-
fere manſêre Prætoribus, labente Impe-
rio, ut non fruſtra à Boëtio ſcriptum ſi-
lib. III de Conſolat. *Prætura magna olim*
poteſtas; nunc inane nomen, & ſenatori
cenſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

enſus gravi ſarcina. At tertium maximumque munus, *Iuri dictio:* quam duliciter conſidero; *in privatis & publicis iudiciis*. *Privata iudicia*, id eſt, res Ciiles, tractabant duo ſoli è Prætoribus; Urbanus & Peregrinus: *Publica*, ſive es Criminales, reliqui omnes. Ita tamen, ut ſingulis certæ eſſent quæſtiones, na pluresve. De quibus dilucide & ſubiliter dicere, non noſtrum. Latus enim ampus, & quem merito decurrant ſoli Cti: è quibus ante omnes legi ſuadeo BarnabamBriſſonium l.v.Formularum.

CAP. XII.

De Ædilibus. Eorum nomen. Inſtitutio, & Genera.

TErtio loco *Ædiles* cenſeo: quibus nomen (ut plerique omnes volunt) ab *ædium* cura; ſive, quod ædes ſacras privataſque curarent, ut Varro ait; (*lib. 4. de L.L & Zonaras lib.2 & Dionyſ.l.6.*) ſive quod ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebes deferebat, ut Pomponius (l.5.ff. De orig.Iuris.) Feſtus magis nove & remote, ab adeundo derivat; quod facilis ad omnes plebi aditus eſſent. Sed revera utrumque etymon, ſi attentius inſpicis, labat. Et verius fortaſſis tunc Romæ nomen id primnm na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tum;ſed, ut pleraque, è Latio traductum: nec ex re impoſitum;ſed ab exemplo. Iam olim enim Ædilium magiſtratus in Latinis oppidis (l.ff. Locati.) qui *Aediles quinquennales* cognominati in hiſtoriis & lapidibus paſſim. Spartianus clare (in Hadriano *Per Latina oppida Dictator, Aedilis & Duumvir fuit.* Iſque primus & ſummus, niſi fallor, municipalis magiſtratus. Iuvenalis:

Sufficiunt tunicæ ſummis Ædilibus albæ.

Atque eos illic ab ædibus primo dictos nihil abnuam: quia velut minuti Cenſores quidam erant & ædium ſacrarum privatarumq; curam gerebant. Inſtituti autem Romæ una cum ipſis Tribunis plebis, anno Vrb. conditæ CCLXXI. plebs enim Tribunos ſuos nacta, hoc amplius à Patribus petiit (inquit Dionyſius l. VI.) ut quos è plebe creare ſibi liceret, qui Tribunis velut adminiſtri & adjutores eſſent, quique eas cauſas cognoſcerent, quas illi commiſiſſent. Itaque hi primi *Ædiles plebis* appellati. Additi poſtea anno Vrbis CCCLXXXVIII duo è Patribus, qui ludorum cauſa præcipue creati (Livium vide in fine lib. 6. & initio lib. 2.) & cum diſcrimine *Ædiles Curules* dicti; quoniam ea ſella honoris cauſa utebantur. Priores enim illi tantum in ſubſelliis ſedebant; ut & Tribuni, & Quæſtores.

(Aſcon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Aſcon. Pedianus in Divinat. Cic.) Ita-
ue hi digniores, & μείζονα ἀγορανο-
μίαν Plutarchus appellavit hanc Curu-
em. (in Mario, initio) *Curulis* autem *ſella*
curru dicta, ut vulgi opinio eſt: (Agell.
b.3. c.18.) quam Iſidorus appoſite fir-
nat: *Conſules olim* (inquiens) *& Prætores,*
b longinquitatem viæ curru in forum
rovectos: ideoque & ſellas, quæ poſt eos
vehebantur, in quibus ſedentes iura redde-
rent, Curules dictas. Cui tamen deriva-
tioni ſcriptura & dimenſio repugnant:
veriuſque à Curibus (oppidum olim Sa-
binorum erat) dicta. Forma ejus in num-
mis crebro expreſſa: nec diſſimilis ſellis
iis, quas Hiſpanicas vocamus, & quarum
in aulis uſus. Deſcribit Plutarchus (in
Mario) & incurvis pedibus eas fuiſſe o-
ſtendit. Itaque in Gloſſis priſcis, *ſella cu-*
rulis explicatur ἀγκυλόπους θρόνος βα-
σιλικός. Altas facit Silius: (lib.8.)

Hæc altas eboris decoravit honore cu-
rules.

Itaque Lucanus (lib.5.)

Lentulus è celſa ſublimis ſede profatur.

Non quod ſellæ ipſæ altiſſimæ; ſed quod
adjuncti plures gradus. Caſſiodorus (l. 6.
epiſt.) *Sellam curulem pro ſua magnitu-*
dine multis gradibus eniſus aſcendit. Ebo-
re autem ex tectæ: ideoque Horatius

(lib.1. Epiſt.) circumſcripſit:

——dabit, eripietque curule
Cui volet importunus ebur ——

Et Athenæus(lib.5.c.4.) de Antiocho rege, *ſediſſe eum*, ait, *eburnea ſede, ritu Romanorum*: ſignificans curulem. Nec aliter Græci vertunt, quam ἐλεφάντινον θρόνον, aut δίφρον. Quo exemplo etiam Vopiſcus in Aureliano *Sellam eboratam* dixit. Cælatum & ſculptum id fuiſſe, Ovidius oſtendit (lib.4. de Pont.eleg.9.)

Signa quoque in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.

Nec plures Ædiles, ad tempora C.Cæſaris: qui duos præterea adjecit, an.V.C. DCCX. quos è Patribus creari tantum voluit; & quia frumentariæ curæ præfecti, à Cerere *Cereales* dixit. Dio lib.43. ſub finem,) & Pomponius (l.2.ff.De origine Iuris.) Ita ſex in univerſum Ædiles; triplici tamen diſcrimine: quos ad Conſtantini uſque Magni tempora in Republica perſeveraſſe crediderim, & ab eo (ut pleroſque Magiſtratus) ſublatos.

CAP.

CAP. XIII.

De officiis Ædilium.

AT munera Ædilium quæ fuerint, pleraque omnia lege ſua Cicero (3. De g.) breviter expedit: *Suntoque Aediles,* quit, *curatores urbis, annonæ, ludorumque ſolemnium.* Ait, *Curatores urbis:* ſict alibi (5. Verr.) dicere non veretur, *tam urbem iis tuendam commiſſam:* on male, quod ea fere omnia curabant, uæ ad ornatum aut ordinem urbis. Primo enim opera publica inſpiciebant ac uebantur; & templa Deorum (Cicero 5. Verr. Varro 4. de L.L.) Secundo, incendiorum eis cura, & ne quod ab igne damnum. Quod munus tamen Auguſtus impoſuiſſe iis primus videtur ex Dione lib. 54.) Tertio, funerum taliumque minutorum rituum inſtitutio penes eos, & conſervatio. Ovidius VI. Faſtorum:

Adde, quod Aedilis, pompa qui funeris irent,
Artifices tantum juſſerat eſſe decem.

Sed & matrimoniorum, quodque adnexum iis, ſcortationum, & meretricium coercitio quædam & regimen: ut ſatis docui in Commentar. II. ad Taciti Annales. Denique balnea, aquæductus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cloacas, plateas, & loca omnia Vrbis curabant, ut pura ea & munda eſſent. De balneis Seneca, (epiſt. 13.) *Dij boni*, inquit, *quam iuvabat illa balnea intrare, obſcura & gregali tectorio inducta, quæ ſcires Catonem tibi Ædilem, aut Fabium Maximum, aut ex Corneliis aliquem manu ſua temperaſſe!* Et alibi eleganter: *Invenies balnea & popinas, & loca Ædilem metuentia.* Et de munditate Plautus Sticho, cui cum ſervus imperaſſet:

Cape illas ſcopas, tu hoc converre, &c.

Paraſitus ſubjicit:

Sine ſuffragio populi Aedilitatem hic quidem gerit.

Et plura ad hanc rem diſtinctè, & apte l. unica ff. De via publica, ubi *Aediles* Papinianus ἀστυνόμους ſemper vertit: quod non aliud quam curatores urbis.

Sed addit ſecundo loco Cicero, *Annonæ Curatores*. Veriſſimè: quia non rerum ſolum venalium ad eos cura & æſtimatio ſolum ſpectabat, ſed etiam pecudum hominumque. Apuleius lib. 1. *Aedilem gerimus*, inquit, *& annonam curamus*. Plautus Rudente:

Ita ſolet Neptunus: quamvis faſtidioſus Aedilis eſt,
Si quæ improbæ ſunt merces, jactat omnes.

Per-

Perſius Satyra I.

Fregerit heminas Areti Aedilis iniquas.

Immo *ius* etiam his de rebus *dicebant*, ex Dione LIII, initio. *Mulctas imponebant*, ex Papiniani l. unica. De vi publica. *Edicta concipiebant*, ex Plauto, Captivi:

Euge, edictiones ædilitias hic quidem habet.

Omniaque uno verbo, regebant & dirigebant, quæ ad venalium forum. Vnde Græci plerumque ἀγορανόμους eos recte verterunt. Agellium vide lib. 4. c. 2. & Iuriſconſultos, titulo toto de Ædilitio edicto.

Denique pro tertio munere Cicero addit, *curationem ludorum ſolemnium*. Et caute, *ſolemnium*: quia ſtatos ludos tantum curaſſe videtur, & publice receptos: ut Florales, Circenſes, Megalenſes, Romanos, &c: non autem privatos, funebres, aut votivos. Exempla hujus curæ & muneris ubique prompta & paſſim legas, Ædiles ſuo ſumptu edidiſſe ludos, præfuiſſe, ordinaſſe præmia ſive pœnas actoribus diſtribuiſſe: denique, ſcripta etiam examinaſſe, & fabulas, quæ agendæ. Donatum in vita Terentii vide. Nec ſcio, an ab hac ſcenica inſpectione manavit, ut jus quoddam judiciumque iis fuerit etiam in alios libros. Apparet ex Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

natus decreto apud Tacitum IIII Annali, quo jubentur Ædiles cremare Cremutii Cordi ſcripta.

CAP. XIV.

De Tribunorum Nomine, Origine, & ex quo ordine creati.

QVartus in ordine Magiſtratus *Tribunorum* eſt: quorum nomen vetus, & origini Vrbis pene æquale. Nam *Tribuni Celerum*, id eſt, equitum, ſtatim nati in regno Romuli: (l.2.ff. De orig.Iur. Varro lib. 4. de L.L.) dictaque & ducta vox, ſive à ternario numero, quia tres tantum tunc populi partes, & ex ſingulis ſinguli crearentur, ad exercitum mittendi: ſive à tribubus, quod earum ſuffragiis crearentur, vel quod iis præeſſent: quo ſane exemplo à Curibus *Curiones* dicti. Vtcumque de etymo ſit, late fuſum nomen: & vis ea fere ſubeſt, ut Curatorem fere ſignificet, aut Pręfectum. Itaque cum additione uſurparunt: *Tribunus Celerum*, *Militum*, *Aerarii*, *Plebis*. Et poſteriore ævo ſub Principibus, *Tribunus Voluptatum*, *Matrimoniorum*, *Chartariorum*, *Provinciarum*: quæ genera in Caſſiodoro lego (lib.7. Variar. epiſt.10. & 47. lib.12. epiſt.24.) & *Tribunus Fori*, in lapidibus: *Tribunus Scholarum*, in Codice Iuſtinianeo. At diverſi hi noſtri & dignio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

niores aliis : quorum origo à ſeditione.
um enim plebs in nova libertate varie
remi à Patribus videretur, anno Vrbis
CLX ſeceſſit in montem Sacrum : nec
educi in urbem potuit, niſi ut proprium
unc Magiſtratum haberet, juris ſui vin-
licem & cuſtodem. Creati autem initio
luo: mox tres adjecti: denique A. Vrb.
CXCVII iterum quinque additi, decem-
que in univerſum facti: qui numerus de-
nceps in Republica manſit. & quoniam
primi Tribuni magiſtratum occœpêre
IV. Idus Decembris, hoc quoque obti-
nuit, ut Tribuni non Calendis Ianuariis
nirent, ſicut Magiſtratus cæteri, ſed illo
pſo die. Dionyſius clare lib. 7. extremo.
Et ab ea mente Appianus (lib. 1. Civil. Ad-
de Plutarchum problemate 81.) Comitia
Tribunorum refert in æſtatem. Quia au-
tem per plebem creati; hoc quoque man-
ſit, ut tantum è plebe : niſi quod ſemel
Patricios duos cooptatos reperio apud
Livium lib. 3. Immo plerumque ex infi-
ma plebe : donec lata lex, ut crearentur
tantum è Senatu, id eſt, ut nemo Tribu-
nus eſſe poſſet, niſi qui antea Senator :
Senator tamen plebeius. Id quando inſti-
tutum, diſerte haud ſcio : immo vix ipſi
veteres : inter quos & Appianus ambi-
git (lib. 1. bellorum civilium) rectene id
referatur ad Sullam. *Nec conſtat*, inquit,

an

an Tribunatum,uti nunc eſt, à plebe a
Senatum tranſtulerit. Atteius tamen Ca
pito (apud Agellium lib.14,cap. ult.) (u
ego quidem interpretor) ad Atiniun
plebiſcitum refert. Nam ait: *Tribun*
Senatum habendi ius erat, quamquan
Senatores non eſſent, ante Atinium plebis
ſcitum. quaſi dicat, Atinio plebiſcito
lectos è Senatu. Quanquam nec de tem
pore ejus plebiſciti conſtat: niſi quod
P. Atinium quendam Tribunum re
perio, C.Iulio Cæſare & Marco Bibulo
Conſulibus. Certe quidem libera ad
huc Republica id in uſu fuiſſe, docet
aperte Suetonius (in Auguſto cap.10.)
In locum, inquit, *Tribuni plebis demor*
tui candidatum ſe oſtendit; quanquam
Patricius, necdum Senator. Itaque non
jus petendi Tribunatus, niſi Senato
rum. Plinium (lib. 2. epiſt.9.) ita exau
dio: *Ego*, inquit, *ſexto latum clavum à*
Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetravi:
meo ſuffragio pervenit ad ius Tribunatus
petendi. Et Suetonius idem, ut novum,
notat in Auguſto: c.40. quod comitiis
tribunitiis, ſi deeſſent candidati Senato
res, ex Equitibus crearit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XV.

De officio & poteſtate Tribunorum.

HÆc origo Tribunorum, hæc creatio: eaque ratione Romæ Conſulibus ppoſiti, qua Lacedæmone Regibus e-hori. (Valer.lib.4.c.5. Cicer.lib.3.de Le-b. Plutarchus in Coriolano.) Itaque unus eorum initio unum & ſimplex *xilii latio*. Creati enim contra vim po-ntiamque Magiſtratuum; ſcutum dun-xat impediendi & defendendi habe-ant, non agendi aut lædendi telum; op-eſſos juvabant, eripiebant; iniqua de-eta aut juſſa, ſive Senatus, ſive Magi-ratuum, reſcindebant: eoque fine (ut utarchus notat Probl. 81.) Ianuæ eo-m nocte dieque patebant: ut paratos oſtenderent, ad deſideria & querelas iſerorum excipiendas. Sed nec ullam oram abeſſe ab urbe legitime poterant; Dio ait, (lib.37.) ſive nullum diem; ut gellius (lib.3.c.2.) vel, ut magis arcte ppianus (2.Civil.) mœnia egredi iis non ebat; hac eadem ſcilicet cauſa. Ad au-lium autem ferendum parata interceſ-o; quæ peragi ſolita uno & ſolemni ver-o, VETO. Livius (lib.6.) *Faxo*, inquit, *juvet vox iſta* , VETO ; *qua nunc ncinentes collegas noſtros tam læti audi-*

tis. Cujus interceſſionis tanta vis, u privati Magiſtratuſque omnes parerent qui non feciſſet, vel per viatorem Tribu nitium in carcerem abriperetur, vel di dicta apud populum accuſaretur, ut vio lator ſacroſanctæ poteſtatis. Tales enim ipſi. Eaque de re Leges veteres apud Dio nyſium (lib.6.in fine, & lib.7. circa me dium) & Liviũ. Quin Cicero (pro Sextio hoc amplius notat: eam eſſe ſanctitatem Tribunatus, ut non modo contra vim & ferrum, ſed etiam contra verba & inter fationem, legibus ſacratis ſint armati Ea autem interceſſio valida etiam inte Tribunos ipſos; adeo ut, uno ex col legio vetante, irritæ ſint reliquorum omnium actiones. (Plutarch. in Caton Min. Atque hoc eſt, quod *extremum iu Tribunorum* Cæſar appellat, 1. Com mentario De bellis civilibus; & quod et iam à L.Sulla iis relictum fatetur. Itaque agere, imperare, decernere, remotum à primis Tribunis: (apud Tacit. 1.Anna li Tiberius convocat Senatum jure Tri bunitio) donec paulatim fiducia ſanct juris progreſſi ulterius ſunt, & limite protulerunt ſui magiſtratus. Qui olim in ſenatum non veniebant; ſed ante val vas curiæ poſitis ſubſelliis ſedebant; (Va lerius auctor liq.2.cap.2.) ii mox Sena tum convocare auſi. quod cœpiſſe pri

mum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

um anno Vrbis CCXCVII, Dionyſius
arioſe notat (lib. 10.) Immo dimittere
iam ab alio convocatum: quod Appia-
ıs (lib. 2. Civil.) monet de Curione: *Se-*
ıtum, inquit, *re infecta dimiſit. Poteſt*
im hoc Tribunus *plebis facere*. Denique
ncionem advocare, tabernas claudi
bere, leges & rogationes ferre, judicia
ædam exercere; in immenſum ſcilicet
ıcta poteſtate, poſtquam lege Horten-
a plebisſcita omnem populum tenue-
. (Varro lib. 5. de L.L. Livius 9. Cic. 1.
grar.) Itaque qui frenum aliis injece-
ınt, freno ipſi eguere, & cum per hanc
nmoderatam licentiam materies cre-
ra turbarum & ſeditionum eſſet; Sulla
ictator poteſtatem Tribunitiam valde
rcumcîdit, immo pene exſcîdit. Vetuit
nim, ne leges ferrent, ne concionaren-
ır, ne provocaretur ad eos; ſolumque
: nudum jus intercedendi reliquit. Hoc
nplius, ut abſterreret homines ab eo
ıagiſtratu capeſſendo, ſanxit; ut ne cui
ribuno aditus pateret ad alium magi-
ratum. Quam tamen poſtremam le-
em, eo mortuo, Aurelius Cotta Conſul
Aſcon. pro Cotta.) ſtatim abrogavit: ſic-
t reliqua omnia Pompeius Magnus in
rimo conſulatu. Itaque Tribunis ite-
ım permiſſum jus vetus ad Impp. uſ-
ue; qui, Tribunitia poteſtate ſibi ſum-
 pta,

pta, inſignia penes eos reliquerunt, & pe[ne] inane nomen. Quod tamen in Impe[rio] Romano ad Conſtantini uſque tem[pora] manſit.

CAP. XVI.

De Quæſtoribus. Vnde dicti. Quando & quam multi facti. Denique Ius eorum, ac Munus.

QVæſtores ordine primi, dignitate ultimi inter Magiſtratus. Iis non ambigue à *quærendo* nomen: quod pecunias publicas conquirebant & reponebant: (Varro 4. de L.L.) ideo & Ταμίαι Græce dicti. Origo eorum vetuſtiſſima inter Magiſtratus; ut Pomponius (l. 2. De orig. Iur.) & Tacitus volunt (lib. 2. Annal.) quippe qui inſtituti ſub ipſis Regibus. Sed an hoc eodem munere, an potius de *crimine quærendi* cauſa, ambigo. Verius cenſeo, Quæſtores iſtos pecuniarios libera Republica creatos; cum, aucto videlicet populi ærario, opus fuit, qui ei præeſſent. Id accidit an. Vrbis CCLXIX, ſi Dionyſio (l. 8.) & Livio (l. 3.) fides. à quibus tamen paulo diverſus Plutarchus (in Publicola) qui refert ad annos primos partæ libertatis. Tacitus ſane Conſulibus primis etiam Quæſtores attribuit: ſed ita, ut ipſi eos eligerent. *donec*, inquit, *eum quoque*

honorem

norem populus mandaret: quod factum nno XXIII *poſt Reges eiectos.* (ita enim in ſcribendum; non LXIII.) Fuêre autem itio duo tantum Quæſtores, qui urbaam pecuniam omnem tractarent, & rario præeſſent, quod in æde Saturni: que *Vrbani* dicti. Poſtea, cum aliis etiam us videretur, qui peregre pecuniam ilitarem adminiſtrarent, prædam venerent; duo iterum creati, qui Conſulius ad miniſteria belli præſto eſſent: ut vius ait. (lib. 4.) Id accidit anno Vrb. cxxxII. Atque is numerus diu manſit; onec ſtipendiaria tota Italia duplicatus eſt, factique octo, ad tractanda etiam ovinciarum vectigalia, in quas cum oconſulibus aut Proprætoribus ſorte ittebantur. Quod eveniſſe, argento prium ſignato, id eſt, circa annum Vrb. ccxxxix, obſervo ex Epitome Livian.(15.) Ac mox lege Sullæ xx. creati, ad natum ſupplendum: ut Tacitus (lib. I. nnal.) ſuggerit. Nec abſimili fine, XL Cæſare; ut Dio (lib. 43.) Hæc inſtitutio, augmentum. nec obſcura admodum rum munera; è quibus præcipuum peniæ publicæ acceptio & expenſio: (Liv. .4. & 7.) item ſignorum militarium x argento & auro, non enim velis utentur) in ærario obſervatio: prædæ nditio, & ſubhaſtatio: (Dionyſ. lib. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

& P. Faber lib. 2. Semeſtr.) legatorum
exceptio, deductio, hoſpitii aſſignatio
(Plutarch.quæſt.43.Valer.l.5.c.1.& apud
Livium aliquot locis.) certæ etiam per
Italiam Præfecturæ, ut Oſtienſis, & Ca
les, de quibus Tacitus IIII. Annal. & ib
nos; & Suetonius in Claudio, (cap.22.
Sed & decreto Auguſti, SCta iis adſer
vanda tradita; quæ antea penes Ædile
& Tribunos: Dio notat lib. LIIII. ex
tremo.Fuit etiam ſub. Impp. veluti pro
prius eorum Quæſtor, qui *Candidatu*
Principis appellatus, vel *Quæſtor Princi*
pis, ſive *Auguſti*: cujus munus expreſ
ſum ab Vlpiano, in l.unica, ff. De offici
Quæſtoris. De quo ſatis multa Briſſo
nius.(lib.1.Selectarum antiquitat.cap.16
Sueton.Titi cap.5. Neron. 15. & Auguſt
c.65.Vell.Paterculus lib.2.) Ab hoc orig
Quæſtoris Palatii, qui ſub Conſtantin
cæpit: quæ deinceps magna dignitas
cuique datum, leges & decreta condere
petitionibus ſubſcribere, reſponſa redde
re:& omnino Iuris quidam & legum cu
ſtos ac præſes fuit: quod nomen hodie i
Cancellarium mutatũ vere dixerimus.D
hoc Zoſimus (l.5.) de Sallio quodam;cu
jus erat officiũ (inquit) dictare,quæ Prin
cipi viderentur.Quæſtorem à Conſtant
ni temporibus appellant.Meminit& Pro
copius De bello Perſico.Symmachus ele
gante

inter lib.1. Epiſt. 17. & lib. 4. Epiſt. 50.
aſſiodorus Epiſt. 6. lib. 10. & optime
.5.Epiſt.4.

CAP. XVII.

De Dictatore. Vnde illi nomen: origo & cauſa eligendi: item modus: denique vis eius & poteſtas.

ORdinarios & perpetuos in Republica Romana Magiſtratus breviter ex-licavi. Superſunt *intermiſſi* & *extraor-inarii*. Inter quos jure primum locum em illi, qui Magiſtratuum omnium pri-nus, *Dictatori*: cui nomen, ſive quod iceretur à Conſule, ait Varro (4. de L.L.) ujus dicto omnes audientes eſſent: ſive otius à dictando; quia crebro diceret diceretq;, quę eſſent ex uſu: quæ Diony-ii mens (l.5.) & Suidæ vertentis εἰσηγη-τὴν τῶν λυσιτελῶν, id eſt, *auctorem re-rum utiliũ*. Dictus alio nomine *Magiſter populi* (Seneca epiſt. 109. Cic. 3. de Fin. Fe-tus in OPTIMA LEX.) itemque *Præ-tor Maximus*: quæ voces præſtantiam ſcilicet imperii præferunt & dignitatis. Cęterum & res & nomen Dictatoris ſum-pta ab Albanis, conſanguineo populo: quod cum apud Dionyſium Licinius Ma-cer affirmet; tum ſuadet etiã Livius, (l.7.) qui jam inde ſub Rege Tullo Dictatorem

Albanum Metium Suffetium agnoſcit:
Spartianus ordinarium veteris Latii m
giſtratum fuiſſe oſtendit, in Hadrian
Per Latina, inquit, *oppida Dictator*
Duumvir fuit. Ipſe tamen Dionyſius
Gręcis eſſe exemplum mavult, apud qu
non diſſimili in re Αἰσυμνῆ). Origo ej
& prima inſtitutio controverſa: qu
niam Dionyſius, fidus certe & caut
ſcriptor, refert in Annum V.CCLV. At L
vius & plerique ex Latinis, biennio pri
(videlicet CCLIII) eum creatum volun
nono ſcilicet anno poſt Reges exacto
Etſi Livius in affirmando titubat, & ob
ſcuram ambiguamque rem non nega
(Livius T. Largium Dictatorem primu
creatum fuiſſe putat: lib. 2.) Cauſa prim
eligendi, ſeditio fuit, & metus ab hoſte
Cum enim ſperni viderent Conſulare no
men, cui per provocationem adempt
præcipua vis: decurſum ad hoc ſingular
imperium, ut eſſet, qui rigida & regi
poteſtate plebem ſive hoſtes coërceret
Major enim & concordior vis in uniu
imperio, quem collega nemo aut impro
be turbat, aut imperite tardat. Atqu
hæ præcipuæ ſane deinceps creandi cau
ſæ: ſeditio, inquam, aut bellum gravius
nec alias Cicero commemorat (lib. 3. d
Legg.) niſi quod paulatim creatus etiam
cauſis pluribus; quæ in Faſtis paſſim ex-
preſſæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eſſæ.ut, Clavi figendi cauſa; Comitiorum habendorum; Ludorum faciundorum; Quæſtionis exercendæ; Senatus legendi : denique quotiens brevi aliquo ac extraordinario imperio opus eſſet. Sed priores illi ſerii verique Dictatores, fere cum hoc titulo leguntur : REI GERUNDAE CAUSA; quod ad bellum ſpectat: vel, REIP. GERENDAE CAUSA: ſive etiam, SEDITIONIS SEDANDAE CAUSA, quod ad turbas. Eligi porro ſolet alia quadam via & modo, quam cæteri omnes Magiſtratus. Non enim ſuffragiis populi, ſed ſenatu jubente, à Conſule dicebatur; qui noctu auſpicato aliquem è Conſularibus, quem ſibi cumque viſum eſſet, nominabat. Quod *noctu*, Livius aliquotiens docet, & clare lib.4. *Noctu deinde ſilentio, ut mos eſt, L. Papirium Dictatorem dixit.* Quod *auſpicato*, Cicero 3. de leg. *Iſque avi ſiniſtra dictu Magiſter populi eſto.* Idemque Livius indicat lib.8. Quod *è Conſularibus tantum*, idem Livius lib.2. *Conſularem*, inquit, *legêre: ita lex jubebat de Dictatore creando lata.* Et prudenter profecto. quod unius hoc regimen creatum ab uno. Cum enim ſubito celerique remedio opus eſſet, quæ ratio fuiſſet, ſuffragia exſpectare & campum? immo cum ſæpe contra ipſam plebem, quomodo eligerentur à plebe?

...i libertas Romana non poſſit aſpicere tam ...ntem Magiſtratum.

Quamquam variatum interdum in hac re non nego, ſive per abſentiam Conſulum; ſive per licentiam eorum, qui Dictaturas invasêre.

Poteſtas autem hujus Magiſtratus ampla, vel potius eximia. De pace enim belloque agere, exercitus ſcribere, educere, dimittere, omniaque negotia gerere libere & pro arbitrio poterat; adeo ut nihil horum vel ad Senatum referret. Notant Dionyſius lib.5. & Polybius 3. Itaque non ſolum jus omne duorum Conſulum tranſlatum in unum. Cic.3. De leg. (qua de cauſa etiam διϋπατον, quaſi *duplicem Conſulem*, Græci eum dicunt.) Sed hoc amplius: creato eo, cæteri omnes Magiſtratus abdicabant; Tribunis tantum exceptis: relinquebaturque velut frenum Reipublicæ in manu unius. (Plutarch. Fabio. item Quæſt.81. Polyb.lib.3.) Quin bona illi civitatemque adimere jus; animadvertere in vitam & caput civium; idque ſine ulla provocatione. (Dionyſ. lib.8.) Ad quod ſingulare jus exprimendum, XXIV. faſces illi præferebantur, & totidem ſecures etiam in Vrbe: ut nihil mirer, terroribus tantis propoſitis, à Livio lib. VIII. ſcriptum, *Edictum Dictatoris pro numine ſemper obſervatum*. De *provocatione* tamen, non perpetuum fuiſſe, ſuadere videtur apud Feſtum OPTIMA LEX:

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quod apud Livium (eod.lib.) exſtat il-
ſtre exemplum provocationis: etſi ab-
ogatam eam expreſſè nuſquam legerim:
videam, Sullam Poſterioreſque Dicta-
ores ſummo eo jure uſos.

Sed hæc tamen tanta vis merito ter-
ninis quibuſdam circumſcripta, ne ex-
orbitaret. Primum enim, ſemeſtre dun-
axat illud imperium eſſe voluerunt; ne
n tyrannidem ſpatio aut conſuetudine
ret. Et quod quibuſdam prorogatum in
annum reperias; ob neceſſitatem Reipu-
blicæ factum ſcito, & præter morem: ut
in Camillo, L. Papirio, Fabio Maximo.
Nam Sulla, & poſtea Cæſar, qui Dictatu-
ram perpetuam invasêre, leges & inſti-
tuta Reipublicæ palam ſprevêre. Secun-
do, locis etiam incluſa; nec permiſſum
Dictatori, cum imperio extra Italiam ire:
ſcilicet, ne procul ab oculis civium & Se-
natus res facilius innovaret. Dio clare
notat (l.36.) idque ſemel duntaxat veteri
Republica violatum in Attilio Collatino,
qui primus Dictator exercitum extra Ita-
liam duxit; obſervat Livii Epitome XIX.
Tertio equum aſcendere eis vetitum, niſi
ad bellum ituro: ſive, (Plutarch. Fab.) ut
oſtenderetur vis præcipua Romana in
pedite: ſive potius, ad arrogantiam mi-
nuendam, & ut hac parte cum plebe æ-
quaretur. Atque his cautionibus & mo-
deſtia

deſtia gerentium factum, ut per annos cccc quietiſſime, & optimo publico Magiſtratus is gereretur: donec L. Sulla & C. Cæſar in tyrannidem eum verterunt; & nomen id exoſum fecêre Romanis: adeo, ut poſt necem Cæſaris lata lex ſit, qua Dictatura è Republica in æternum ſublata. Cicero in Philipp. Dio 44. & Appianus 3. Civilium.

Hæc de Dictatore: cui velut adjutor & adminiſter *Magiſter Equitum* fuit: quem ipſe Dictator ſibi libere eligebat; modo is tamen è Conſularibus, aut Prætoriis eſſet. Sane Dio, ut inſolens, notat, quod Cæſar Magiſtrum equitum Antonium elegiſſet, qui Prætor nondum fuiſſet. (Dio lib. 42.) Itaque is loco & munere fere Prætoris fuit, ut è Cicerone colligimus (3. de Leg.) habuitque eadem inſignia; Prætextam, videlicet, Curulem & VI. lictores. Dio lib. 42. & 43.

CAP. XVIII.

Cenſus. Quando inſtitutus. Itemque Cenſores, cur ita dicti: tempus ejus Magiſtratus: inſignia, dignitas, & munus.

CEnſum, rem ſaluberrimam populo Romano, primus inſtituit Servius Tullius, ſextus inter Reges: nec Magiſtratum

m aliquem huic rei proprium adhi-
uit; ſed exercuit ipſe. Itaque Regium id
unus habitum; iiſque pulſis, Conſula-
: donec, creſcente paulatim imperio,
onſules non fuêre tot ferendis oneri-
us pares. Itaque cum intermiſſa diu
enſio eſſet, (per XVII. annos, inquit
ionyſius) cauſa exorta deſiderandi ne-
i magiſtratus, & Senatu inprimis ad-
itente, creati *Cenſores*, Anno Vrb. CCCXI.
uibus id nomen ab ipſa re datum: ſive,
uod ad eorum cenſionem, id eſt, arbi-
rium, populus cenſeretur, ait Varro:
ib. 4. L.L.) ſive, quod quiſque tanti rem
uam æſtimaret, quanti illi cenſuiſſent,
it Feſtus. (in voce *Cenſores*.) Et ſane
b cenſendis æſtimandiſque facultati-
us primo dictos, veriſſimum eſt: quo-
iam potiſſima hæc creandi cauſa; &
aulatim adjuncta cura morum. Ita-
ue Græci etiam à taxatione verterunt
ιμητάς. Duo autem initio creati: toti-
em ſcilicet, quot Conſules, quorum vi-
em etiam hac parte ſuſtinebant. Et
reati in annos quinque: nimirum, quia
uſtris duntaxat ſingulis cenſeri popu-
um vetus inſtitutum fuit. Sed tamen
paulo poſt, cum dignitas & vis huic Ma-
giſtratui creviſſet, & nimis diuturnum
id imperium videretur, lege Æmilia cau-
tum (tulit eam Mamercus Æmilius Di-
ctator,

ctator,an.Vrb.cccxx.) ne plus quam annua & ſemeſtris Cenſura eſſet: quod poſterum obtinuit: & creati quidem ſingulis quinquenniis; at non in quinque annos.

Amplius hæc tria fere ſervata in creatione eorum reperio. I, Vt è Conſularibus eſſent; quod poſt bellum Punicum ſecundum ſemper obtinuit; ante, aliter interdum. II, Vt ne bis crearentur: quia oneroſa populo futura videbatur iterata eorum poteſtas. III, Vt ſine ſuffectione, id eſt, ut mortuo uno Cenſoribus, neminem alium ſubrogare mos eſſet; immo illum ipſum ſtatim abire magiſtratu, qui supereſſet. Livius clare notat (lib.5.& 9.) & Plutarchus (probl. 50.) apud quos & cauſa.

Dignitas hæc magna: nec vi quidem, sed honore tamen ſupra Conſules ipſos: quorum omnia etiam inſignia habebant præter lictores.

Munera eorum varia; ſed trahi ad duo capita poſſunt, æſtimationem facultatum & morum. Ex illa eſt, quod publicas privataſque omnium opes deſcriberent: populum juxta eas in centurias & claſſes diſtribuerent: ubertim nobis in Livio explicatum (publicis, puta, prælectionibus.) Item quod vectigalia locabant (Cic. 3.de Leg. Livius 39.& 43. Plutarch. in Cat.

Majore,)

ajore,) & iis per Provincias *leges* da-
nt, quæ *Cenſoriæ* appellatæ:(Cic.lib.1.
Attic.ep.1. & ICti.) opera publica eri-
bant,inſpiciebant,probabant,hæc ſar-
tecta exigebant:(Feſtus in v.PRODVIT.
v.42.& 45.Symmach.l.1.ep.6.)vias pu-
cas tuebantur , & reficiebant; quam
ram in Vrbe ſemper habuêre : extra
bem paulo ſerius ſumpsêre.(auctor Li-
us in Epitoma lib.41. in extremo.) pre-
a denique ſacrificiorum publicorum
rabant.Plutarcho notatum inCatone.
d morum vero æſtimationem ſpectat ,
uod Senatu ejicere, equum adimere,
ibu movere , ærarios facere potuerunt.
æ enim fere animadverſiones Cenſo-
um,& ignominiæ , quas inurebant. *Se-*
atu ejicere non aliud erat , quam initio
enſuræ,cum Senatum legerent,nomen
ius aut illius Senatoris in recitando
æterire : quo velut tacito indicio cen-
bantur loco moti , nec nomen eorum
ltra in albo Senatorum. (Feſtus in
RAETERITI.Liv.lib.34.) *Equi ademptio*
d alterum ordinem ſpectat ; nempe ad
quites:quos(Feſtus inCENSIO.Plutarch.
n Pomp.Agellius lib.4. Rævardus lib.2.
Variar. cap. 15.)in publica recenſione
oris erat ad Cenſorum ſellas venire,
quum manu ducentes : quos ſi proba-
ent,PRAETERIRE & traducere equum,
ſolemni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſolemni verbo jubebant; ſin aliter, (Va-
ler.lib.4. cap.1. Liv. lib.29. Ovid.2. Triſt.
eleg.1.) equum adimebant, vendi jube-
bant. Tertia & quarta nota proprie ad
plebeios pertinebat: quos aut tribu mo-
vebant, (id eſt, Livio interprete (l.45. mu-
tare jubebant tribum, & ex honeſta ru-
ſticaque in minus honeſtam ſive urba-
nam transferebant:) aut Ærarios relin-
quebant, id eſt, ſuffragii ferendi poteſtate
privabant; ad hoc tantum in numero
civium, ut æra tributi nomine pende-
rent. (Aſcon. Pedian. in Divin. Cic.) Id
appellabant in Cæritum tabulas referre.
Cauſam in Agellio vide. (lib. 16. cap. 13.
Strab.lib.5. Horat. lib.2.epiſt.6.) Adime-
bant ergo Cenſores quod cuique ordini
ſummum eſt: Senatui, curiam; Equiti,
publicũ equum; Plebeio, tribum aut ſuf-
fragium. Quod diſcrimen tamen ita ca-
piendum; ut ſciamus, interdum Senato-
rem aut Equitem gravius peccantem
pleriſque his notis ſimul affectum: ita in-
quam, ut non præteriti ſolum, aut equo
adempti ſint; ſed tribu etiam moti, &
Ærarii facti. Exempla in Valerio, lib.2.
c.3. & Livio. Apud quem turpis macula
eluenda, & *Ærarius* legendum, non *ope-
rarius*, diſtinctione etiam mutata. (lib. 4.
de Mamerco Æmil. & 44.) His animad-
verſionibus cauſæ ſemper ſubſcriptæ:
exci-

cipio præteritionem Senatorum; cui
tionem adſcribi, haud veteris inſtituti
ſſe, Livius oſtendit. (lib.39.) Admini-
ata hæc omnia in villa publica, in cam-
Martio: iiſque ordine expletis, luſtrum
Cenſoribus condi ſolitum, vota pro ſa-
e publica concipi, & ſacrificium Suo-
taurilium fieri. Manſitque integra hæc
nſuræ vis (firmum rei Romanę vincu-
n) ad P. Clodii Tribunatum: qui im-
nuit vetuitque, aut in legendo Sena-
quemquam præteriri, aut ex aliis or-
nibus ignominia adfici; niſi qui legiti-
e accuſatus, & damnatus. (Dio lib. 48.
c. in Piſon. & ibi Aſcon. Pedian.) Sed
m ipſam Clodii legem ſuſtulit paulo
ſt (An. Vrb. DCCII.) Metellus Scipio
nſul, veteri iterum & libera poteſta-
Cenſoribus permiſſa. Quæ tamen ſub
incipibus iterum minuta, immo mor-
a: niſi quod longo intervallo revixiſſe
Decio videtur: de quo apud Pollio-
m in Valeriano; ubi & officia Cenſu-
diſtinctè deſcriptæ: quæ utiliter le-
s. Conatus quoque eandem reſtituere
heodoſius, ſive Arcadius: ſed à Sena-
repudiata eſt, Symmacho adnitente &
adente, ut ipſe fatetur. lib. 4. Epiſt. 29.
45. lib. 7. Epiſt. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

CAP. XIX.

De Interrege.

VEtus hic Magiſtratus:creatuſque pro
prie comitiorum cauſa. Origo illi
morte Romuli. Et quia creatus per in
terregnum,mediuſque inter duos Rege
dictus *Interrex*: Græcis μεσοβασιλεύς
Ejus creatio è Patribus tantum. Tempu
quinquendiale. Munus idem quod Con
ſulum. Plura pete ab Onuphrio,lib.1.Fa
ſtorum.

FINIS.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

IANI GVLIELMI
Lubecenſis,
De

MAGISTRATIBVS
REIPVB. ROM.

Dum in libertate Vrbs fuit,
Libellus.

* * * * *

TRACTATVVM CONSPECTVS.

Brevis Collatio Græcæ & Romanæ Hiſtoriæ.
. *De Magiſtratibus Rom.*
. *De Senatoribus.*
. MAGISTRATVS PATRICII.
. *Dictator.*
I. *Magiſter Equitum.*
II. *Conſules.*
III. *Interrex.*
. *Cenſores.*
. *Prætor.*
I. *Ædiles Plebeii, & Curules.*
IV. *Tribuni plebis.*
V. *Triumviri capitales.*
VI. *Triumviri nocturni.*

CAP. XIX.

De Interrege.

VEtus hic Magiſtratus: creatuſque pro- prie comitiorum cauſa. Origo à morte Romuli. Et quia creatus per In- terregnum, mediuſque inter duos Reges, dictus *Interrex*: Græcis μεσοβασιλεύς, Ejus creatio è Patribus tantum. Tempus quinquendiale. Munus idem quod Con- ſulum. Plura pete ab Onuphrio, lib. a. ſtorum.

FINIS.

IAI

IANI GVLIELMI
Lubecenſis,
De
MAGISTRATIBVS
REIPVB. ROM.
Dum in libertate Vrbs fuit,
Libellus.

* * * * * *

TRACTATVVM CONSPECTVS.

Brevis Collatio Græcæ & Romanæ Hiſtoriæ.
. *De Magiſtratibus Rom.*
. *De Senatoribus.*
. MAGISTRATVS PATRICII.
. *Dictator.*
. *Magiſter Equitum.*
I. *Conſules.*
III. *Interrex.*
. *Cenſores.*
Prætor.
. *Ædiles Plebeii, & Curules.*
I. *Quæſtores.*
II. MAGISTRATVS PLEBEII ET MINORES.
V. *Tribuni plebis.*
. *Triumviri capitales.*
I. *Triumviri nocturni.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

XVII. *Triũviri Monetales, & Menſar*

XVIII. *Magiſtri vicorum.*

XIX. MAGISTRATVS EXTRAORDI-NARII, & *Decemviri Legib*
ſcribendis.

XX. *Tribuni militum, Conſulares.*

XXI. *Triumviri coloniis deducendis.*

XXII. *Præfectus Vrbis.*

XXIII. *Præfectus Annonæ.*

XXIV. MAGISTRATVS MILITARES
Imperator. Proconſul. Proprætor

XXV. *Duumviri Navales.*

XXVI. *Tribuni Militum.*

XXVII. *Centurio.*

XXVIII. MAGISTRATVVM MINISTR

XXIX. *Scribæ.*

XXX. *Lictores.*

XXXI. *Viatores.*

XXXII. *Accenſi.*

XXXIII. *Statores.*

IAN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

IANI GVLIELMI

De

MAGISTRATIBVS REIP. ROM. LIBERÆ.

I.

Collatio Græcæ & Romanæ Hiſtoriæ.

GRæcæne an Romanæ Hiſtoriæ principatus ſit deferendus, qui ſibi non liquere pronunciarunt, udenter inprimis feciſſe, & conſide-te videntur. Adeo multa ſunt, vel al-ri peculiaria, vel utrique communia; æ palmam aut alterutri vendicent, t ambiguam faciant. Antiquior Græ-, ſed fabularum involucris obſcurior: omana recentior, ſed rerum geſtarum ritate certior. illa rerum, quas narrat, ultitudine copioſior; hæc magnitudi- admirabilior. Vnde varietate altera, tera æqualitate magis commendatur. illa doctrinæ, ex hac virtutis exem-a illuſtriora petas; quod altera pluri-arum artium inventoris, altera maxi-arum gentium victoris populi res ge-as celebret. Scriptores illa eloquentio-s,& proinde dulciores; hæc graviores, eoque veraciores habet. Denique cum

in omni hiſtoria τὸ ἠθικὸν & πολιτικ
ineſſe debeat; illo Græci, hoc Roma
præſtitiſſe videntur: quod alteri moru
præcepta frequentiora habeant; alte
principum virorum ideas complures,
Reipublicæ bene conſtitutæ quaſi fo
mam quandam ob oculos ponant. Quo
cum reliquis in partibus, tum in Mag
ſtratibus maxime apparet: de quibus pe
multa ex veterum Hiſtoricorum mon
mentis viri eruditi collegêre. Atque
taceam de antiquis illis, M. Varron
Pomponio Attico, M. Meſſala, Gabio Ba
ſo, aliiſque, quorum ſcripta, præter pauc
admodum fragmenta, perierunt; verſa
tur hodie inter manus hominum, quo
ego quidem legi, Feneſtellæ, (*ut eſt An*
Dominicus Floccus,) Pomponii Læti, &
Raphaëlis Volaterrani de Magiſtratibu
Romanis commentarii. Quæ ſcripta do
ctiſſimorum hominum ego non neglex
ſed & ipſe ad meam utilitatem annotav
ſi quid ſe obtuliſſet ab iis vel omiſſum
vel parum perſpicue traditum; in iis præ
cipue Magiſtratibus qui Rempublica
Romanam, dum urbs in libertate fui
adminiſtraſſent: partim, quod horu
cognitionem magis neceſſariam arbitra
rer; partim, quod ſub Regibus paucos
ſub Imperatoribus varie pro libitu Prin
cipum auctos, imminutos, mutatos fuiſſ
ſcirem

rem. Dedi vero operam, ut ſingulo-
m deſcriptiones, notationes, munia,
mpus quoque, quo vel inſtituti, vel è
itate ſublati eſſent, accurate, & ipſis
ctorum veterum verbis, indicarem.
uod utrum ſim aſſecutus, Lectorum
o judicium. Scribebam Roſtochii, An-
ↄ ∞ DLXXVII.

II.

De Magiſtratibus Reip. Rom.

M*Agiſtratuum* nomen à *Magiſtro* de-
ducunt; vel, quod Dictatore, quem
agiſtrum populi nominabant, mino-
s; vel, quod per imperia privatis poten-
ores eſſent. quorum illud M. Varroni;
oc Pompeio Feſto placuiſſe video. Eos
.Tullius, *legem loquentem: legem, mu-
um magiſtrum*, definit. Idem in Ora-
onibus, *ſenatus auctoritate uti, & quaſi
iniſtros graviſſimi conſilii eſſe*, ſcribit:
rimo De Officiis libro, *gerere perſonam
vitatis*, ait, *debereque ejus dignitatem ac
cus ſuſtinere. ſervare leges, jura deſcri-
re, ac fidei ſuæ commiſſa meminiſſe*. Di-
iditur varie, in Patricios & Plebeios;
ajores & Minores; Vrbanos & Provin-
ales. Patricii initio ſolis Patribus pate-
ant; poſtea tribuniciis legibus etiam
um plebe communes facti fuêre, exce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

pro interregno. Plebeios Patricii nulli adire poterant; ſed aut è plebe homines, aut à patribus ad plebem adoptione tranſgreſſi. Majores erant, qui auſpiciis majoribus rogabantur, ut Conſules Cenſores, Prætores. Minores, qui minoribus, hoc eſt, ut Agellius explicat, minus ratis. illi centuriatis comitiis; hi tributis fiebant. Vrbanum Magiſtratum nomino, quicunque in Vrbe poteſtatem exercet: Provincialem, qui in provinciis. illum inire nemini licet, niſi qui decem ſtipendia annua fecerit; ut Polybius & Plutarchus tradiderunt: hunc Militarem quoque dicimus, ſi ob bellum gerendum capitur: & vel ſuo auſpicio militiæ præeſt, ut Duumvir navalis; vel rem militarem cum dignitate comitatur, ut Tribunus militum. Extat Vrbanorum Magiſtratuum alia diviſio apud Agellium, quam ille ex Varrone in ſuas Noctes tranſtulit, (lib.13.cap.12.) his verbis: *In Magiſtratu habent alii vocationem, alii prahenſionem, alii neutrum. Vocationem, ut Conſules, & cæteri, qui habent imperium. Prahenſionem, ut tribuni plebis, & alij, qui habent viatorem. Neque vocationem, neque prahenſionem; ut Quæſtores, & cæteri, qui neque viatorem habent, neque lictorem. Qui vocationem habent, ij prahendere, tenere, abducere poſſunt: & hac omnia,*

ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

e adſunt quos vocant, ſive acciri juſſe-
nt. Florus quoque ſeu quis alius ſin-
lorum librorum T. Livii argumenta
rſcripſit, *Sacros Magiſtratus Sacerdo-*
appellare videtur. Sed eos ego in ho-
ore fuiſſe, non inficiôr; in magiſtratu
iſſe, id vero pernego. nam & perpetui
re omnes fuerunt; & magiſtratus adie-
nt: (duos autem ſimul unus magi-
ratus, præſertim curules, neque cape-
e poteſt, neque gerere:) & *privati* com-
luribus auctorum locis nominantur.
nſignia magiſtratuum ab Etruſcis ple-
aque tranſlata eſſe Salluſtius & alii pro-
idêre. Ea fere comprehendit hoc car-
mine Ovidius:

Iamque novi præeunt faſces, nova pur-
pura fulget,
Et nova conſpicuum pondera ſentit
ebur.

Faſces Dictator habebat XXIV, Conſul
& Proconſul XII, Magiſter Equitum,
Prætor, Proprætor VI. Quare autem il-
ligatæ virgis ſecures fuerint, Plutarchus
ἐν καταγραφαῖς indicat: *Quid eſt, quod*
Imperatorum virgis ſecures alligatæ præ-
ferantur? an ſignum eſt, Magiſtratum
præcipitem ad iram & diſſolutum eſſe non
debere? an virgarum diſſolutio, mora &
tarditate iram frangit, & impetum mo-
deratur? Verum, cum ſcelerum alia me-

 dicabilia,

dicabilia, alia incurabilia ſint; illa, quæ mutari poſſunt, virgæ emendant; hæc quæ corrigi non poſſunt, ſecures abſcindunt. Minores magiſtratus faſces non habebant: neque ſella curuli eorum quiſquam præter Ædiles curules, ſedebat. Erat autem Curulis, ſella eburnea; ut hîc ex Naſone videre eſt, & Horatio:

——eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur.——

Impoſita erat *currui*, unde *curulis* dicta: ſupra quam conſidentes Magiſtratus & jus dicebant, & in curiam vehebantur. Quo honore Senatores etiam curuli magiſtratu functos priſcis temporibus uſos ex G. Baſſi Commentariis Agellius (lib. 3. cap. 18.) retulit. Ii autem imagines ſui quoque ponere, & poſteris tradere ſoli poterant. *Prætextæ* Cicero meminit ad Atticum VI, 1: *Literas daturus pridie Kal. Ian. ſuavem habui recordationem clariſſimi jurisjurandi, quod ego non eram oblitus. magnus enim prætextatus illo die fui.* Idem Tibullus. lib. 4.

Nam modo fulgentem Tyrio ſub tegmine veſtem
Indueras, oriente die duce fertilis anni.

Illam Livius *Togam purpura prætextam:* Macrobius *Magiſtratuum geſtamen* nominat: quod ea omnes magiſtratus, exceptis Tribunis plebis utebantur. Geſtarunt

nt tamen eandem, & pueri ingenui, & cerdotes publici. Magiſtratus Provinales inſtruebantur argenteis vaſis, & nulis aureis publice præbitis: item mu-, tabernaculis, & omni inſtrumento ilitari ornabantur. ad quas res deinde vus Auguſtus certam illis pecuniam nſtituit. Magiſtratum ineuntes in les jurabant. neque ullus plus quinque ebus, niſi id feciſſet, poteſtatem retine- poterat. Abeuntes quoque Magiſtra-, concionem habebant, atque recte à ſe empublicam adminiſtratam jurabant. eges Annales, Sempronias, Antias, Hotias, Iulias, & quæ aliæ de Magiſtratius latæ ſunt, ne longior hîc ſim, omitam: & de Senatoribus primum; tum de Magiſtratibus Patriciis, Plebeiis, Extraorinariis, Militaribus; poſtremo de Magitratuum miniſtris; ordine dicam.

III.

De Senatoribus.

QVemadmodum Magiſtratuum deſcriptione omnis Reſpublica contînetur: ita unum liberæ civitatis conſilium eſt Senatus. Eum Romæ, idem qui urbem condidit, Romulus inſtituit, creatis centum viris; quos ab ætate, Senatores: à curæ ſimilitudine, Patres nominavit.

vit. ad hos Tatius in urbem acceptus ex Sabinis centum; itemque centum alios Tarquinius Priſcus adjecit; & ſic trecenti facti. quem numerum, continuis cædibus à Rege poſtremo diminutum, iterum explevit L. Iunius Brutus Cos. ut Livius, ut vero Feſtus prodidit, P. Valerius Bruti collega, adſcriptis ex Equeſtri ordine Senatoribus; quos ideo Conſcriptos appellarunt. traditumque inde fertur, ut in ſenatum vocarentur, qui Patres, quique Conſcripti eſſent. Poſtea Cenſorum peculiare munus erat, Senatum ſingulis luſtris legere. Bello tamen Punico ſecundo M. Fabius Buteo Dictatator ex SC. ordinem ſenatorium ſupplevit. Livius lib. XXIII: *Recitato vetere ſenatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, necdum in ſenatum lecti eſſent, ut quiſque eorum primus creatus erat: tum legit, qui Ædiles, Tribuni pl. Quæſtoreſve fuerant: tum ex iis qui Magiſtratus non cepiſſent, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent, aut civicam coronam accepiſſent. Ita* CLXXVII *cum ingenti approbatione omnium in ſenatum lectis, extemplo ſe magiſtratu abdicavit.* Quæ verba huc eo libentius appoſui, quod perſpicue doceant quos in ſenatum adlegi moris fuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

. Præterea ſenatum L.Cornelius Sul-
& poſteum C.Cæſar, ſupplevere. Di-
s Auguſtus affluentem numerum Se-
torum ad modum priſtinum redegit:
que Triumviros ſenatui legendo, Ma-
ſtratum novum, inſtituit. Fuerunt
itio ſoli centum: poſt exactos Re-
s trecenti. M. Tullius in Epiſtolis,
cccxv uno tempore adfuiſſe in ſe-
atu, indicare videtur. Idem tamen ad
.Fratrem: *Fuimus*, inquit, *ſane fre-*
entes, ut ſub dies feſtos, ad ducentos.
empore D. Auguſti ſupra mille fuiſſe,
uetonius auctor eſt: ex iiſque indigniſ-
mos quoſdam, quos abortivos vulgo
ominaverint. Principem ſenatus ſingu-
s luſtris Cenſor is, cui lectio ſorte obve-
erat, legebat, vel eum, qui auctoritatem
c gloriam maximis rebus geſtis eſſet
onſecutus, ut Plutarchus; vel qui primus
Cenſor ex iis qui viverent fuiſſet, ut Li-
vius indicavit. Sequebantur tamen fere
priorum judicium poſteriores, neque, ni-
ſi eo qui ſuperioribus luſtris Princeps Se-
natus fuerat, aut extincto, aut ſenatu mo-
to, alium ſublegebant. Eum aliquando
primo loco ſententiam rogabat Conſul.
Sed de ordine rogandarum ſententia-
rum, loco item, & tempore ſenatus ha-
bendi, complura ab Agellio lib. IV. cap. X.
& XIV, lib. VII, cap. III, & XIIX.

anno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

annotata, in ſua collectanea tranſtul[it]
Feneſtella. [*is eſt And. Dominicus Floccus*]
Prętereа illud obſervandum, quod ex eo[dem]
dem Agellio Carolus Sigonius annota[vit]
vit, ante de divinis rebus quam de huma[nis]
nis relatum fuiſſe, quoties ſenatus habe[re-]
retur. Itaque Cicero ait Ad Quirites poſt
reditum: *P. Lentulus Conſul ſimul atque de ſolenni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me agendum judicavit.* Extat locus Plutarchi in Problematibus de Senatoribus, his verbis: διότι τῶν συγκλητικῶν τοὺς μὲν πατέρας συγγεγραμμένους, τοὺς δὲ ἁπλῶς πατέρας προσηγόρευον· ἢ τοὺς μὲν ἀπ᾽ ἀρχῆς καταν εμηθέντας ἀπὸ τοῦ Ῥωμύλου, πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους, οἷον εὐπατρίδας ὄντας, πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι, τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμασαν. Vnde intelligitur, id quod ſupra attigimus, alios Patres, alios Conſcriptos fuiſſe. Patres, à Romulo cæteriſque Regibus creati; eorumque proles *Patricii*, quod *patrem ciere* poſſent, quemadmodum à Livio bis, & hîc à Plutarcho definiuntur. Conſcripti, ex plebe in ſenatum lecti. quorum & Feſtus lib. xv meminit, ſed mendoſe: legendum

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

item ex Sigonii ſententia: *Qui Patres,*
iique Conſcripti vocati ſunt in curiam,
eo tempore Regibus expulſis P. Valerius
nſul, propter inopiam Patriciorum, ex
ebe adlegit in numerum ſenatorum cen-
m ſexaginta & quatuor, ut expleret nu-
erum trecentorum. ſic duo genera appel-
vêre. Erant & hi Patricii, ſi in patricias
milias, Senatuſconſulto, aut Plebiſcito
lecti eſſent, ſed Minorum gentium.
am Majorum gentium ii duntaxat vi-
ntur fuiſſe, qui genere Patricii, hoc
t, à Romuli & Tatii ſenatu propagati
ſent. Quod ut evidentius appareat,
Pithœi IC. verba ex adverſariis ſubſe-
vis (lib.2.cap.7.) integra apponam: Li-
us lib.1, *Priſcus non minus regni ſui,*
am augendæ Reipublicæ memor, cen-
m in Patres legit, qui deinde Minorum
ntium ſunt appellati. Factio haud du-
a regis, cujus beneficio in curiam vene-
nt. Ait, *deinde*, id eſt, ut ego quidem
terpretor, à L.Bruto. Tacitus lib. XI,
ſdem diebus in numerum Patriciorum
lſcivit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è
natu, aut quibus clari parentes fuerant:
ucis jam reliquis familiarum, quas Ro-
ulus Majorum, & L. Brutus Minorum
entium appellaverant: exhauſtis etiam
uas Dictator Cæſar lege Caſſia, & Prin-
eps Auguſtus lege Senia ſublegêre. Ma-
jorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

jorum gentium ſunt genere & ſanguine Patricii, i. Patrum à Romulo lectorum progenies: Minorũ vero cooptatione in Patres poſtea Patricii facti. Inde, & tranſlatione quadam, eleganter quidam *Dij majorum gentium* à M. Tullio dicuntur. *Minorum* vero *gentium* appellatio corrupta eſt apud Suetonium in Auguſto: (*cap.* 2.) cujus locum, uti in veteri & optimo exemplari conceptus eſt, ita referam. *Ea gens* (inquit, de Octavia loquens) *à Tarquinio Priſco rege, inter minores gentes allecta in Senatum, mox à Servio Tullio in Patricias traducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit.* vulgo tamen ſcriptum eſt, *inter Romanas gentes*: quod erroris anſam quibuſdam præbuit. At *minores gentes*, reponentem quis non ferat? quod & Philippum Beroaldum annotaſſe poſtea monitus ſum. Ex his autem intelligi poteſt, eos qui à Priſco in ſenatum allecti Patreſque facti ſunt, non omnes primum ex Patriciis gentibus fuiſſe, ſed ex iis quorundam gentes à Ser. Tullio aliiſque deinceps Regibus in patricias traductas, ut Octaviam: alias à Bruto juſſu populi, ut Livius lib. IIII ſignificat, qui & eis fortaſſe, cum ſenatum ſupplevit, Minorum gentium nomen dedit. Hactenus Pithœus. Erant præter hos Senatores quoque Pedarii, quos Varro

exiſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

xiſtimavit eſſe eos,qui in ſenatum non-
um allecti , ſententiæ tamen jus habe-
ant.Feſtus lib.XIV,ſic dictos ſcribit,*quod*
aciti tranſeundo ad eum , cujus ſenten-
iam probant quid ſentiant indicant.hinc
gipedes à Lucilio nominantur : *Agipes*
ocem mittere cœpit.Talis M.Livius vide-
ur fuiſſe, de quo Livius lib.XXVII: *Tum*
quoque aut verbo aſſentiebatur , aut pedi-
us in ſententiam ibat.ille erat judicio po-
uli ex conſulatu condemnatus.Ii autem
quos populus damnaſſet, quibuſque im-
erium abrogaſſet,in ſenatu non erant,
ege Caſſia , quam tamen poſterioribus
emporibus latam fuiſſe, non ignoro.
ententiæ illorum *pedariæ* dicuntur.La-
erius Mimographus:

Caput ſine lingua,pedaria ſententia eſt.

Omnino ſententiæ, aut verbo, aut pedi-
us, aut manu ferebantur. quod ex Vo-
iſco in Aureliani Imperatoris vita doce-
nur : *Deinde aliis manus porrigentibus ;*
aliis pedibus in ſententias euntibus ; pleriſ-
que verbo conſentientibus , conditum eſt
ſenatus-conſultum.Mos aſſentiendi ma-
ibus , ab Athenienſibus videtur tranſ-
atus,apud quos populus manum exten-
endo ſuffragia inibat. Vnde χειροτο-
νεῖν καὶ χειροτονία,pro *ſciſcere*, & *plebi-*
ſcito; & Xenophon de dimiſſa concione,

Ὅτε γὰρ, inquit, ὀψὲ ἦν, καὶ τὰς χεῖρας οὐκ αὖ καθεώρων.

Senatorium ordinem ab Equeſtri diſtinguebat latus clavus, & jus ſpectandi in orcheſtra, atque epulandi publice; item lunatus calceus. quo tamen & alii nobiles videntur uſi. *Latus clavus* veſtis genus erat, aureis clavis diſtinctum, & à Tullo Hoſtilio rege Romano primum introductum, ut Plinius auctor eſt: à quo *Senatores laticlavij* Suetonio dicuntur. In *orcheſtra ut ſpectarent*, primo inſtitutum eſt anno V.C.DLX, cum Sex. Ælius Pętus & C. Cornelius Cethegus Cenſores Ædilibus Curulibus imperaſſent, ut loca ſenatoria ſecernerent à populo. De *calceis lunatis* locus Ciceronis intelligendus eſt, Philippica XIII. *Eſt etiam Aſinius quidam ſenator voluntarius, lectus ipſe à ſe: apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem. mutavit calceos, pater conſcriptus repente factus eſt.*

IIII.

MAGISTRATVS PATRICII.

IN Magiſtratibus primo loco poſuimus Patricios. ex iis præcipui ſunt *honorum gradus* (quos vocant) annui: Quæſtura, Ædilitas major, Prætura, Conſulatus. His Dictatorem, Cenſorem, Interregem adje-

djecimus: tum quia patricii eſſent; tum
cuti locum Livii, qui eſt lib. XLI: *Ad*
gem & edictum Conſulum S.C. adiectum
t, ut Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor,
rætor, qui nunc eſſet apud forum, da-
nt operam, &c. Dictatori Magiſtrum
quitum, Ædili curuli plebeium ſubjeci-
nus. illud haud malè; quod Rempubli-
am ſimul adminiſtrent, & veluti in eo-
em collegio ſint: hoc fortaſſe non re-
e; quod Magiſtratus plebeius inter Pa-
icios referri non debuerit: Sed, quod
nulta inter eos officia communia eſ-
nt, & ego, quæ de Ædilibus plebis ſe-
aratim dicerem, pauca haberem, face-
e aliter vix potui.

V.

Dictator.

Dictator, vel quod diceretur, neque,
uti cæteri Magiſtratus, populi ſuf-
agio crearetur, à dicendo; vel quod
us dicto omnes audientes eſſent, à di-
andis quaſi mandatis, hoc nomen ac-
pit. Eum Lex antiqua *Prætorem ma-*
imum; M. Tullius & Terentius Varro
Magiſtrum populi; T. Livius modo *Re-*
torem Reipublicæ, modo *moderatorem*
que magiſtrum Conſulum nominat. Di-
atura eidem jam *regimen rerum*, jam

maximum imperium in civitate , jam
ultimum in trepidis rebus conſilium dici
tur. Erat hic Magiſtratus omnium ſum
mus , nec ab eo provocare licebat ad po
pulum : ſed jus animadvertendi in capu
civis Romani ſummum habebat. Poſte
rioribus tamen temporibus provocatio
nem à Dictatore fuiſſe, Livius indicare
videtur lib.VIII. *Quandoquidem* (inqui
M.Fabius ad L.Papirium Dictatorem
apud te nec auctoritas ſenatus , nec æta
mea, cui orbitatem paras , nec virtus no-
bilitaſque Magiſtri Equitum à te ipſo no-
minati valet ; nec preces, quæ ſæpe hoſtem
mitigavere , quæ Deorum iras placant.
Tribunos plebis appello, & provoco ad popu-
lum : eumque tibi fugienti exercitus tui,
fugienti ſenatus iudicium, iudicem fero ,
qui certe unus plus quam tua dictatura
poteſt pollet que. videro ceſſuruſne provoca-
tioni ſis , cui rex Romanus Tullius Hoſti-
lius ceſſit. Idem Feſtus docet lib.XIII.
OPTIMA LEX, *cum nominabatur in*
Magiſtro populi faciendo , qui vulgo Di-
ctator appellatur , quam pleniſſimum poſ-
ſet ius eſſe ſignificabatur. Ut fuit M.Va-
lerii M.F.Voluſi nepotis , qui primus Ma-
giſter populi creatus eſt. Poſtquam vero
provocatio ab eo magiſtratu ad popu-
lum data eſt , deſitum eſt dici , ut OP-
TIMA LEGE, *utpote minuto iure*

poſte-

ſteriorum (vulgo, *priorum*) *magiſtro-*
rum.
Inſignia quoque, quæ Regum antea
erant, omnia uſurpabat. Faſces cum
curibus XXIV Dictatori antelatos,
utarchus & Polybius aperte teſtantur.
quibus diſſentiens Livius, primum L.
llá Dictatorem, quod nemo unquam
tea fecerat, cũ XXIV faſcibus proceſſiſſe
ribit. Dicebatur vel à Conſule, vel à
ribuno militum conſulari poteſtate;
que non niſi nocte intempeſta, & in
lo Romano: quod Italia terminari,
ex Livii aliquot locis facile colligitur,
Raphael Volaterranus jam olim an-
otavit. Ab Interrege ſolus L. Cornelius
lla; quemadmodum à Prætore C.
æſar dictus eſt. quod utrumque con-
a jus factum eſſe, Cicero in epiſtolis in-
care videtur. L. Fabium Maximum,
em à populo Dictatorem novo exem-
o factum Cælius & Plutarchus ſcri-
nt, pro Dictatore tantum fuiſſe, Livius
culentior auctor oſtendit. Legebatur
tem vel rei gerundæ, vel comitio-
m conſularium, vel quæſtionum ex-
cendarum, vel clavi, ob peſtilentiam
t alienatas hominum mentes, figen-
causa. Signo quadrigis mittendis dan-
o, & ſenatui ſupplendo, Dictatorem di-
um, ſemel omnino in Hiſtoria Romana

legimus. Conſularem legere Lex de Dictatore creando lata jubebat. Eo lecto, reliqui Magiſtratus omnes ſuam poteſtatem amittebant: præter Tribunos plebis. Nam ut Plutarchus ait, *μόνη ἡ δημαρχία δικτάτορος αἱρεθέντος, τὸ κράτος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μένει, τῶν ἄλλων καταλυθεισῶν.* Si rei gerendæ cauſa creatus eſſet, imperium in ſex menſes obtinebat. Equo apud exercitum non utebatur, more majorum, *εἴτε τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν· εἴθ᾽ ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τ᾽ ἄλλα καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστὶν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτορα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον.* Quod quia magnis in expeditionibus ſervari vix poterat, antequam ab urbe exiret, ferebat ad populum, ut equum aſcendere liceret. quod Livius l. XXIII. ſignificat. Primus Dictator Romæ creatus eſt, ut Feſtus exiſtimat, M' Valerius; ut Livius, T. Lartius. quo anno & quibus Conſulibus, parum conſtat.

Sublatum autem ejus Magiſtratus nomen funditus è Republica eſt lege An-

tonia, quam tulit M. Antonius, ſe & P. Cornelio Dolabella Conſulibus, an. V. C. DCCX, ob recentem memoriam perpetuæ dictaturæ C. Cæſaris. cui poſt Hiſpanienſem triumphum maximi honores à Senatu decreti ſunt; inter quos, ut *Pater patriæ* appellaretur, & *ſacroſanctus*, ac Dictator in perpetuum eſſet. Ex quo manifeſtus error deprehenditur nonnullorum, Græcorum præſertim, qui Divum Auguſtum Dictatorem perpetuum fuiſſe tradiderunt. cum & Suetonius Dictaturam, offerente populo, pertinaciſſime recuſaſſe; & Tacitus non regno neque dictatura, ſed Principis nomine contentum conſtituiſſe Rempublicam ſcribant.

VI.

Magiſter Equitum.

MAgiſter Equitum dicebatur à Dictatore: quemadmodum Dictator à Conſule. Is ſummam poteſtatem habebat in milites & accenſos. Si Dictator Reip. cauſa abeſſet, ejus locum tenebat in exercitu. Vnde Silius Punicorum lib. VII:

Alloquitur juvenem, cui mos tranſmittere ſigna,
Et belli ſummam, primaſque iubebat habenas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Sin adeſſet; equeſtribus copiis, quemad-
modum ille pedeſtribus, præerat. Dicto
audiens Dictatori, non minus quam re-
liqui Magiſtratus, erat: neque aut injuſſu
aut contra edictum ejus, cum hoſte con-
fligere audebat. Nam auctore Plutar-
cho, τὸν ἵππαρχον εἶρξαι τῷ δικτάτωρ
καὶ θανατῶσαι πρὸ δίκης ἔξεστι. Impe-
rium Magiſtri Equitum minus quam
Conſulare eſſe, Livius alicubi innuere vi-
detur. nos Dictatori ſubjecimus: & quod
Conſularis poteſtatis eum eſſe idem alib
ſcribat; & quod hi Magiſtratus perpetuo
conjungerentur, neque fere unquam al-
ter abſque altero in Republica Romana
fuerit. Vnde & Iuvenalis recte utrumque
conjungit: (*Sat.* 8.)

Quis fructus generis, tabula jactare ca-
paci
Corvinũ? poſthac virga deducere multa
Fumoſos Equitum cum Dictatore Ma-
giſtros.

Quorum verſuum ſecundum, quemad-
modũ poſui, ita ex veteri libro interſerit
vir doctiſſimus Iuſtus Lipſius, & velut ex-
plicans addit: *Multã virgam* vocat mul-
tos lictores: nam Dictator XXIV faſcibus u-
tebatur; Magiſter equitũ VI. quorum illud
nos quoque ex Polybio & Plutarcho pau-
lo ante docuimus: hoc, ne quid diſſimu-
lemus,

emus, in antiquis auctoribus nondum
legimus. Bello tamen Punico ſecundo,
M. Fabius Buteo, ſenatui legendo Dicta-
tor abſque Magiſtro Equitum dictus eſt.
Sed ille, cum neque duos Dictatores eo-
dem tempore, neque Dictatorem ſine
Magiſtro equitum probare ſe dixiſſet,
perfecto ad quos creatus erat munere,
eodem die ſe magiſtratu abdicavit.

VII.

Conſules.

CONſulatus M. Tullio *regium impe-
rium* & *honorum populi finis* appella-
tur: quod & in omnia jura Regum ſuc-
ceſſiſſet, & ex annuis Magiſtratibus ſum-
mus eſſet. Eum qui gerebant, à *præeundo*,
judicando, *conſulendo*; *Prætores*, *Iudices*,
Conſules dicebantur. quæ poſterior appel-
latio reliquis in alia tranſeuntibus va-
luit, ab eo quod civibus ſuis, vel *conſule-
rent*; quaſi πρόβουλοι: Vnde *Conſularis
lex* apud M. Tullium: OLLIS. SA-
LVS. POPVLI. SVPREMA.
LEX. ESTO. vel jus dicere anti-
quitus conſueviſſent, à *judicando*.
Nam & hoc *conſulendi* verbo ſignifica-
tum fuiſſe, indeque adhuc remanere il-
lud: *Rogat boni conſulas*, id eſt, bonum ju-
dices, Quintilianus admonet. Nonius ſic

dictos exiſtimat,quod *conſulant Senatu.* Vbi quidam vir doctus ex ingenio emendat, *ſenatum*. Verum ad prius illud, niſi fallor,reſpiciens in Bruto Cicero, *Conſulem*, ait, *ſenatorii ordinis quaſi parentem bonum, aut tutorem fidelem eſſe debere.* Eoſdem Saluſtius *binos Imperatores*, Livius *principes civitatis*, & *regiam poteſtatem* nominat.erantque iidem Romanis, qui Pœnis *Suffetes*, Campanis *Medixtutichi*,Æduis *Vergobreti* ſui. Creabantur, ut reliqui Magiſtratus Patricii, comitiis centuriatis,& initio quidem Patricii ſoli; deinde ex plebe alter;demum Plebeii promiſcue & Patricii.

Deſignati Conſules gratias agebant, dum in libertate Vrbs erat, populo Romano, poſtea Imperatoribus. Quo die magiſtratum inibant, ſinguli Iovi ſingulos boves injuges immolabant.Principio omnia, quæ Prætorum poſtea fuerunt, officia exercebant : deinde iis omiſſis, ſummæ imperii præerant, omniumque publicorum negotiorum curam gerebant. Senatum per præcones coactum de Republica conſulebant, quemque ordinem interrogandi ſententias ſemel inſtituerant,toto anno ſervabant.In caput civis Romani injuſſu populi animadvertendi, poteſtatem, lege Sempronia, non habebant. Exterarum gentium legatos

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

n ſenatum inducebant, unde apud Taci-
tum Nero: *Conſulum tribunalibus Italia & publicæ provinciæ aſſiſterent. Illi patrum aditum præberent.* In urbe duodecim faſces abſque ſecuribus, alternis menſibus habebant: ſic ut à ſeniori, licet minus honorato, ordo inciperet. Qui faſces non habebat, ante eum accenſus ibat, lictores pone ſequebantur. Quem morem obſoletum à C. Cæſare relatum Suetonius ſcribit. Extra urbem faſces cum ſecuribus præ ſe ferebant. Militiæ ſummum imperium, & abſque provocatione habebant. Nam provocatio non longius erat ab urbe mille paſſuum, ut Livius locuples auctor eſt. *Annus conſularis*, quo hunc magiſtratum capere licebat, lege Annali, erat quadrageſimus tertius. Vnde Cicero in Philippicis: (*Philip.5.*) *Quid Alexander Macedo cum ab ineunte ætate res maximas gerere cæpiſſet, nonne triceſimo tertio anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis.* Eundem magiſtratum intra decennium iterum capere jus non erat. Quam legem perantiquam, ſed ambitione neglectam, L. Cornelius Sulla Dictator iterum pertulit. nam primum ejus latorem non hunc, (ut quidam viri docti falſo arbitrantur) ſed multo vetuſtiorem fuiſſe ex Livio videre eſt: qui de
Q. Fa-

Q. Fabio Maximo Cunctatoris avo, quem populus recuſantem conſulem facere conabatur, loquens: *Acuebat*, inquit, *hac moderatione tam juſta ſtudia: qua verecundia legum reſtinguenda ratus, legem recitari juſsit, qua intra decem annos eundem Conſulem refici non liceret. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt, Tribunique plebis nihil id impedimento futurum aiebant, ſe ad populum laturos uti legibus ſolveretur.* Videtur autem lata, C. Martio Rutilo, Q. Servilio Coss. anno V.C. CDXII, ut idem ſcribit libro ſeptimo extremo. Quo anno quoque latum ad populum eſt, uti liceret Conſules ambos plebeios creari. Quod jus tamen poſt plurimos annos demum cœptum eſt uſurpari bello Punico ſecundo. Primi *Conſules* Regibus exactis creati, L. Iunius Brutus, L. Tarquinius Collatinus, ex commentariis Servii Tullii Regis Romani, qui primus de civium ſuorum libertate cogitaſſe fertur. Pro iis Rempublicam complures annos *Tribuni militum conſulari poteſtate*; biennium *Decemviri ſcribendarum legum* adminiſtrarunt. Verum cito horum magiſtratuum pertæſum eſt, atque ad Conſules reditum: in eoq; magiſtratu etiam ſub Imperatoribus uſque ad occaſum Imperii & captam à Gothis Romam perſeveratum. Itaque & anni Conſulum nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

omine ſignabantur , unde Lucanus:

At vos qui Latios ſignatis nomine faſtos.

VIII

Interrex.

INterregnum Feſtus eſſe dicit ſpatium temporis, quouſque in regis demortui ocum alius ordinatur. quo intervallo qui ſummæ rerum præerat, *Interrex* dicebatur. Is magiſtratus ſtatim à morte Romuli eſt inſtitutus. Nam cum in metu omnes eſſent, ne civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur; rem nter ſe centum Patres conſociant , decem decuriis factis , ſinguliſque in ſingulas decurias creatis , qui ſummæ rerum præeſſent. decem imperitabant; unus cum inſignibus Imperii & lictoribus erat : quinque dierum ſpatio finiebatur imperium , ac per omnes in ordinem ibat. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. Hæc fere Livius. à quo non longe diſcedit Plutarchus; niſi quod vix unius diei imperium uni Interregi tribuere videtur. Scribit autem ille his verbis: έταξαν οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντων αὐτῶν ἐν μέρει ἕκαστον τοῖς βα-

σιλι-

σιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον, θύειν τε τοῖς θεοῖς τὰ νενομισμένα καὶ χρηματίζειν, ἐξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἐξ δὲ τῆς ἡμέρας κυρίαν. καὶ γὰρ διανομὴ τῶν καιρῶν ἑκατέρου, πρὸς ἰσότητα καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἡ μεταβολὴ τῆς ἐξουσίας ἀφαιρεῖν τὸν φθόνον, ὁρῶντα τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γινόμενον. τὸ δὲ σχῆμα τοῦτο τῆς ἀρχῆς μεσοβασιλείαν ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Poſtea exactis etiam Regibus, quoties comitia à Conſulibus, aut morbo, aut bello, aut ſeditione impeditis, haberi non poterant, ſi Dictatorem dici non placuiſſet, Interrex prodebatur, qui cum quinque dies magiſtratum obtinuiſſet, (nam hoc Interregni tempus fuiſſe, ſatis conſtat) alteri imperium tradebat. ille, niſi quid impediret, Senatuſconſulto de comitiis Conſularibus facto, Conſules creabat. Ab eo qui primus interrex proditus erat, comitia haberi non ſolebant, ſi Pedianus verus auctor eſt. Solus hic Patricius magiſtratus cum plebe communis factus non eſt. neque enim populi ſuffragio creabatur, ſed à Patriciis coëuntibus auſpicato prodebatur. Vnde Ap. Claudius apud Livium: *Plebeius quidem Magiſtratus* (inquit)

uit) *nullus auſpicato creatur. nobis adeo* *ropria ſunt auſpicia, ut non ſolum quos* *pulus creat Patricios magiſtratus, non* *liter quam auſpicato creet, ſed nos quoque* *ſi ſine ſuffragio populi auſpicato Interre-* *m prodamus, & privatim auſpicia ha-* *amus, quæ iſti ne in magiſtratibus qui-* *m habent.* Creabatur autem, ut idem edianus docet, ad III Calend. Februar. Ejus officium erat, omnia ea obire, quæ el Regum vel Conſulum fuiſſent. Ita-ue jus dicebat, ſenatum vocabat, rem-ublicam quoque turbulentis tempori-us ſub extremi atque ultimi Senatuſ-onſulti formula ſæpe accipiebat, ſurro-andiſq; magiſtratibus comitia habebat.

IX.

Cenſores.

CEnſores M. Tullius *magiſtros morum;* *cenſuram, pudoris & modeſtiæ vete-* *m magiſtram* definit. quam eandem, iceronem ſecuti, Valerius Maximus *pa-* *s magiſtram atque cuſtodem*, Suetonius *orum legumque regimen* nominant. vius à parva origine ortam eſſe ſcribit, einde tanto incremento auctam ut mo-um diſciplinæque Romanæ penes eam gimen, ſenatus equitumque centuriæ, coris dedecoriſque diſcrimen ſub di-

ſione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tione ejus magiſtratus, publicorum jus privatorumque locorum, vectigalia populi Romani ſub nutu atque arbitrio eſſent. Inſtituta eſt anno Vrb. Cond. CCXI. cum Conſulibus operæ non eſſet populum cenſere, ideoque duobus viris L. Sempronio Atratino, L. Papirio Mugilano hujus rei procurationem demandaſſent. jus ſuum à Mamerco Æmilio Dictatore imminutum (is lege lata ex quinquennali annuam ac ſemeſtrem eam fecerat) brevi recepit. Ideoque adminiſtrationem Cenſorum per luſtrum, hoc eſt, quinquennium, tendere Pedianus ait. Cenſum populi Romani agebant, & publicæ recenſionis tabulas in æde Nympharum cuſtodiebant. Itaque quod unuſquiſque civium tanti rem ſuam æſtimare ſit ſolitus, quantam illi eam ſua cenſione, id eſt, arbitrio cenſuiſſent, Cenſores dictos Varro & Feſtus volunt. In ſenatum quos allegerint, quemque Senatus principem creaverint, alibi tradimus. Indignos Senatores & vitiis deditos è ſenatu movebant: motis notas antiquitus aſcribebant. Vnde *Cenſoria notatio*, pro animadverſione, uſitata Scriptoribus loquendi formula. De equitum recenſione extat inſignis locus apud Plutarchum, quem huc aſcribere quam ipſe rem obſcure narrare malui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ἔθος ἐστὶ ῥωμαίων τοῖς ἱππεύουσιν ὅταν στρατεύσωνται, τὸν νόμιμον χρόνον ἄγειν εἰς ἀγορὰν τὸν ἵππον, ἐπὶ τοὺς δύο ἄνδρας οὓς τιμητὰς καλοῦσι. καταριθμησαμένους τῶν στρατηγῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἕκαστον ὑφ' οἷς ἐστρατεύσαντο, καὶ διδόντας εὐθύνας τῆς στρατείας ἀφίεσθαι. νέμεται δὲ καὶ τιμὴ καὶ ἀτιμία προσήκουσα τοῖς βίοις ἑκάστων. τότε δὲ προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ, Γέλλιος καὶ Λέντλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ Πομπήϊος ἄνωθεν εἰς ἀγορὰν κατερχόμενος, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. ὡς δ' ἐγγὺς ἦν καὶ καταφανὴς ἐγεγόνει, κελεύσας διασχεῖν τοὺς ῥαβδοφόρους τῷ βήματι προσήγαγε τὸν ἵππον. ἦν δὲ τῷ δήμῳ θαῦμα καὶ σιωπὴ πᾶσα, τοὺς δ' ἄρχοντας αἰδὼς ἅμα καὶ χαρὰ πρὸς τὴν ὄψιν ἔσχεν. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε· Πυνθάνομαί σου ὦ Πομπήϊε μάγνε εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Πομπήϊος δὲ μεγάλῃ φωνῇ, Πάσας, εἶπεν, ἐστράτευμαι, καὶ πάσας ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι. τοῦτο

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ἀκούσας ὁ δῆμος ἐξέκραγε καὶ κατα
σχεῖν οὐκέτι τὴν βοὴν ὑπὸ χαρᾶς ἠ
ἀλλ᾽ ἀναστάντες οἱ τιμηταὶ προέπεμ
πον αὐτὸν οἴκαδε, χαριζόμενοι τοῖς πο
λίταις ἑπομένοις καὶ κροτοῦσιν. Hæc ill
Equitibus vero infamibus aut parur
ſtrenuis equum ex deſcriptione Serv
Tullii aſſignatum adimebant. Plebeio
in Cęritum tabulas referebant, & ærario
faciebant: ac per hoc non eſſe in alb
centuriæ ſuæ denotabantur, ut cives; ſe
duntaxat, ut pro capite ſuo tributi no
mine æra penderent. Appellatæ auter
eæ *Tabulæ Cæritum* à Cæritibus, qui pr
mi municipes ſine ſuffragii jure fact
ſunt. Horatius: (*lib.2.epiſt.6.*)

Quid doceat, quid non obliti, Cærite cer
Digni, remigium vitioſum Ithacenſ
Vliſsis.

Quinquennio completo, ſacrificiis ſol
taurilibus de ſue, ove, tauro factis urben
luſtrabant: idque *conditum luſtrum* ap
pellabant, quod tum in cenſendo fini
fieret. In luſtro condendo ſolenni car
mine precabantur Deos, primum qui
dem, ut res populi Romani meliore
amplioreſque facerent; ſed poſtea, aucto
re P. Africano poſteriore, ut eaſdem per
petuo incolumes ſervarent. Præterea ſar
ta tecta ſacris publicis exigebant, & mo
nument

numenta vel tuebantur vetera, vel nova ipſi exædificabant. Itaque pecuniam publicam, qua in ſubſtructiones & opera publica uterentur, ſibi attributam habebant. portoria etiam fruenda publicanis locabant. Hæc omnia faciunt, ut Cicero hujus Magiſtratus *officia maximi animi ſummique conſilii* eſſe exiſtimet: ut Valer. Maximus *honores cenſuræ gravitate conſummari* dicat: ut denique Plutarchus de ...ia ita ediſſerat: Κορυφὴ δέ τις ἐστὶ τιμῆς ἁπάσης ἡ ἀρχὴ καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἀπάσης ἐπιτελείωσις, ἄλλην τε πολλὴν ἐξουσίαν ἔχουσα, καὶ τὴν περὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ἐξέτασιν. Et mox: ᾑροῦντο τῶν καλουμένων πατρικίων ἕνα, καὶ τῶν δημοτικῶν ἕνα. τιμητὰς δὲ τούτους προσηγόρευον ἐξουσίαν ἔχοντας ἀφελέσθαι μὲν ἵππον, ἐκβαλεῖν δὲ συγκλήτου τὸν ἀκολάστως βιοῦντα καὶ ἀτάκτως. οὗτοι δὲ καὶ τὰ τιμήματα τῶν οὐσιῶν λαμβάνοντες ἐπεσκόπουν, καὶ ταῖς ἀπογραφαῖς τὰ γένη καὶ τὰς πολιτείας διέκρινον. ἄλλας τε μεγάλας ἔχει δυνάμεις ἡ ἀρχή. Porro religioni erat Romanis in Cenſoris demortui locũ alium ſufficere; quod ...o luſtro, quo in C. Iulii locum M. Cornelius ſuffectus fuit, Roma à Gallis capta eſt. Hujus Magiſtratus jus per quadringen-

tos prope annos retentum, à P. Clodio Tribuno pleb. ſublatum, M. Tullius conqueritur. Tulerat ille, ut Pedianus tradidit, legem, Ne quem Cenſores in ſenatu legendo præterirent, neve quem ignominia afficerent, niſi quis apud eos accuſatus, & utriuſque Cenſoris judicio damnatus eſſet. cum ante hanc legem, ut interim Iuvenalis (*Sat.* 11.) verſu utar,

—— ſeveros
Cenſoris mores etiam Collega timeret.

X.

Prætor.

P*Rætorem* à *praeundo* & M. Tullius (3. *De Legib.*) deducit, & apud Varronem (4. *de L.L.*) Lucilius:

——Ergo Prætorum eſt ante præire.

Eo verbo veteres, auctore Pediano, omnem magiſtratum ſignificabant, cui pareret exercitus: poſtea peculiare nomen fuit ejus magiſtratus, qui juri dicundo præerat; & juris civilis cuſtos atque diſceptator à Cicerone definitur. Is primum unus creatus eſt anno Vrb. Cond. CCCLXXXVIII, quo anno & Ædilitas Curulis inſtituta, & primus de plebe Conſul L. Sextius Lateranus factus eſt. Huic deinde bello Punico primo Prætor alter additus: quorum hic Peregrinus; ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ille Vrbanus dictus: quod alter ſociis & peregrinis per Italiam; alter civibus in Vrbe jus diceret: quæ poſterior præturæ functio honoratiſſima habita fuit. ad hos poſt bellum Punicum primum duo adjecti, qui in Provinciis juriſdictionem obtinerent. inde *Provinciales* appellati. Ii latius pateſcente Imperio pro numero Provinciarum aucti. Sic bello primo Macedonico prætores ſex facti; à Cæſare Dictatore octo; à Divo Auguſto decem; & mox duodecim inſtituti. quem numerum neque Tiberium exceſſiſſe memoriæ prodidit Cornelius Tacitus, locupletior haud dubio auctor, quam Pomponius IC. qui à C. Cæſare duodecim, ab Auguſto ſexdecim Prætores factos ſcribit, l. 2. §. *Deinde Corn. Sulla*. ff. De orig. Iur.

Eorum officium fuit, de controverſo jure reſpondere; bonorum poſſeſſionem dare, hæredes in defunctorum bona admittere; jus atque judices conſtituere; dolo vel metu lapſis, vel vi dejectis ſuccurrere. Præterea ludis præſidere, & in Circenſibus ſignum mittendis quadrigis dare; ferias item ſolennibus verbis concipere. quæ verba extant apud Macrobium ejuſmodi: DIE. NONI. POST. KALEND. IANVARII. QVIRITIBVS. COMPITALIA. ERVNT. Ludis præſidebant triumphali habitu:

quo reſpexit Iuvenalis his verſibus: (*Sat*.10.)

Quid ſi vidiſſet Prætorem in curribus altis
Exſtantem, & medio ſublimem in pulvere Circi
In tunica Iovis, & picta Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla?
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem:
Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niveos ad frena Quirites.

Omnia hic triumphantium inſignia exprimuntur: currus triumphalis, tunica palmata ſive picta, corona aurea, quam ſervus à tetgo ſuſtinebat: (quod Plinius quoque in Hiſtoria naturali indicat:) ſcipio eburneus habens in ſummitate aquilam, & denique clientes in albis veſtibus comites. Inſignia Conſulum prope omnia habebant, ſummum quoque in Provinciis imperium: niſi quod ſex Prætori faſces

ſces duntaxat anteferrentur, cum Con-
l duodecim haberet. Vnde *Prætorem*, ob hæc & quod iiſdem auſpiciis crea-
tur, *collegam conſulum* Livius nomi-
at. Cicero *Præturam*, ob multitudinem
pinor) eam gerentium, *magiſtratum le-
iſſimum & divulgatiſſimum* in Epiſtolis
ocat. Manifeſtũ tamen eſt, dignitatem
ermagnam ejus fuiſſe: & quod Conſula-
es atque Cenſorii ſępe iterum gerere vo-
uerunt; & quod abſentibus Conſulibus
rætor Vrbis, more majorum Conſulare
nunus ſuſtinebat. Idem literas publice
criptas in ſenatu, &, ſi id Patres decreviſ-
ent, ad populum recitabat. quod poſtea
ub Imperatoribus Quæſtorum munus
fuit: quemadmodum viciſſim cura Æra-
rii ab his ad Prætores tranſiit, juſſu Divi
Auguſti. auctor eſt Suetonius in ejus vita.

XI.

Ædiles plebeii & curules.

Ædiles Varro ab *ædibus* procurandis; Feſtus ab eo, quod facilis ad eos plebi *aditus* eſſet, dictos exiſtimat. Iis ludorum celebratio, annonæ, ſacrarum ædium procuratio, & ſarta tecta in urbe tuenda commiſſa erant. Itaque *curatores urbis, annonæ ludorumque ſolennium* à M. Tullio definiuntur. Annonæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

inprimis curam gerebant. ideo illis Imperatores in urbem reverſi frumentum; quemadmodum captivos Prætori; ſtipendium Quæſtori tradebant. Frumentarios & pecuarios, qui annonam dolo malo auxiſſe videbantur, item fœneratores, ad populum accuſatos damnabant: ex eorum bonis mulctaticiis vel ludos, vel dona Deûm, vel opera publica faciebant. Præterea animadvertebant, ne qui niſi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio colerentur.

Ædilium duo erant genera, *Plebeii* alii, alii *Curules* dicebantur.

Ædiles Plebeii ex ordine horum magiſtratuum non erant; ſed Tribunorum plebis veluti miniſtri quidam, cum quibus eodem etiam tempore ſunt creati. Ideo quemadmodum illis, ita & his noceri fas non erat. Ludos plebeios pro ſalute populi Romani faciebant. Ad eos ſenatus conſulta in ædem Cereris, lege Valeria, referebantur.

Ædiles Curules. id nomen acceperunt ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων ἐφ' ὧν καθεζόμενοι ἐχρημάτιζον, inquit Plutarchus. Hi ludos Scenicos, Florales, & Cereales, & Megaleſios faciebant, forumque cum tenſæ ducerentur ornabant. Hæc & *Ædilitas major* dicitur, eſtq;

Po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Polybio *illuſtriſſimus juventutis principatus*; Ciceroni *ad honoris amplioris gradum primus aſcenſus.* Ornamenta ejus à M. Tullio ſeptimo accuſationum libro referuntur, antiquior in ſenatu dicendi locus, toga prætexta: ſella curulis, jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam.

Ædilium numerum C. Cæſar Dictator auxit duoſque addidit, quos à cura frumentariæ rei *Cereales* vulgus nominavit.

Hunc Magiſtratum, & eum qui ſequitur, (*Quæſtores*) neque vocationem, neque præhenſionem (al. prenſionem) habuiſſe, ex Varrone Agellius (*lib.*13.*cap.*12.) admonet. Plutarchus tamen præhenſum ab Ædilibus plebeiis Cn. Martium Coriolanum ſcribit: quod factum eſſe non proprio jure, ſed majoris poteſtatis juſſu, exiſtimare debemus.

XII.

Quæſtores.

QVæſturam prope ante omnes Magiſtratus fuiſſe, & à Tullio Hoſtilio Rege Romano inſtitutam eſſe, Vlpianus IC. auctor eſt, (*libro ſingulari De officio Quæſtoris ff. lib.* 1. *tit.* 13 *l. un.*) Gratianus (*ſcribendum*, Gracchanus) hoc amplius ad Numam atque ipſum Romulum ori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ginem ejus refert. Plutarchus exacti demum Regibus, à P. Valerio Conſul Quæſtores duos creatos,& ærarium Saturni inſtitutum narrat. Tacitus priorum ſententiæ accedere videtur. Annal. XI: *Quæſtores*, inquit, *Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, quod lex Curiata oſtendit, ab L. Bruto repetita. Manſitque poteſtas Conſulibus deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatiq; primum Valerius Potitus, Æmilius Mamercus*, LXIII *anno poſt Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negotiis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, ſtipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus. Poſt, lege Sullæ viginti creati ſupplendo ſenatui, cui judicia tradiderat.* Quo in loco Iuſtus Lipſius legit, XXIII *anno*, ut congruat numerus cum Livio, apud quem anno ab V.C. CCLXVII, hoc eſt, poſt ejectos Reges, XXIII, prima mentio Quæſtorum extat,& quidem uno duntaxat mutato: nam pro Æmilio Cæſonem Fabium nominat.

Erant autem *duo Quæſtorum genera*; alii pecuniæ publicæ, alii quæſtionibus capitalibus præerant. Vnde Varro (4. *de L.L.*) à *quærendo* dictos putat, *qui conquirerẽt publicas pecunias & maleficia*

Primi

Primi generis qui erant, ſi in Vrbe ma-ſtratum gererent, Ærarium curabant, uſque pecunias expenſas & acceptas in bulas publicas referebant; tributa exi-bant; ſigna exercitui ex ærario depro-ebant; ſtipendium à vectigalibus popu-, captivam pecuniam ab Imperatori-us accipiebant: eoſdem triumphaturos rare cogebant, recte ſenatui de nume-o hoſtium occiſorum, & amiſſorum ci-ium eſſe perſcriptum. Præterea legatis xterarum gentium lautia præbebant, oſdem ægrotos curabant, defunctos pu-lico ſumptu ſepeliebant. Cæſarum tem-oribus, literas quoque publice ſcriptas n ſenatu legebant; iiq; *Candi atati Princi-is* appellabantur. In provinciis Conſuli-bus & Prętoribus ad miniſteria belli prę-to erant: pecuniam ex ærario ſibi nume-atam in diverſos uſus erogabant: præ-lam cuſtodiebant, manubiaſque ex ejus venditione redactas ærario inferebant: obſidum quoque curam nonnunquam gerebant. Manſio Provincialis Quæſtori ege determinata erat annua; deinde Ro-mam ipſi redire licebat. Hinc factum, ut C. Verri, qui Siciliam provinciam prætor obtinuit triennium, ſingulis tamen annis quęſtores permutati ſint, ut Pedianus do-cet. Erat autem ea quęſtoris cum conſule vel prætore conjunctio, more majorum, libe-

liberorum neceſſitudini proxima : it
que hi illis liberûm loco habebantur ; il
ab his ut parentes colebantur.

Alterius generis Quæſtores de capi
civium Romanorum judicabant : quo
munus poſtea ad Triumviros capital
tranſlatum eſt. ab his criminalium qua
ſtionum judices Quæſitores dicti.

Gerebant *Quæſturam* fere adoleſce
tuli, ut ex Epiſtolis Ciceronis patet. It
que eam idem *primum honoris gradum*
Vlpianus *ingreſſum & quaſi primordium*
gerendorum honorum ſententiaque in ſ
natu dicendæ; Pedianus *primam Senator*
ad miniſtrationem nominat.

XIII.

MAGISTRATVS PLEBEII
ET MINORES.

SEquuntur *Magiſtratus Plebeij*, qui ple
beiis ſolis patebant, ut *Tribuni pleb*. nan
de Ædilibus plebis ſupra diximus : & *Mi-*
nores, ut Triumviri Capitales, Nocturn
Monetales ſeu Menſarii, & Magiſtri v
corum . quos ut affirmare non auſir
Patriciis omnino non patuiſſe : ita no
ab iis ſolum , ſed & paulo clarioribus
plebe ob humilitatem ſpretos . conſtan
ter aſſeverare poſſum ; quod magis ne
ceſſa

eſſarias, quam ſpecioſi miniſterii pro-urationes arbitrarentur.

XIV.

Tribuni plebis.

TRibunos plebis Cicero *Cuſtodes defenſoreſque juris & libertatis*; Livius *Ma-iſtratus ſacroſanctos, quibus auxilii latio ſt contra Conſules*, definit. *Tribunatum* idem modo *arcem libertatis tuendæ*, mo-io *poteſtatem ſacroſanctam ad auxilium ibertatis creatam*; Salluſtius *telum à ma-oribus libertati paratum* nominat. Crea-i ſunt anno, poſt Reges exactos, XVI, ab /.C. CCLX, & initio quidem duo; quibus res collegæ additi, ſi Livio credimus, ſta-im; ſin Piſoni, poſt annos demum vigin-i & unum, cum lege Voleronis Publilii ributis comitiis primum crearentur. Anno Vrbis CCXCV decem facti, bini ex ingulis claſſibus: itaque cautum eſt, ut oſtea crearentur. Sic dictos, quod pri-mi ex tribunatu militari magiſtratum nierint, Varro (4. *de L.L.*) innuit. om-nino *Tribuni* vocabulum à *tribubus* vide-tur deductum; tribus vel à tributo dan-do, vel quod primum tres populi partes factæ ſint.

Officium eorum erat commoda ple-bis adverſus Patricios tueri, & injuriam omnem

omnem interceſſione ſua prohibere. Ita
que januas tam noctu, quam interdiu
ceu profugia & aſyla miſerorum, paten
tes habebant. Plus tamen ad vetandum
quam ad jubendum valebant: nam un
intercedente, reliqui, licet complures, au
etiam omnes, efficere nihil poterant. Vn
de Scriptores Latini ſæpe & recte teſtan
tur, per collegarum interceſſionem tri
buniciam poteſtatem diſſolvi. Dignita
autem tribunorum plebis ex eo maxim
Plutarchi loco apparet, qui in Antoni
legitur his verbis: ἐστὶ δ' ἡ ἀρχὴ (δημαρ-
χία) δευτέρα τοῦ δικτάτωρος παρόντος
ἂν δὲ μὴ παρῇ, πρώτη καὶ μόνη σχεδόν.
ἡ γὰρ δημαρχία διαμένει, τὰς δὲ ἄλλας
καταλύουσι πάσας δικτάτωρος αἱρεθέν-
τος. Præterea & ſacroſancti erant, & à
nemine in ordinem cogi poterant. cui-
cunque volebant, ſilentium impone-
bant: ipſos vero interfari nefas erat. de-
nique aſſurgere tribunis, & loco cedere
omnes oportebat, ut libro Epiſtolarum
NB. primo C. Plinius commemorat. Prætex-
tæ jus non habebant: nec lictores, ſed
viatorem unum: neque ſellis curulibus,
ſed tribunalibus ſedebant. Antiquitus cu-
riam non intrabant, ſed ante valvas po-
ſitis ſubſelliis decreta patrum perpende-
bant; & ſi quæ ex iis improbaſſent, rata
eſſe

ſe non ſinebant. Itaque veteribus SCtis
T. litera aſſcribi ſolebat, quo ſignificaba-
tur, illa tribunos quoq; cenſuiſſe. auctor
eſt Val. Maximus. Huic conſuetudini de-
rogatum videtur plebiſcito Atinio, quo
tribuni pl. primum ſenatores facti ſunt.
neq; fas erat integrum diem illos Roma
abeſſe. Diem autem Romani à media no-
cte ad mediam noctem ſequentem nu-
merant, ut Varronem ſecuti Agellius &
Macrobius tradidere. Ita cum poſt mediã
noctem proficiſcebantur, & poſt primam
facem ante mediam ſequẽtem redibant,
abfuiſſe unum diem non dicebantur.
Quo magis miror, quod Livius ſcripſit,
tribunos pl. ad P. Scipionem, cui poſtea
Africano cognomen fuit, è Sicilia retra-
hendum, eſſe miſſos: quod lege hac fieri
non potuit, niſi forte aut eam nondũ la-
tam, aut illos legibus ſolutos, id quod ve-
rius puto, exiſtimemus. Pręterea prehen-
ſionis jus tantum habebant, ita ut conſu-
les quoq; prehendi atque in vincula duci
ſæpius juſſerint. Vocationem ideo eos
non habuiſſe Agellius (*lib.* 13. *c.* 12. ſibi vi-
deri ait: *quod antiquitus creati ſint, non
juri dicundo: nec cauſis querelisque de ab-
ſentibus cognoſcendis, ſed interceßionibus
faciendis, quibus præſentes fuiſſent, ut inju-
ria, quæ coram fieret, arceretur. Ac
propterea jus ad ſe vocandi* (meliores libri
habent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

habent, *jus abnoctandi*) *ademptum, qu[...] niam ut vim fieri vetarent, aſſiduitate e[...] rum & præſentium oculis opus erat.*

Patriciorum neminem Tribunun[...] plebis fieri licebat. cooptatos tamen ali[...] quot legimus, idque ex antiquo rogatio[...] nis carmine fuiſſe defenſum. SI. TRIBV[...] NOS. PLEBIS. DECEM. ROGABO. SI[...] QVOS. MINVS. HODIE. DECEM. TRI[...] BVNOS. PLEBIS. FECERINT. HI. TVM[...] QVOS. SIBI. COLLEGAS. COOPTASSINT[...] ITA. ILLI. LEGITIME. EADEM. LEGE[...] TRIBVNI. PLEBEII. SINT. VT. ILLI[...] QVOS. HODIE. TRIBVNOS. PLEBEI. FE-CERITIS. Quod ne poſtea quoque fieret[...] Trebonia lege ſancitum eſt, qui plebem[...] Romanam Tribunos plebis rogaret, is[...] uſque eo rogaret, dum decem Tribunos[...] plebi faceret.

Vim Tribuniciam L. Sulla Dictator[...] imminuit, ultimo tamen interceſſio-nis jure relicto, ut C. Cæſar in Com-mentariis indicat: adempta autem omni[...] & ferendarum legum, & aliorum magi-ſtratuum capiendorum poteſtate: quo-rum illud à Cn. Pompeio & M. Craſſo[...] Coſſ. hoc Aurelia lege, quam C. Cotta[...] Tribunus plebis tulit, brevi receperunt.

Verum quoniam actionibus tribuni-ciis plurimæ & graviſſimæ ſeditiones ex-citatæ ſunt, non immerito, apud Sallu-

ſtium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ium, L. Philippus *ex tribunicia poteſtate* *nes diſcordias accenſas*; apud Livium, ppius Claudius *concordiam ordinum* *axime eſſe diſſolvendæ tribunicia pote-* *tu*; *tribunos* Tacitus *turbulentos*; Luca- is *turbantes jura*, dixiſſe videntur.

Plutarchus ex opinione quorundam, ibunos in magiſtratu non fuiſſe ſcri- t ἐν κεφαλαιογραφαῖς, his verbis, ut in- rpretatur Sigonius: *Cur cum purpura* *ij Magiſtratus utantur, Tribunus ple-* *non utitur? an quia Trib. pl. magiſtra-* *s non eſt? neque enim ex ſella curuli ius* *cunt, neque principio anni, ut reliqui* *agiſtratus, ineunt neque creato Dictatore* *abdicant. Verum omni tranſlato ad Di-* *torem imperio, ipſi tamen poteſtatem* *am retinent, tanquam magiſtratus non* *it. Quemadmodum autem tranſlationem* *dicium eſſe rhetores quidem negant, ſic* *ibunatus impedimento potius eſt magi-* *ratui quam magiſtratus. Etenim reſiſte-* *potent a magiſtratus, & nimiam eius* *centiam coercere, ad eius auctoritatem* *rtinet.* Huc, niſi fallor, apud Livium ioque reſpicit Conſul Appius, priva- m eſſe clamitans tribunum, ſine impe- o, ſine magiſtratu. Imperatorum tem- ribus Tribunicia poteſtas ſummi faſti- i vocabulum erat: quod à Divo Augu- o repertum Tacitus tradit, ne Regis

aut Dictatoris nomen aſſumeret, & ta-
men appellatione aliqua cætera imperi
præemineret.

XV.

Triumviri Capitales.

TRiumviros Capitales Salluſtius *reru[m]*
capitalium judices nominat: Liviu[s]
in Minoribus Magiſtratibus numerat,&
quidem infra Ædiles collocat lib. xxv
Hi maleficii ſuſpectos conquirebant, &
comprehendebant; carceris latomia-
rum cuſtodes erant, & à Prætore dam-
natos carnifici in carcere necandos tra-
debant. Vnde Pomponius IC. (*ff. lib.* 1
tit. 11. *De orig. Iur. l.* 2.) carceris cuſto-
diam habuiſſe tradit, ut cum animad-
verti oporteret, eorum interventu fie-
ret. Ipſi quoque de furibus, homicidis
ſervis nequam judicabant, & facinori
convictos puniebant; unde & nomen ac-
cepere. Nam *capital*, auctore Nonio
capitis eſt periculum. Plautus *Mænechmis*
(*act.* 1. *Scen.* 1.)

Nunquam hercle effugiet, tametſi capi-
tal fecerit.

Ea judicia in foro Romano ad Mæniam
columnam exercebant. Hinc Cicero in
Divinatione, de oratoribus ineptis &
quaſi proletariis: *Vobis autem tanta in*
opi-

ia reorum eſt, ut mihi cauſam prœripe-
conemini potius, quam aliquos à co-
mna Mœnia veſtri ordinis reos reperia-
l. Idem in Cluentiana, de Q. Manilio
iumviro: *Ex petulanti* (inquit) *atque*
probo ſcurra in diſcordiis civitatis ad
m columnam, ad quam multorum ſæ-
conviciis perductus erat, cum ſuffragiis
puli pervenerat.

Creati ſunt primum, quantum ex XI
vii libro videre eſt, M' Curio Dentato,
Cornelio Rufino Conſulibus, ab Vrb.
ond. CD LXIV. Feneſtella (*is Fioccus eſt,*)
eum ſecutus Raphael Volaterranus
cceſſiſſe eos exiſtimant in locũ Duumi-
rúm capitaliũ, quos à Tullo Hoſtilio in
oratii parricidii rei judicio inſtitutos,
oſtea res capitales judicaſſe, notum eſt.
erum hos M. quoque Tullii tempori-
is majeſtatis judicia exercuiſſe, nemo
norat, qui ejus Orationem pro C. Ra-
rio perduellionis reo legerit. ex qua
ognoſcimus eum à Duumviris con-
emnatum, provocatione ad populum
ertaviſſe: quod Lege perantiqua, quæ a-
ud Livium extat, fieri licebat. Diverſos
utem fuiſſe, ex eo quoque intelligitur,
uod Duũviri ſorte ducebantur; Trium-
iri ſuffragiis populi creabantur: illud ex
iet. colligere licet; hoc ſupra Ciceronis
erbis planũ fecimus. Rarũ tamen fuiſſe

Duûmvirale judicium, nec niſi in tri[illegible] ſimis cauſis uſurpatum, in eadem C[illegible] cione oſtenditur, eo loco, quo *verba ſo*[illegible] *nia, quæ horrendi carminis fuere, non*[illegible] *lum tenebris vetuſtatis, ſed quoque* [illegible] *libertatis oppreſſa eſſe*, ait.

XVI.

Triumviri nocturni.

T*Riumviri nocturni* vigilias noctu[illegible] Vrbe circumibant, & ad incendia [illegible] ta concurrebant. Erant dignitatis m[illegible] mæ; ideo ſi parum ſtrenue ſuo mun[illegible] fungerentur, puniebantur. Sic Tacit[illegible] quod incendio reſtinguendo; Val. Ma[illegible] mus, quod excubiis obeundis parum [illegible] ligentes fuiſſent, à populo damnatos [illegible] ferunt. Labor, ut *Compitales* eos quoq[illegible] dictos fuiſſe exiſtimem, idque ex Pedi[illegible] verbis, qui ſervum Milonis dormient[illegible] in taberna deprehenſum, & ad *Trium*[illegible] *rum Compitalem* perductum ſcribit. [illegible] forte magiſterio vicorum *Tres viros* f[illegible] ctos, & *Compitales* quoque nomina[illegible] quod compitalicios ludos ederent, a[illegible] trabimur. Sed prior opinio magis m[illegible] arridet. In illorum locum à Divo Au[illegible] ſto nocturnæ excubiæ vigileſque ad [illegible] cendia inſtituti ſunt: fuitque Præfect[illegible]

gi[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

um magna, & ſecunda ab Vrbis Præ-
to dignitas.

XVII.

Triumviri Monetales & Menſarij.

Riumviri Monetales omnis generis
monetæ, & formæ cuſoribus præe-
it. Itaque *æris, argenti, atque auri flato-*
à Pomponio IC. (*l. 2. ff. De Orig. Iur.*)
minantur. Iidem qui hi, aut certe non
ltum diverſi, videntur fuiſſe *Trium-*
i Menſarii, quos propter penuriam
genti bello Punico ſecundo creatos in-
nio. Sic dicti fuerunt, quod *menſis*
m ære in foro poſitis, vel acciperent
ipublicæ nomine, vel expenderent pe-
niam. quales apud Tennitas quoque
runt Quatuorviri Menſarii, ſine qui-
s nummum nullum Tenni publice
overi poſſe, Cicero pro Flacco auctor
. In anguſtiis ærarii pecuniam mu-
am à privatis accipiebant, poſteaque
ddebant. rationes accepti & expenſi
tabulas publicas Scribæ referebant. Li-
us lib. XXVI: *Senatu inde miſſo, pro ſe*
iſque aurum, argentum, & æs in publi-
m conferunt, tanto certamine iniecto,
prima inter primos nomina ſua vellent
publicis tabulis eſſe, ut nec Triumviri

accipiendo, nec Scribæ referendo ſuffice-rent. Fuerunt & *Quinque viri menſarij* extraodinarius Magiſtratus,& cujus un[...] omnino,quod ſciam,in Hiſtoria Roma-na multo ante Triumviros creatos exta[t] mentio,apud Livium lib.VII. rem fœne-brem levavere, impeditioribus nomin[i]-bus aut ex ærario diſſolutis, aut æqu[o] rerum æſtimatione liberatis. [*T.Valer[io] Publicola & C. Marcio Rutilio Coss. An-no V.C.* CDI.]

XVIII.

Magiſtri vicorum.

M*Agiſtri vicorum* è plebe cuujuſqu[e] viciniæ legebantur,qui tuerentur v[i]-cos in quos urbem antiquitus deſcripſ[e]-rant. Ludos quoque compitalicias, qu[i]-bus per compita tota urbe ſupplicab[a]-tur, faciebant. quos ludos peſtilenti[æ] cauſa bello Punico ſecundo primum fa-ctos,& deinde lege lata ut in perpetuu[m] in ſtatam diem voverentur, quotann[is] celebratos Livius lib. XXVII. memori[æ] prodidit. Infimum hoc genus Magiſtr[a]-tuum Vrbanorum fuiſſe idem alibi ſcr[i]-bit: prætextæ tamen jus illis fuiſſe pe[r]-miſſum, nec ut vivi ſolum haberent ta[n]-tum inſigne, ſed etiam ut in eo crem[a]-rentur mortui.

M A

XIX.

AGISTRATVS EXTRA-ORDINARII.

Decemviri legibus ſcribendis.

D Einceps eos Magiſtratus trademus, qui aut cito è Republica ſublati fuê-, cum annui eſſent; aut non, niſi re co-nte, creari ſolebant. In illis *Decemviri* *Tribuni militum Conſulares*, in his *riumviri coloniis deducendis*, *Præfe-us urbis atque annonæ* præcipue nume-antur.

Ad Decemviros à Conſulibus; quem-dmodum ab Regibus ante ad Conſules enerat tranſlatũ fuit imperium. Muta-onis cauſam lex Terentia, de creandis uinqueviris legibus conſulari imperio ribendis lata, præbuit. Ea primum à .Terentio Arſa Tribuno plebis promul-ata, ac deinde per annos decem varie actata, tandem effecit, ut miſſis lega-is Athenas; qui leges Solonis deſcri-erent, & aliarum Græciæ civitatum in-ituta, mores, juraque noſcerent, iiſ-ue reverſis, referente P.Seſtio Con-ule, Decemviri legibus ſcribendis in nnum unum crearentur, abſque provocatione, neve quis alius eo anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

magiſtratus eſſet. Ii decimo die jus populo ſinguli dicebant. eo die penes Pręfectum juris faſces duodecim erant, collegis novem ſinguli accenſi apparebant. Dein propoſitis decem Tabulis, cum duę adhuc deeſſe viderentur, quibus adjectis abſolvi poſſet velut corpus omnis juris Romani, iterum in annum inſequentem alii creati: qui cum multa nefaria commiſiſſent, &, nulla comitiorum mentione habita, continuare poteſtatem, & tyrannidem occupare conarentur; tandem ob vindicias Virginii cujuſdam filiæ ſecundum ſervitutem datas ab Appio Claudio, qui ſeipſum Decemvirum refecerat, conſenſu populi magiſtratu abire coacti ſunt. Fuit hæc Reipublicæ mutatio minus inſignis; quia non diuturna. nam intra triennium Decemviri & inſtituti ſunt, & ſublati. Primi & Patricii & Conſulares omnes fuere: ex poſteriobus tres plebeii. Creatos eos primum anno Vrb. Cond. CCCII, Livius & Solinus ſcribunt; M. Varro, CCCIII. Leges duodecim Tabularum promulgarunt; quas *finem æqui iuris, accitu quæ uſquam egregia*, Tacitus nominat: *quod leges ſecutæ, aut per vim, aut iniquis de cauſis, latæ ſint* Livius *in immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo fontem omnis publici privatiq; iuris eſſe* teſtatur.

XX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

XX.

Tribuni militum Conſulares.

T*Ribuni militum conſulari poteſtate* Rempublicam pro Conſulibus complures annos adminiſtrarunt. Creati primum ſunt anno Vrb. Cond.cccx. cum,promulgata lege,ut Conſul alter ex plebe fieret, Patres, veriti ne ea lex ſe invitis perferretur,conceſſiſſent, ut Tribuni militum conſulari poteſtate promiſcue ex patribus & plebe crearentur. quod jus ſero demum plebes uſurpavit; contenta eo, quod ſui habitu ratio eſſet. Initio tres,deinde quatuor, mox ſex, demum octo facti ſunt. Pomponius I.C. (*l. 2. ff. De origine Iuris*) interdum vicenos fuiſſe,interdum plures, unus omnium veterum Scriptorum prodidit. niſi tamen ibi, pro *vicent,ſeni* erit reponendum : quod jam olim G.Budæus præclare annotavit. Quæ collegarum multitudo fecit, ut quamvis omnia & jura & inſignia Conſulum haberent: tamen neque potentia , neque dignitate pari præditi viderentur.Ideo *Proconſularem imaginem* eos,Tribunus plebis apud Livium, veluti contemnens, nominat : & P.Manilius Dictator negat Magiſtri equitum majus , quam Tribuni Conſularis imperium

rium eſſe, cum vellet oſtendere, eum à Conſule dignitate ſuperari. Creari deſiere anno Vrb. Cond. CCCLXXXVIII. quo anno primus è plebe Conſul factus eſt L. Sextius.

XXI.

Triumviri coloniis deducendis.

TRiumvirûm, qui *coloniis deducendis* fiebant, primum apud Livium mentio extat lib. IIII. iſque Magiſtratus fere ſemper poſtea fiebat, quoties Romani plebem urbanam, aut veteranos milites, vel augendæ ſobolis, vel præſidii cauſa, in colonias mitterent. Creabantur modo à Conſule, modo à Prætore: & potiſſimum ii, qui ab integritate & juſtitia maxime commendabantur.

Officium eorum erat locum urbi condendæ deligere, operi maturando præeſſe, colonis jura deſcribere, & agrum publicum equiti, & pediti; ſimplum huic; illi duplum, æquis portionibus dividere: ad quæ perficienda in triennium imperium habebant. Et erat ea adminiſtratio initium quoddam dignitatis, firmamentum potentiæ, atque veluti gradus ad ampliores honores petendos. Ab his non diſſimilis fuit *Quinquevirûm* & *Decemvirûm* functio, quos *ad agros publicos* di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

dimetiendos atq; militibus veteranis dividendos creatos, ſemel atq; iterum legimus.

XXII.

Præfectus Vrbis.

QVos *Præfectos Vrbis* Hiſtoriæ Romanæ Scriptores Latini omnes; Græcorum nonnulli *Vrbis cuſtodes* nominant. Et Iuvenalis Satyra XIII:

——quæ cuſtos Gallicus urbis,
Vſque à lucifero donec lux occidat, audit.

Statius Papinius, & C. Albinovanus, ejus nominis rationem quoque reddunt. Ille ſic:

Quem penes intrepidæ mitis cuſtodia Romæ.

Hic ita, de C. Cilnio Mæcenate:

Num minus vrbis erat cuſtos, & Cæſaris hoſpes?
Num tibi non tutas fecit in urbe vias?

Eos ſub Regibus, & Conſulibus quoque, quoties abeſſent, ad præſidium urbis relictos, notum eſt; qui, dum ipſi abeſſent, imperium ſummum haberent: præſidia ad tuendam urbem diſponerent: ſenatum vocarent: jura civibus redderent. Sub Imperatoribus in perpetua fere poteſtate erant; neq; magiſtratum, niſi offenſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Principe, deponebant. Sed præſtat, (opinor) ipſis C. Taciti verbis, quæ in Annali VI leguntur, altius & originem & officia hujus Magiſtratus repetere: *Antea* (inquit) *profectis domo Regibus, ac mox Magiſtratibus, ne urbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis mederetur. Feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullio Hoſtilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Sp. Lucretium impoſitos. dein Conſules mandabant, duratque ſimulacrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui Conſulare munus uſurpet. Cæterum Auguſtus bellis civilibus, Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, & tarda legum auxilia, ſumſit è Conſularibus qui coerceret ſervitia, & quod civium audacia turbidum, niſi vim metuat. Proximuſque Meſſalla Corvinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit, quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius, quanquam provecta ætate, egregie toleravit. Dein Piſo viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto ſenatus celebratus eſt.* Ex quo Taciti loco & illud elicitur, Cæſarum temporibus duos Præfectos urbi fuiſſe: alterum Latinarum cauſa relictum, quem dignitate vix Senatoria

natoria fuiſſe præditum Agellius tradidit; alterum qui Vrbis cuſtodiæ præerat. quæ poteſtas, continua, ſicuti diximus, plerumque erat, & prope ſecundum à Principe locum obtinebat.

XXIII.

Præfectus Annonæ.

P*Ræfectus Annonæ* quo munere functus fuerit, ex ipſo nomine ſatis apparet. Eũ primum Romæ L. Minutium factum Livius ſcribit. Neque poſtea is Magiſtratus, niſi fame cogente, & in incertum quo ad res poſceret, creatus eſt. Frumentum miſſis circa finitimos populos legationibus coëmebat, emptum populo vendebat: frumentarios ob compreſſam annonam ad populum accuſabat, damnabatque. quæ alias ad Ædilium curationem prope omnia pertinebant.

XXIV.

MAGISTRATVS MILITARES.

Dux. Imperator. Proconſul. Proprætor.

DEinceps de Militaribus dignitatibus dicendum. in quibus principem locum obtinet is, cujus ductu bellum adminiſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

miniſtratur, quem ducem Romani nominabant. Livius lib. IV: *Ea rite opima ſpolia habentur, quæ Dux Duci detraxerit: nec Ducem novimus niſi cujus auſpicio bellum geritur.* Iidem, ſi bene Rempublicam geſſiſſent, *Imperatores* à legionibus ſalutabantur. quem priſcum erga duces honorem fuiſſe Tacitus ait, ut gaudio & impetu victoris exercitus conclamarentur. *Imperatoris* autem *nomen maximum Romæ eſſe* apud Livium Scipio dicit. In ejus verba milites jurabant, juſſu ſe illius conventuros, nec injuſſu abituros. Victoriam adepti, literas laureatas, rei bene geſtæ indices, ad ſenatum mittebant. Faſces quoque laureatos præ ſe ferebant: eoſque demum Romæ in Capitolio acto honore deponebant. Deligebantur Duces à populo Romano, aut Conſules & Prætores; aut ex conſulatu & prætura; aut pro conſulibus & prętoribus; aut peluliari cum magiſtratu. De conſulibus & prætoribus ſupra diximus. Proconſules erant, qui in provincias conſulari cum imperio mittebantur: quemadmodum Proprętores, qui prętorio. Itaque illi conſularia; hi prætoria ornamenta omnia habebant. Faſces quoq; proconſules XII habuiſſe ex Plutarcho videre eſt, licet illis ſolos VI Feneſtella attribuat. Creabantur vel ex conſulatu &

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

prætura; quod pateſcentibus provinciis obſervatum eſt; ut quo quique anno Conſules fuiſſent, ſequenti Proconſules remanerẽt: vel ex inferioribus magiſtratibus, aut etiam privatis. Salluſtius in Catil. Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro prætore miſſus eſt. Sic P. Scipio, & Cn. Pompeius privati, ille acta ædilitate curuli; hic ætate nondum ſenatoria, in Hiſpanias cum conſulari imperio miſſi. Denique L. Martius eques Romanus, qui magnis rebus geſtis, Proprætor, ſenatui ſcripſerat, non propterea offendit homines, quod eum titulum honoris uſurpaſſet: ſed quod rem mali exempli eſſe arbitrarentur, imperatores legi ab exercitibus, & ſolenne auſpicatorum comitiorum in caſtra & provincias, procul ab legibus magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri. In magiſtratu autem neque Proconſules neque Proprætores eſſe dicuntur; ſed in imperio tantum. Cicero De Divinat. II. Bellicam rem adminiſtrari majores noſtri niſi auſpicato noluerunt. quam multi anni ſunt, cum bella à Proprætoribus, & Proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Neque enim niſi magiſtratus habent auſpicia, vel majora, ſi majores; vel minora, ſi minores eſſent. Ideo P. Scipio, tota Hiſpania ſub ditionem populi Ro-

Romani redacta, triumphum pertinaci-
ter non petiit, quia neminem ad eam
diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu
res geſſiſſet, conſtabat. Quod intelligen-
dum eſt de iis, qui extraordinario cum
imperio Procoss. res geſſiſſent: qualis pri-
mo fuit T. Quinctius anno Vrb. Condita
CCLXXXIIX. Nam ex iis qui prorogatum
ex Conſulatu imperium obtinuiſſent,
primus Q. Publius Philo diu ante trium-
phaverat. Livius VIII: *Actum cum tribu-
nis eſt, ad populum ferrent, ut, cum Pub-
lius Philo conſulatu abiſſet, pro conſul.
rem gereret. quoad debellatum cum Graci
eſſet.* Et paulo infra: *Duo ſingularia ha-
ei viro primum contigêre, prorogatio impe-
rii ante in nullo facta, &, acto honore,
triumphus.*

XXV.

Duumviri Navales.

DVumviros Navales* claſſis ornandæ
reficiendæque cauſa aliquoties crea-
tos legimus. Imperium maritimum ha-
bebant, ut maria, maritimaque loca tue-
rentur, & à piratarum atque hoſtium in-
curſionibus defenderent. Primum inſti-
tuti ſunt an. V.C. CDXLIII, ex rogatione
M. Decii Tribuni plebis. Livius XLI: *Ad-
verſus Illyriorum claſſem creati Duum-
vir*

iri Navales erant, qui tuendam viginti avibus mari ſuperiore Anconem velut ardinem haberent. inde L. Cornelius dex-ra litora uſque ad Tarentum, C. Furius eva uſque ad Aquileiam tueretur.

XXVI.

Tribuni Militum.

TRibunorum *Militum* prima mentio apud Livium fit libro tertio, in ſeceſ- one plebis ob Decemvirûm tyranni- em: quæ ne ſine capite eſſet, auctore .Virginio, placuit decem creari, qui ımmæ rei præeſſent, militarique hono- e Tribunos militum appellari. Eorum einde duo facta ſunt genera: Ruffuli alii icti, qui in exercitu creari ſolebant; alii omitiati, qui Romæ comitiis curiatis ıffragio populi deſignabantur. Initio & os Imperatores faciebant: ſed poſtea à opulo id imperium dari cœptum eſt nno Vrb. Cond. CDXLIII. idque poſt nnos quadraginta novem plebes ite- um ſcivit, ut Tribuni militum ſenideni n quatuor legiones à populo crearentur. Demum viginti quatuor eligebantur, au- tore Polybio: primo quatuordecim, ex s, qui annua ſtipendia quinque feciſſent: ecem ex iis, qui decem; equites quidem uatuor, pedites ſex. Ac quoniam qua-

 tuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tuor legionibus Romana res gerebatu
quadrifariam in ſingulas legiones div
duntur, attribuunturque è junioribu
quatuor primum lecti, primæ legion
tres proximi, ſecundæ; quatuor ſequen
tes, tertiæ; tres poſtremi, quartæ. At
decem majoribus natu primi duo, pr
mæ legioni; tres ſecundi, ſecundæ; du
proximi, tertiæ; tres ultimi, quartæ.

Officium ipſorum erat, centurionibu
quid facto opus ſit imperare, *milites i*
caſtris continere, ad exercitationem pr
ducere, claves portarum ſuſcipere, vig
lias interdum circumire, frumentation
bus commilitonum intereſſe, frumentu
probare, menſuræ [*in ff. eſt*, menſorum
fraudes coercere, delicti caſtigare, princi
piis frequenter intereſſe, querelas commili
tonum audire, valetudinarios inſpicere
[*Hactenus Macer I.C. ff. lib. 49. tit. 16.*
12. *ex ejuſdem libro primo De re militari.*

Græci χιλιάρχους nominant, vel a
militum etymon, quos à mille quidam
deducunt, reſpicientes; vel quod mille vi
ris & decē centurionibus præfecti eſſent

Quoniam vero viros fortes eſſe, qu
hunc honorem caperent, oportebat, &
multitudo in eligendo ſæpe errabat; dif
ficilioribus Reipublicæ temporibus e
SC. ad populum ferebatur, ne Tribun
militum eo anno ſuffragiis crearentur

ſec

d Conſulum Prætorumque in iis fa-
ciendis judicium arbitriumque eſſet.

XXVII.

Centurio.

CEnturiones à militum numero, cui in militia præerant, dictos Nonius ſcribit. ii militum quaſi magiſtri quidam & judices erant. Nam & exercebant eos in armis, & litigantium cauſas dijudicabant: quod Lex antiqua Camilli non permitteret, militem vocari ad judicium extra vallum, neque ad alium judicem, quam centurionem. Iuvenalis Sat. XVI:

Bardiacus judex datur hæc punire volenti
Calceus, & grandes magna ad ſubſellia ſuræ,
Legibus antiquis caſtrorum, & more Camilli
Servato, miles vallum ne litiget extra,
Et procul à ſignis. juſtiſſima centurionum
Cognitio eſt igitur de milite.——

Geſtabant in caſtris bardocucullum, veſtem Gallicam & militarem: item caligas, hoc eſt, calceos multis atque acutis clavis ſuffixos. Verum hæc ipſis cum reliquis militibus erãt communia. Peculiare

habebant inſigne, Vitis geſtamen, ad milites in officio continendos. Silius Punicorum III:

——*Levinus ab alto*
Priverno, Latiæ vitis præſignis honore.

Milites ob leviora delicta vitibus cædebant. Tacitus Annali primo: *Centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum*, CEDO ALTERAM, *indiderant; quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus aliam poſcebat.* Non erat autem ea pœna ignominioſa, ſi Plinio credimus, qui lib. XIV. cap. I. de vitibus loquens, *Inſertæ*, inquit, *caſtris ſummam rerum imperiumque continent. centurionum in manu vitis & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat.* Livius lib. LVII, de Scipione: *Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus, fuſtibus cecîdit. Si miles vitem tenuit, militiam mutat; ſi ex induſtria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur*, auctore Marciano IC. in Digeſtis. [*Immo non* Marciano *auctore, ſed* Macro *IC. lib.* II. *De re militari, ff. lib.* 49. *tit.* 16. *l.* 13. §. 3.]

De centurionatus agendi, hoc eſt, centurionum eligendorum atque probandorum conſuetudine, Tacitus his verbis ſcribit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſcribit: *Centurionatum inde egit. citatus ab Imperatore nomen, ordinem, patriam, numerum ſtipendiorum, quæ ſtrenue in prælijs feciſſet, & cui erant donaria militaria, edebat.* Si tribuni, ſi legio induſtriam innocentiamque approbaverant, retinebat ordines: ubi avariciam aut crudelitatem conſenſu objectaviſſent, ſolvebatur militia. Eligebatur autem robuſtus inprimis, unde Iuvenalis (*ſupra ex Sat. 16.*) *grandes ſuras*; tum horridus & incultus, unde Perſius (*Sat. 3.*) *hircoſam gentem centurionum* dixit: denique talis, qualem M. Cato militem optabat, qui non manu tantum ſtrenuus, verum & vocis ſono & aſpectu hoſti terribilis eſſet.

XXVIII.

MAGISTRATVVM MINISTRI.

MIniſtri Magiſtratuum communi omnes nomine *Apparitores* dicti videntur: quod magiſtratibus præſto eſſent, eorumque juſſa ac nutus exſpectarent. Nam hoc *apparendi* verbo ſignificatur, etiam apud Virgilium Æneid. XII:

Hæ Iovis ad ſolium, ſævique in limine regis
Apparent. ——

Livius II: *Viginti quatuor lictores apparere Conſulibus, & eos ipſos plebis homines.* Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Valer.Maximus lib.II, cap.I: *Quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, ut ſibi appareret, imperavit*, hoc eſt, ut Livius explicat, animadverteret, vel ſuo officio fungeretur. Hinc *appariturам facere*, apud Suetonium in Orbilio Grammatico, eſt Magiſtratibus miniſtrare: quod primo ingenui è plebe homines, mox ſervi publici aut liberti factitabant. Erant autem complures, nec unius omnis generis: præcipui, quorum ſcriptores meminere, fuerunt *Scribæ, Lictores, Viatores, Accenſi, Statores*: de quibus deinceps ordine dicemus.

XXIX.

Scribæ.

SCribæ Magiſtratuum acta & rationes in tabulas publicas referebant: legis promulgandæ verba recitanti præconi ſubjiciebant: Cenſoribus in luſtro condendo ſolenni precationis carmine præibant. quæ officia dum præſtarent, *ſcriptum facere*; cum deponerent, *ſcriptu ſe abdicare* dicebantur. Ordinem ſcribarum honeſtum fuiſſe, quinto accuſationum libro Cicero ait: quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum committerentur. Idem annulis aureis ab Imperatoribus in concione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

one ſæpe donatos ſcribit. Plutarchus
ictor eſt, leges omnes & monumenta
ublica ita habuiſſe cognita, ut homines
dolefcentes, rerumque imperitos, magi-
ratum adeptos, ipſi plane gubernarent:
que ſuo arbitrio regerent. C. Flavius ex
criba Ædilis curulis factus eſt. quod ta-
nen adeo indigne & Patricii & Equeſtris
lebs tulere, ut inſignia ordinis abjice-
ent. Faciebant autem ſcriptum non ſo-
um ingenui & liberti, ſed & ſervi, ut ex
Cicerone patet, Epiſt. Famil. v, xx: *Accepi
ibrum à ſervo meo ſcriba.* Itaque idem,
*pparitores parva populi mercede condu-
ctos* nominat. Et Æmilius Probus (*aut po-
ius* Cornelius Nepos) in Eumene: *Ita-
que eum habuit*, inquit, *ad manum ſcribæ
loco: quod multo apud Graios honorifi-
centius eſt, quam apud Romanos. nam apud
nos revera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribæ
exiſtimantur. at apud illos è contrario ne-
mo ad id officium admittitur, niſi honeſto
loco, & fide & induſtria cognita.*

XXX.

Lictores.

Ictorum collegia Romæ fuiſſe Pedia-
nus prodidit; ex quibus deligeban-
tur, qui cum faſcibus Magiſtratus an-
tecederent, & illorum juſſu plagas de
linquentibus ingererent. Sic dictos Ti-

ro Tullius exiſtimavit à licio vel lino. Licio enim tranſverſo, inquit, quod linum appellabatur, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. cæteri à ligando derivant: quod cum magiſtratus populi Romani virgis quempiam verberari juſſiſſent, crura ejus & manus ligari vincirique à viatore ſolita ſint, iſque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus. hinc apud Ciceronem, & Livium: *Lictor colliga manus* Nonius carnificis officio functos antiquitus retulit: & Cicero Accuſationum ſeptimo: *Ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque ſociorum & civium, lictor Sextius*. Ita ne cives quidem fuerunt. nam carnificem Cenſoriæ leges non modo foro, ſed etiam urbis domicilio carere voluerunt.

XXXI.

Viatores.

VIatores, auctore Feſto, ſic dicti, quod initio omnium tribuum, cum agri in propinquo erant urbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam urbe, quod ex agris plerumque homines vocabantur à Magiſtratibus, & frequens eorum erat ab agris ad urbem via. Cum quo conſentiens

Ci-

Cicero, à *villa*, inquit, *in ſenatum accerſebantur & Curius, & cæteri ſenes:* ex quo, qui eos quoque accerſebant, viatores nominati ſunt. Plinius l. XIIX. c. III: *Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano Cincinnato viator attulit Dictaturam, ut tradit Norbanus, nudo plenoque pulveris etiamnum ore. cui viator, Vela corpus, inquit, ut proferam ſenatus populique Romani mandata.* Tales tum etiam viatores erant: quibus id ipſum nomen inditum eſt, ſubinde ex agro ſenatum duceſque accerſentibus. Ex quibus locis manifeſtum fit, viatores eoſdem initio, quos accenſos & præcones, fuiſſe: poſtea id nomen minorum magiſtratuum ut Tribunorum plebis & Ædilium apparitoribus eſt attributum. Livius II: *Ardens igitur ira Tribunus viatorem mittit ad Conſulem; Conſul lictorem ad Tribunum.* Idem lib. XXX: *Pecuniam ex ærario ſcribæ viatoreſque ædilitii clam egeſſiſſe per indicem comperti, damnati ſunt.*

XXXII.

Accenſi.

Accenſi ab *acciendo* ſic nominati, quod ad res neceſſarias ſæpe accirentur. Hi, quemadmodum & præcones, populum ad comitia convocabant. Erant & alte-

rius generis Accenſi in exercitu, adjutores centurionum & decurionum, qui illis impeditis vicariam operam præſtarent. quos Optiones poſtea, quod Centurionum arbitrio cooptarentur, & honorem ipſum, Optionatum dixere. Alluſit huc Plautus in Aſinaria: (*Act.* 1. *Sc.* 1.)

Tibi optionem ſumito Leonidam.

XXXIII.

Statores.

STatores à ſiſtendis reis Budæus deducit. ii erant Conſulum atque aliorum jura reddentium nuncii quidam: Proconſulum quoque veluti tabellarii. Cicero Epiſt. Famil. II, XV: *Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi.* Ibidem XVII: *Exiſtimavi tamen faciendum eſſe, ut ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterem.*

FINIS.

Ritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Ritus aliquot Conſulares

EX

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLAR. PONT. LIB. IV.

Elegia IIII.

Ad Sextum Pompeium, Conſulem deſignatum.

COnſule Pompeio, quo non tibi charior alter,
Candidus & fœlix proximus annus erit.
Dixit, & ut læto Pontum rumore replevit,
Ad gentes alias hinc dea vertit iter.
At mihi dilapſis inter nova gaudia curis,
Excidit aſperitas huius iniqua loci.
Ergo ubi Iane biceps longum reſeraveris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit:
Purpura Pompeiũ ſummi velabit honoris,
Nec titulis quicquam debeat ille ſuis.
Cernere jam videor rumpi pæne atria turba,
Et populum lædi deficiente loco:
Templaq; Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota deos:
Colla boves niveos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campus herba Faliſca ſuis.
Cumq; deos omnes, tũ quos impenſius æquos
Eſſe tibi cupias, cum Iove Cæſar erit;

Curia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Curia te excipiet, Patreſque ex more vocati
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore,
Vtque ſolet, tulerit proſpera verba dies,
Egeris & meritas Superis cum Cæſare grates,
Qui cauſam facias cur ita ſæpe, dabit.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.
Me miſerum, turba quod non ego cernor in illa,
Nec poſſunt iſtis lumina noſtra frui.
Qua licet abſentem, qua poſſum mente videbo:
Adſpiciet vultus Conſulis illa ſui.

ELEG. V.

Ad Sex. Pompeium, Cos.

AVt reget ille ſuos dicendo jura Quirites,
Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur.
Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ non ſinet urbis opes.
Aut ut erunt Patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignis Conſule rebus aget.
Aut feret Auguſto ſolitã natoq; ſalutem,
Deq; parum noto conſulet officio.

ELEG. IX.

Ad Græcinum Conſulem Deſignatum.

VNde licet, non unde juvat, Græcine, ſalutem
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naſo vadis:
Miſſaq; dij faciant auroram occurrat ad illam,
Bis ſenos faſces quæ tibi prima dabit.
Et quoniam ſine me tanges Capitolia Conſul,
Et fiam turbæ pars ego nulla tuæ: &c.
Dumque latus cinget ſancti tibi turba Senatus,
Conſulis ante pedes ire juberer eques. &c.
Quoque magis noſcas, quam me vulgaria tangunt,
Spectarem qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.
At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet juſſu victima ſacra tuo:
Me quoque ſecreto grates ſibi magnus agentem
Audiſſet, media qui ſedet æde, Deus.
Thuraque mente magis plena, quam lance dediſſem,
Terquater imperii lætus honore tui. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Mente tamen, quæ ſola loco non exulat, utar:
Prætextam, faſces aſpiciamque tuos.
Hac modo te populo reddentē jura videbit:
Et ſe ſecretis finget adeſſe tuis.
Nunc longi reditus haſtæ ſupponere luſtri
Credet, & exacta cuncta locare fide:
Nunc facere in medio facundum verba Senatu,
Publica quærentem quid petat utilitas.
Nunc pro Cæſaribus ſuperis decernere grates,
Albave opimorum colla ferire boum.
Atque utinam, cum jam fueris potiora precatus,
Vt mihi placetur Principis ira, roges.
Surgat ad hanc vocem plana pius ignis ab ara,
Detq; bonum voto lucidus omen apex.
Interea, qua parte licet, ne cuncta queramur,
Hic quoq; te feſtū Conſule tempus agam.
Altera lætitiæ eſt nec cedens cauſa priori:
Succeſſor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum ſummo, Græcine, Decembri
Imperium Iani ſuſcipit ille die.
Quæque eſt in vobis pietas, alterna feretis
Gaudia, tu fratris faſcibus, ille tuis.
Sic tu bis fueris Conſul, ſic Conſul & ille,
Inque domo binus conſpicietur honor.

Qui

Qui quanquam eſt ingens, & nullum Martia ſummo
Altius imperium Conſule Roma videt:
Multiplicat tamen hunc gravitas autoris honorem,
Et majeſtatem res data dantis habet.
Iudiciis igitur liceat Flaccoque tibique
Talibus Auguſti tempus in omne frui.

Conſulem deſignare Imperator, ſed ſcipionem & faſces dare Senatus ſolet.

Fl. Vopiſcus in Vita Aureliani.

VAlerianus Auguſtus dixit: *Gratias tibi agit, Aureliane, Reſpublica, quod eam Gotthorum poteſtate liberaſti. Abundamus per te præda, abundamus gloria, & iis omnibus quibus Romana felicitas creſcit. Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, coronas vallares quinque, coronas navales duas, coronas civicas duas, haſtas puras decem, vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales ruſſas quatuor, pallia proconſularia duo, togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam. Nam te Conſulem hodie deſigno: ſcriptu-*

ſcripturus ad Senatum , ut tibi deput
ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enir
Imperator non ſolet dare , ſed à Senatu
quando fit Conſul, accipere. Aurelianus di
xit: *Et ego, Domine Valeriane Imperato*
Auguſte, ideo cuncta feci, ideo vulnera pa
tienter accepi , ideo & equos & cantherio
meos laſſavi; ut mihi gratias ageret Reſp. &
conſcientia mea. At tu plus feciſti: ago erg
gratias bonitati tuæ, & accipio Conſulatum
quem das Dii faciant & Deus certus Sol
ut & Senatus de me ſic judicet.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

GEORGII VAVCHOPII SCOTI

De MAGISTRATIBVS VET. POP. ROM.

TRACTATVS.

CONTENTA HOC LIBELLO.

Præfatio de Reipubl. Rom. præſtantia.
Sectio I. De conditu Vrbis Romæ, & Pop. Rom. diviſione prima. Celeres.
Sect. II. Senatus à Romulo inſtitutus. Senatores, & eorundem variæ appellationes. Patronorum & clientium officia. Civiles ſeditiones.
II. Comparatio ſtatus Optimatum & Plebeiorum.
V. Rex Romanus.
Patricii genere & ſanguine. Eorum calcei. Alij è Plebe: &, Quiritium jure donati.
I. Patricij per adoptionem.
II. Patricij degeneres, & plebeij.
III. Vicus Patricius, & Palatina patriciorum habitatio.
X. Plebeij.
Senatores.
I. Quomodo primum creati Senatores.

ſcripturus ad Senatum , ut tibi dep… ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc er… Imperator non ſolet dare, ſed à Sena… quando fit Conſul, accipere. Aurelianus… xit: *Et ego, Domine Valeriane Impera… Auguſte, ideo cuncta feci, ideo vulnera… tienter accepi, ideo & equos & canthe… meos laſſavi: ut mihi gratias ageret Reſp… conſcientia mea. At tu plus feciſti: ago e… gratias bonitati tuæ, & accipio Conſulat… quem das Dii faciant & Deus certus … ut & Senatus de me ſic judicet.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

GEORGII VAVCHOPII
SCOTI
De
MAGISTRATIBVS
VET. POP. ROM.
TRACTATVS.

CONTENTA HOC LIBELLO.

ræfatio de Reipubl. Rom. præſtantia.
ectio I. *De conditu Vrbis Romæ, & Pop. Rom. diviſione prima. Celeres.*
ect. II. *Senatus à Romulo inſtitutus. Senatores, & eorundem variæ appellationes. Patronorum & clientium officia. Civiles ſeditiones.*
I. *Comparatio ſtatus Optimatum & Plebeiorum.*
. *Rex Romanus.*
Patricii genere & ſanguine. Eorum calcei. Alij è Plebe: &, Quiritium jure donati.
. *Patricij per adoptionem.*
I. *Patricij degeneres, & plebeij.*
II. *Vicus Patricius, & Palatina patriciorum habitatio.*
. *Plebeij.*
Senatores.
Quomodo primum creati Senatores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

XII. Ætas legitima. Cenſus Equeſtris, & opes. Inſignia. Patricius plebeij ordinis, &c. Pedarij Senatores.
XIII. Senatorum numerus.
XIV. Senatus auctoritas, & munera.
XV. Quando Senatus dignitas imminuta, & reſtituta denuo.
XVI. Senaculum, & Senatorum locus auguratus.
XVII. Quando Senatus convocari ſolitus.
XVIII. Quomodo Senatus, & per quos convocatus. Deq; honore Conſulis priore loco deſignati.
XIX. Ritus in ſententiis colligendis, & ferendis.
XX. Quibus Senatum ingredi non licebat. De Papirio Prætextato nobili, & perlepida hiſtoria.
XXI. Solennia in ſcribendis Senatuſconſultis obſervata. Differentia inte Senatus Decretum, & Conſultum
XXII. Senatorum ornamenta, ſive inſignia, & dignitas.
XXIII. Cenſus Senatorum. Pauperes etiam in Senatum ob virtutem & continentiam à Cenſoribus lecti. Cenſorum munus. Præteriti Senatores
XXIV. Equeſter Ordo quando inſtitutus & Magiſtratui admotus. Publicani
XXV. Inſtituta Equitum Rom. ſolennia, & ornamenta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

XXVI. *Plebs Rom.& miſera ejus conditio. Ad ſedandam eam, novis rebus ſtudentem, cautela.*
XXVII. *Poteſtas plebeÿ ordinis, adepti Decemviratum, Conſulatum, Dictaturam, Auguratum, cæteroſque magiſtratus, & ſacerdotia.*
XXVIII. *Qui olim vere Nobiles in Rep. Rom. deq; majorum imaginibus.*
XXIX. *De Novis hominibus, & obſcuris.*

PRAEFATIO
AD
GEORGIVM DVGLASSIVM, ELINHELI
Apud Scotos Equitem illuſtriſſimum.

QVatuor Reſpublicas præ cæteris maxime celebres, ac moribus, inclytiſque inſtitutis inſignes fuiſſe, accepimus; utpote Cretenſium, Athenienſium, Lacedæmoniorum, & Romanorum. Priores tres ante Romanam Rempublicam floruerunt. Cretenſis Reſpublica omnium antiquiſſima dicitur, nobilitata legibus Radamanthi & Minoïs. Sed hic bene inſtituiſſe eam fertur. Nam faciendis judiciis, & ferendis legibus aſſiduus atque integer, per novennium legibus emendandis operam navavit. Athenienſis Reſpublica primum

Draconis legbus, non atramento ſed ſanguine ſcriptis, inſtituta eſt: deinde his propter nimiam aſperitatem obliteratis, Solon multo mitiores humanioreſque dedit, & conſtituto Areopagitarum concilio, cives bonos mores edocuit. Lacedæmoniorum Rempublicam Lycurgus inclitus legiſlator, ſenatum ex trecentis componens, regi, magiſtratibus, & populo peculiaria officia imponens, ita inſtituit, ut Spartani legibus moribuſque ab eo introductis utentes, annis fere DC in Græcia floruerint, cum æquitate, tum gloria: ubi vero ejus inſtitutis neglectis, ad luxum, delicias, & pecuniarum aviditatem deſciverunt, gloriam ſimul cum libertate amiſerunt. Romanam autem Rempublicam ſuperioribus pacis bellique legibus, ac diſciplina longe præſtantiorem, primus inſtituit Romulus urbis conditor: eam deinceps præclaris inſtitutis auxerunt Reges & Magiſtratus, æquitatis, honeſtatis, ac virtutis amantes. Qui ad ſe hæc magnopere pertinere ſemper exiſtimabant; primum utilitatem civium tueri, & ad eam quicquid agerent referre, obliti commodorum ſuorum: deinde totum Reipublicæ corpus curare, utpote ſenatum & plebem, pauperes juxta divites; ne partem aliquam corporis tuendo curandoque, reliquas

de

ſererent, neve parti civium conſulen-
o, partem negligendo, ſeditiones & ſe-
ſſiones, diſcordiaſque civiles nunquam
on peſtiferas moverent: Præterea, domi
ilitiæque cives ad virtutem cohortari,
s juſta, honeſta, utilia, & quid oporte-
t facere, præcipere; præceptis non au-
entes, virgis aut ſecuri punire; & quod
s efficacius eſt, integræ vitæ & virtutis
ecimen in ipſis exhibere, id eſt, labore,
pientia, modeſtia, juſtitia, continentia,
ugalitate, ac fortitudine eos quibus præ-
ant anteire. Nam magiſtratuum, prin-
pum, & regum vita, mores factaque in
nnium ita ſunt oculis, ut quam facilli-
e ab iis bona aut mala hauriantur.
uales enim ſummi in Republica, tales
eteri cives eſſe ſolent: Itaque meliores
idem cives leges ſcriptæ efficiunt; ſed
agiſtratus, principis, & regis vita, mo-
ſque, illos magis flectere, quam edicta
lent. Siquidem bonum magiſtratum,
incipem, & regem, dicimus eſſe ὁλέ-
οντα νόμον, quod videat, moderetur,
niatque delinquentes, nec ſinat civem,
amvis nobiliſſimum, concivis, quam-
s infimi, ſanguinem haurire; vel eum
juria gravi afficere. Itaque cum fue-
nt boni Rom. reges, Romulus, Numa,
artius, Hoſtilius, Servius, Priſcus; ma-
Bb 3 giſtratus,

giſtratus, ut Bruti, Horatii, Publicola
Agrippæ, Fabii, Cincinnati, aliique in
numerabiles: boni quoque fuerunt priſ
illi Romanæ civitatis cives. Quorum hę
erant: famem, ſitim, frigus, calorem, la
borem omnem, & militiæ duritiem tol
rare: in prælio aut vincere, aut occum
bere: domi militiæque bene parere ma
giſtratibus: alienam virtutem, quam v
tia imitari, & virtutum omnium exem
pla imitatione quam digniſſima eder
Quæ profecto nuſquam plura majora
que, quam in Romanæ civitatis monu
mentis reperientur. An fortitudinem
juſtitiam, fidem, continentiam, fruga
litatem, contemptum doloris ac morti
divitiarum humanarumque rerum, me
lius alii docebunt; quam Horatii, Mu
tii, Cincinnati, Fabii, Camilli, Catone
Scipiones, Reguli, Fabricii, Curii, Decii, a
liique innumerabiles? Quantum eni
Græci præceptis valent, tantum Roma
ni (quod eſt majus) exemplis. Siquidem
Athenienſes ſciebant crebris diſputatio
nibus, ac Philoſophorum monitis, qu
recta eſſent & honeſta, ſed facere nequ
bant; ut dixit legatus ille Lacedæmonio
rum, qui ſeni cuidam Athenienſi defeſ
ſuum in theatro locum conceſſerat, cu
Athenienſium nemo ei aſſurgeret, a
ſenectuti reverentiam exhiberet. No

e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cæterorum Græcorum luxuria, atque
ſidia; quibus Lacedæmonios etiam
jungo, poſtea quam contemptis Ly-
rgi legibus cæterorum ſimiles effecti
nt, qui antea cum Athenienſibus ſæ-
us quam Græcorum reliqui præclara
inora edidiſſe traduntur. Priſcos au-
n Romanos illos voco, qui ante Nu-
antiæ ac Carthaginis excidium fuere.
ibus vita fuit ſæpius in negotio, quam
o; qui maluere hoſtem ferire, quam
em; magiſtratibus inermes parere,
am armati reſiſtere; magiſtratus ſine
co ac fallaciis ſecundum leges petere,
am vi aut corruptelis contra leges oc-
pare; ſobrie ac continenter, quam lu-
rioſe ac inſolenter vivere; de pauper-
te, quam cumulatis opibus gloria-
. Vbi vero Pœnorum ac Numanti-
orum timor ſublatus eſt, atque Græ-
orum luxuria, Macedonum gaza, A-
aticorum deliciæ civitatem invaſere,
m Romani militiæ aſperitatem aver-
ri, domi otium quærere, & luxu-
ari; optimates tenuiorum commo-
a non defendere, ſed divellere; ma-
iſtratus ad ſuum quam publicum
mmodum cuncta agere, cives non æ-
uitate ſed vi continere, judicia pre-
o addicere, luxuriam tota urbe graſ-
ntem non diſſuadere, ſed alterius Rei-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

publicæ partis, videlicet plebis favorem corruptelis multifariis conciliare, ad poteſtatem ipſorum vel continuandam, vel augendam, vel tuendam; inter magiſtratus quoque ipſos & cives, exiſtere graves controverſiæ, naſci multæ injuriæ, fierique magnæ contentiones ob principatum cœperunt. Adhuc tamen uſque ad Imperatorum ætatem priſtinæ virtutis morumque veſtigia aliqua nonnulli retinuerunt. Nam cum civium proſcriptorum bona occupanda (bona malis artibus & ſcelere nefando capta) prædia amœna poſſidenda, locupletes domos diripiendas Romanæ plebi Marius dediſſet & Cinna, vulgi etiam rudes animi ac humana ſoliti reſpectare, alienis laboribus partis adeo pepercerunt, ut nullus egens reperiretur, aut infimus qui de civili luctu fructum contrectare pateretur ſibi conceſſum. Denique Imperatorum ſeculo in quos mores delapſus ſit populus Romanus, qui

Quondam armis terras, ratibusq; ſubegerat undas,
Atque iidem fines Orbis & Vrbis erant,

declarant monumenta eorum, qui Cæſarum vitas deſcriptas poſteritati reliquerunt. Certe quales ſceleſtiſſimi ac impuriſſimi illi Imperatores; tales fuerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

cives majorum diſciplinæ prorſus immemores. Vnde merito tunc dicere potuere & ipſi cives:

Hei mihi quo Latiæ vires, Vrbiſq́; poteſtas
Decidit? in qualem paulatim fluximus umbram?
Moribus antiquis ſtat res Romana viriſque:

& ipſa Roma:

Armatis quondam populis, patrumque vigebam
Conſiliis: domui terras, hominesque revinxi
Legibus: ad ſolem victrix utrumque cucurri.
Poſtquam jura ferox in ſe communia Caſar
Tranſtulit: elapſi mores, deſuetaque priſcis
Artibus, in gremium pacis ſervile receſſi.

Quare GEORGI DVGLASSI, Elinheli Eques illuſtriſſime, non de Romanis, qui ſub Imperatoribus jugo ſervitutis, ac tyrannide preſſi fuerunt, quorum mores non tantum legere me tæduit, verum & exſcribere puduit; ſed de ſtatu illius Populi Romani, qui ante deletam Carthaginem, ſaltem ad tyrannicum Cæſarum dominatum vixiſſe dicitur, Tractatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

inſtitui: quem in lucem jamprimum editum, tuoque nomini dicatum ad te mitto. De tuis rebus geſtis alias dicam. Nec hic in ſingularem tuam prudentiam ac rerum experientiam, vitæ integritatem, pietatem, fidem in Principes, humanitatem in omneis, excurram; ut facere ſolent plerique in ſuis nuncupatoriis ſcriptis, laudes eorum quibus aliquid dedicant, limato orationis ſtilo complectentes. Cæterum hoc unum abs te magnopere peto, ut qua hilaritate præſentem me amplexari ſis ſolitus, eadem abſentis libellum accipias; eumque vindices à calumniis illorum, qui ſæpenumero me & theonino dente lacerare, & ob ætatem nondum legitimam contemnere, & ſupra, eam quaſi excelſa quædam agentem temeritatis inſimulare haud deſinunt. Ex Muſæo, XII Auguſt. anno Domini cIↃ IↃ VC.

SECTIO I. Romulus natus annos XIX, vel, ut alii volunt, XVIII, Vrbis Romæ fundamenta jecit, anno Mundi ſecundum LXX Interpretum ſupputationem, 4580: ſecundum Hebræorum, 3214: ſecundum vero Origenis & Euſebii, 4450. ſeptimæ Olympiadis anno primo, utpote poſt quatuor & viginti annos quam prima conſtituta fuerat. circa quod tempus Athenis principes, quos

Ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Archontas ſeu Medontidas vocarunt, non pro toto vitæ tempore, ut antea, ſed decennio regnare cœperunt; quorum primus fuit Charops. Poſt Trojanam ruinam, CDXXXIII. ante Chriſti nativitatem DCCLI. Fundamenta, inquam, jecit, XI Kal. Maii, hoc eſt, XX Aprilis inter ſecundam & tertiam horam ejus diei. quo die, quia Natalis patriæ habebatur, ſine ſanguine ſacrificabant, atque à paſtoribus in agris Palilia celebrabantur;

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Vbi autem Vrbem in Palatino monte cœptam abſolviſſet, duo jugera viritim, non majorem modum, primincolis attribuit. Ii haud multo plures erant bis mille peditibus, & pauciores trecentis equites. Porro eos qui militari ætate erant, in legiones (inde dictas, quod pugnaces belloque apti ex omni multitudine legerentur) diſtribuit: Reliqui populi nomine cenſebantur, & demotici ſive plebeii vocabantur. Vniverſam multitudinem in triginta curias diſtribuit, quo per curiarum ſententias Reip. curam expediret: quibus qui præerant, Curiones dicebantur: eaſque virginum Sabinarum raptarum nomine nominavit. Similiter apud Græcos plebs in phratrias ſive lochos dividebatur,, & præfectos ſuos habebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

habebat phratriarchos ſive lochagos. Ex ſingulis xxx curiis denos armatos, ad cuſtodiam corporis, cum in pace tum bello, Romulus elegit, quos vel à celeritate opis ferendæ, vel à Celere eorum tribuno, Celeres appellatos eſſe fama eſt, quorum alii equites, alii pedites fuerunt, ſi Dionyſio credendum, quique per urbem haſtati Regem comitabantur, & juſſi mandata obibant: in militia vero ante ſigna veluti protectores collocati, prælium primi inibant & poſtremi ſe recipiebant. Hunc morem Romulus à Lacedæmoniis accepiſſe videtur: quandoquidem apud illos fortiſſimi ac generoſiſſimi quique juvenum erant in cuſtodia regia, quibus in pugna Reges utebantur protectoribus, equeſtri atque pedeſtri prælio idoneis.

SECTIO II. Romulus populo in curias diſtributo, centum, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, quique genere, prudentia, inſtituto vitæ, virtute, atque divitiis excellebant, Reipublicæ cauſa delegit. quos vel ab ætate Senes, (unde Senatores) vel honore, vel curæ ſimilitudine, vel à patrocinio & ope ferenda, vel quod patres ſuos demonſtrare poſſent, nobili quiſque ortus genere, vel à comite quondam Evandri, qui Patroni nomen meruerat,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quod imbecillorum curam geſſiſſet, eiſque præſidio fuiſſet, Patres appellavit. Propterea variis nominibus à Scriptoribus vocantur: ut Senatores, Patres, Patroni, Patricii, Conſiliarii, Conſcripti, Allecti. Senatores à ſenectute: Patres quod paterno ſtudio Reipublicæ curam ſuſciperent, tenuioribuſque agrorum partes ſeu liberis propriis attribuerent: Patroni, quod præſidium ac opem inferioribus ferrent: Patricii, quod Patribus eſſent orti: Conſiliarii, quod civibus & Reipublicæ conſulerent: Conſcripti, quod ſcriptis eſſent adnotati: Allecti vero, quod propter inopiam ſenatorii ordinis, ex equeſtri ordine in Senatorum ordinem adſumpti eſſent. Ovidius ab ætate & ſenio Senatores, Patreſque dictos putat:

Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros,
Nomen & ætatis mite Senatus habet.
Romulus hoc vidit, ſelectaque corpora Patres
Dixit: ad hos Vrbis ſumma relata nova eſt.

Dionyſius arbitratur Patres dictos, propter & ætatem, & generis nobilitatem, & quod haberent liberos: unde illorum filii (Athenienſium more, qui ſummo loco natos eupatridas, obſcuro agroicos vocarunt) Patricii dicebantur. Athenienſes

ſes enim bifariam diſtincta multudine
patricios nuncupabant ex claris ortos fa
miliis & potentes opibus, penes quo
fuit Reipublicæ gubernaculum: cætero
vero cives, ruſticos & agreſteis, quibu
nullum erat in civitate ſuffragium. I
intelligi debet de Athenienſium Reip
ſtatu, qui Romuli tempore florebat
Siquidem poſt, non penes optimates &
illuſtres, ſed plebem, obſcuros & infi
mos quoſque, fuerant ſuffragia & civi-
tatis regimen. Verum ex Plutarchi &
Zonaræ ſententia, is probabilius ſenti-
re, ac proxime ad Romuli mentem ac-
cedere, videri queat, qui eum nomine
Patriciorum & Patrum ſignificare vo-
luiſſe crediderit, principibus & poten-
tiſſimis civitatis, humiliores patria cura
complectendos eſſe, ſimulque plebem eo
perducere ſtuduiſſe, ne ſuperiorum ac
primatum honoribus inviderет, ſed fa-
veret potius iis, quos Patres & putaret,
& appellaret. Sic Plutarchus: Illud mi-
hi probabilius videtur, ſi quis opinetur
Romulum decreviſſe, primores & po-
tentes oportere paterno officio & indul-
gentia, humiliorum cauſam in fidem
ſuam curamque ſuſcipere: ſimulque quo
cæteros edoceret, ut tutiorem ſibi vi-
tam in eorum præſidio vivendam ſta-
tuerent, neque quibus virtute cede-
rent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

rent, eorum honoribus angerentur, ſed benevolo & amico animo in eos ſorent, Patreſque illos honoris gratia appellarent, & eſſe opinarentur, idcirco eo nomine appellaſſe. Hinc Feſtus Patres ſenatores ideo appellatos ait, quia agrorum partes, tenuioribus ut liberis propriis attribuebant. & omni fere Reipublicæ Romanæ tempeſtate, exteræ nationes devictæ, aut ſocietate conjunctæ, ex ſenatorio ordine patronos ſibi ſolebant adoptare, & duces eos, & ſalutis bonorumque defenſores, nominare. Romulus certe ne qua invidia inter proceres & inferiores oriretur, commendavit Patriciis plebeios, optione cuique & vulgo data, ut quem vellet patronum ſibi legeret: atque tutelam pauperum ac humilium patronatum nominans, commoda utriſque officia addidit. Quæ hujuſmodi fuiſſe cum Plutarcho Dionyſius tradit: Patronos oportebat clientibus reſpondere de jure, cujus illi rudes eſſent, & abſentium æque ac præſentium curam gerere, facientes quicquid pro filiis parentes ſolent facere. Quod ad pecunias & contractus pertinet, & lites pro affectis injuria clientibus ſuſcipere, ſi quis præter pacta detrimentum acciperet, & ſuſtinere accuſatoris impetum: & ut compedio dicam, quietem eis,

qua

qua maxime opus haberent, parare à privatis, publicisve negotiis. Viciſſim clientum erat, patronos juvare elocantes filias, ſi his parum eſſet pecuniæ, & ab hoſte captivos redimere, vel ipſos, vel eorum filios: privatarum quoque litium perditarum æſtimationes, & mulctas publicas pecuniarias pro eis ſolvere, idque ſumptu proprio, non quaſi fœnoris loco, ſed ad referendam gratiam: publicorum quoque impendiorum, quæ magiſtratuum honorumve cauſa fiunt, eſſe participes, non ſecus quam conjunctos genere. Commune autem utriſque erat, ne fas eſſet alteris accuſare alteros, aut adverſum dicere teſtimonium, ferreve ſuffragium, aut cenſeri inter inimicos. Quod ſi quis deprehenſus fuiſſet aliquid horum facere, tenebatur lege De proditoribus, quam ſanxit Romulus, convictumque ejus criminis, cuivis licebat ut Diti ſacrum interficere. mos enim erat Romanis, quos vellent impune occidi, eorum corpora devovere Deo cuipiam, præcipue Diis inferis, quod fecit Romulus. Quapropter per multas ætates permanſerunt mutua patronorum & clientium officia, haud ſecus quam cognatæ neceſſitudines, poſteris per manus tradita: Et maxima laus erat nobilium, habere clientes quamplurimos, tam hæ-

redita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ditariarum tutelarum quam parta-
m induſtria virtuteq; propria; ingenſ-
ue certamen erat utriſque, ne vinceren-
r mutua gratia & benevolentia, dum
ientes nullum patronis negant mini-
erium, viciſſim patroni nullo corrum-
i poſſunt pretio, ut clientes moleſtari
nerent. Tanta illis erat in omni vita
mperantia, & felicitatem virtute, non
rtuna metiebantur. Nec tantum in
ſa Vrbe plebs tuta erat Patriciorum
atrocinio, ſed & coloniarum, & ſocia-
im ac amicarum civitatum, & bello
ubactarum, quęque ſuos habebat in Vr-
e patronos, quoſcunque vellet è Patri-
us & Romanis civibus: & ſæpenumero
natus, controverſias civitatum ac
ntium ad earum patronos remiſit,
rumque judicia rata habuit. Siqui-
em priſci Romani magiſtratus Impera-
reſque ex una hac re maximam lau-
em capere ſtudebant, ſi provincias, ſi
cios æquitate & fide defendiſſent: id
uod patrocinium orbis terræ verius,
uam Imperium poterat nominari.
oſtremo, quo vinculo patroni ac clien-
s connectebantur, eorumque mutua
fficia quanti habebantur, ex eo intelli-
ere poſſumus; quod priſci Romani ſan-
tius habuerint defendi clientem, quam
gnatum aut affinem non fallere: ad-

verſus cognatos pro cliente teſtari,quam adverſus clientem pro cognatis : quod existimarint patrem primum, poſtea patronum proximum nomen habere, atque poſt pupillos omnibus officiorum modis eſſe juvandos. Poſt pupillos defendendos eſſe dico, quia conſtat ex moribus Pop.Rom. primum juxta parentem locum tenere pupillos debere, fidei tutelæque noſtræ creditos: ſecundum eos proximum locum clientes habere, qui ſeſe in fidem patrociniumque noſtrorum dederunt: tum in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos & affines, quam quam apud Gellium Maſurius Sabinus lib. Iuris civilis III, & C. Cæſar, tribuant antiquiorem locum hoſpiti, quam clienti. Ab his initiis ex auctoritate Romuli, firma Romana adeo coaluit concordia, ut per ſexcentos & triginta annos nunquam inventum ſit, clientes & patronos cum armis per urbem & comitia volitaſſe, aut honores & magiſtratus adhibita violentia petiiſſe: nunquam ventum ſit ad cædem & ſanguinem, multæ licet ac magnæ inter plebem & ſenatum exortæ controverſiæ di Republica & ſeditiones, factæ extiterint: ſed Patricii ac Plebeii parentes, & monentes mutuum, & partim concedentes, partim impetrantes à volentibus

bus, per expoſtulationes civiles componebant negotia, tollebant controverſias, ſedabant ſeditiones, mitigabant factioſos. Ex quo autem Tiberius & Caius Gracchi poſt Carthaginis excidium tribunatum plebis adepti, perturbarunt civitatis concordiam pernicioſis ſuis actionibus, abalienarunt plebem à Senatu, ſtimularunt pauperes in divites, effecerunt humiles abſque reverentia optimatum imperium & juſſa detrectare: ex quo (inquam) hæc evenerunt, præclara illa Romuli inſtituta cum bono & tranquillo Reipublicæ ſtatu ceciderunt, cives urbe in viſcera ſua armatâ abſque ſatietate ſe invicem occiderunt, ex urbe alii alios ejecerunt, ejectorum bona proſcripſerunt, nullum nefas non patrantes modo inimicos viciſſent.

SECTIO III. Romulus cum populum novum in XXX curias diſpoſuiſſet, & C Patres quo publicum conſilium inſtitueret, ſelegiſſet, & Plebi & Patribus ſua munia addidit. His, ſacra, auſpicia, judicia, honores & magiſtratus, curiam & totius Reipublicæ curam commiſit. Plebeios autem dignitatibus vacuos, à muneribus publicis excluſos, quæſtuoſas artes exercere atque agros colere, voluit. Hi exercitus ducebant, illi ſub eorum ductu militiæ labores & diſcrimina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſubibant: hi gentes habebant, illi ſine gentibus erant: hi poſt exactos Reges, Dictaturam & Conſulatum, id eſt Regium imperium, divina, opes, decus, gloriam, & (quod omnium injuſtiſſimum eſt) in plebem vitæ neciſque poteſtatem, donec ejus ſacroſancti defenſores crearentur, habebant: illi vero à ſacris excluſi; honorum omnium expertes, egeſtate laborantes, ære alieno oppreſſi, vitam inhoneſtam agebant, nihilque præter miſeram animam & eam Patriciorum dominationi obnoxiam, poſſidebant. denique Patricios, ſi deliquiſſent, nobilitas, majorum præclara facta, & imagines, divitiæ, præſidia clientum, cognatorum, affinium & gentilium (ſoli namque gentem habuerunt) vires & opes, duriori animadverſioni ſubtrahebant: Plebeii vero omnibus his deſtituti, ſi in ære non habuiſſent, corpore perferebant.

SECTIO IV. Sed populi Romani conditionem, quia operis inſtitutio poſtulat, apertius & copioſius perſtringam, & cujuſmodi illa Romuli, & deinceps Regum ac mutatæ Reipublicæ tempore fuerit, demonſtrabo. Ego omnem Romanorum civium ſtatum tribus Diviſionibus perpenſis, quam facillime intelligi poſſe autumo. Quarum una ad genus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nus & ſanguinem; altera ad ordinem & cenſum; tertia ad honores pertinet. Siquidem omnes cives Romani vel Patricii aut Plebeii ſunt: vel Senatores, Equites, aut de plebe, vel Nobiles, aut Novi. Quid de Rege? Rex nec erat ſenator, eques, plebeius, nec ullo ordine eſſe cenſetur, verum cum Patriciis & Plebi, cunctiſque populi ordinibus præſideret, cum tributa, honores, dignitates, atque magiſtratus in manu ſua haberet, ordinum ac magiſtratuum culmen habetur: ſicut Pontificatus ſive Papatus ſacerdotium non eſt, ſed ſacerdotiorum omnium culmen & faſtigium, ut volunt Canoniſtæ. Regis eximia munia hæc eſſe voluit Romulus. Primum ut ſacra curaret atque ſacrificia, & ageret quicquid ad placandos Deos attinebat. Deinde ut legum ac morum patriorum haberet cuſtodiam, & juris, ſive naturalis, ſive quod ſcripta & pacta continet: Vtque de injuriis graviſſimas cauſas ipſe decerneret, leviores permittteret ſenatoribus, providendo interim ne quid peccetur in judiciis: utq; ſenatum cogeret per præconem, populum cornibus bubulis in concionem convocaret: primus ipſe ſententiam diceret; quod pluribus placuiſſet, ratum haberet: ejus præterea ſummum imperium in bello eſſet. Auctor Dionyſius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

SECTIO V. Patricii dicuntur, qui à priſcis ſenatoribus ſunt oriundi. Priſci autem ſenatores fuerunt centum illi primi, quos Romulus ob curam Reipublicæ ſelegit, qui majorum gentium: & centum illi quos Tarquinius Priſcus addidit (Livium hîc ſequimur) qui minorum gentium: & centum illi quos liberata Republica Brutus delegit, qui Patres-conſcripti ſunt appellati. Hic trecentorum numerus manſit in Republica uſque ad tribunatum C. Gracchi, perniciosiſſimi civis. Illi, quotquot in curiam electi erant, gentes & familias ſimiliter Patricias appellatas conſtituerunt. Patricii itaque proprie nominantur, qui primis patribus & adſcriptis ſunt geniti. Quamobrem Patricii calceos urbanos (in hoc à plebe differentes) geſtarunt & corrigiarum implexione & forma literæ adornatos, ut à primis patribus & ſenatoribus orti eſſe viderentur. Literam autem fuiſſe tradunt R, ſive quod ea apud Græcos centenarium numerum ſignificet, ſive quod prima nominis Romani & Romuli ſit litera. Alii dicunt, Romulum tales calceos patricios quatuor corrigiarum, quibus inſuta erat luna, reperiſſe; lunam autem in eis non ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificaſſe: quod

initio

nitio patricii ſenatores centum fuerint: lii ferunt eos calceis mulleis allucinatis ſos fuiſſe, cum cæteri perones induerent. Nonnulli quoque non patrum ſanguine prognati patricii habebantur; ut i qui in patrum & patriciorum album cum ſuis familiis traducti, patriciatum, d eſt, jus ſacra peragendi, magiſtratus ineundi, Reipublicæ rationes ſubeundi, ſingulari ejus beneficio penes quem ſumma rerum & poteſtas & adminiſtratio fuerat, conſequebantur. Traducebantur vero, vel à Regibus, vel à populo, vel ab Imperatore. Nulli enim non genere nec ſanguine Patricii, hanc dignitatem obtinebant, niſi nominatim Regum, Populi, aut Imperatorum cooptatione & meritis allecti eſſent. Livius lib. IIII Romulum Sabinos & ſubactas à ſe gentes novæ urbis civitate donaſſe accepimus. Patricios enim ex iis quoſdam fecit ac in ſenatorū numerum legit. Tullus Hoſtilius, everſa Alba, familias Albanas, Iuliam, Geganiam, Meteliam, Quintiliam Romam traduxit, & inter patricias conſtituit. Ancus Martius Lucumonem Etruſcum in ſenatum adſcripſit. Priſcus Tarquinius Servium Tullium Corniculanum in Patriciorum numerum aſcivit, eum ſibi quoque generum aſſumpſit: qui poſtea Rex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Octaviam familiam in patricias tranſtulit.

Liberata autem regio dominatu Republica, L.Iunius Brutus, P.Valerius Publicola Conſules, ſummo omnium conſenſu, præcipuos ex plebe allegerunt in Patriciorum ordinem ac familias, & ex his ſenatum ſuppleverunt ad trecentorum numerum. Ante Brutum & collegam ejus, fueruntne trecenti patricij? Fuerunt equidem ſub Tarquinio Priſco Romanorum Rege quinto. Nam is ſtatim ut principatum accepit, ad conciliandum ſibi plebis favorem, ſelectos ex omni plebeiorum numero viros centum, ſpectatæ vel fortitudinis vel prudentiæ, in Patriciorum primo allectos ordinem, Patrum etiam adſcripſit numero: ac tum primum Roma trecentos Patricios habuit, qui ducenti ante fuerant. Auctor Dionyſius. Ante Priſcum Tarquinium quis ducentos conſtituit? Romulus ipſe: nam ante virginum raptum, ex multitudine illa, quam ſecum habebat, ad perficiendam Reipublicæ formam centum elegit; qui ſenatum conſtituerent; deinde ex Sabinis in civitatis ſocietatem acceptis centum in Patricios legit. Sic centum erant Patricii Romani nominis, totidem Sabini: Reges tamen Romulus & Tatius, non ſtatim communiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ter de Republica; ſed cum ſuis uterque
ntum Patribus ſeorſum deliberarunt:
einde in locum unum omnes convene-
e. Auctor Zonaras. Actium Clauſium
qui deinde Appius Claudius dictus eſt)
uſſu populi & ſenatus Patricium factum
Dionyſius his verbis reliquit. Ap. Clau-
ius Regillum oppidum Sabinorum tunc
nhabitans, vir opulentus & nobilis,
ransfugit ad eos cum tota cognatione,
omitatus inſuper multis amicorum &
lientium familiis, in quibus erant circi-
er millia quinque, militaris ætatis armis
erendis idonei: & expoſita migrationis
auſa eum populus inter Patricios ad-
cripſit. Sic Livius lib. x. Sabinum ad-
renam principem nobilitatis veſtræ, ſeu
Appium Claudium mavultis, illi anti-
qui patricii in ſuum numerum accepe-
runt. Quibus verbis innuit, eum rece-
ptum non ſuffragiis populi, ſed coopta-
tione ſenatorum. Ap. Claudius ille pru-
dentia gerendæ Reipublicæ in principum
dignitatem pervenit, ac gentem Clau-
diam reliquit, quæ tempore longiſſimo
floruit ſummam adepta auctoritatem.

Redacta Republica ad Imperatoriam
ac nomine mutato Regiam poteſtatem,
primus C. Cæſar, mox Octavius Augu-
ſtus tum Senatum ſupplevere, tum patri-
ciorum numerum & familias ſublegere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Denique Claudius Imperator conſumptis fere familiis, quas Romulus, Tarquinius Priſcus, & Iunius Brutus conſtituere, exhauſtis ſimul quas Dictator Cæſar lege Caſſia, & Auguſtus lege Senia ſubſtituere, vetuſtiſſimum quemque è Senatu in Patriciorum ordinem allegit. Itaque Romani, Reges, Conſules populi juſſu, Imperatores, conſueverunt & plebeios cum familiis inter patricios referre, & exterarum nationum partim armis ſubactarum, partim ſociarum, nonnullos in Patriciorum numerum aſſumere, alios civitate ac Quiritium jure donare; volentes permultos Imperii defenſores habere, & urbem civibus reddere frequentem; recedentes in hoc quam longiſſime à Grecorum moribus, Athenienſium, Corinthiorum, Lacedæmoniorum, Thebanorum, qui ob retinendam nobilitatem generis, vel nullos, vel raros, in jus civitatis admittebant. Maximum enim illi præmium exiſtimabant, civitatis ſuæ jus & honores peregrinis tribuere. Corinthii Alexandro Magno per legatos jus ſuæ civitatis: Item & Athenienſes T. Pomponio Attico, detulerunt. Alexander primum ſpreto munere legatos riſit, mox cum illi dicerent, ſe nulli civitatem unquam donaſſe præterquam ipſi & Herculi, lubens accepit

oblatum honorem, cum propter raritatem, tum ob ſocietatem cum Hercule. At Pomponius & Athenienſes ſtatuam ſibi ponere noluit, & urbis Athenarum jus ac honores oblatos recuſavit, ne Quiritium jura perderet; quod civitas Romana alia aſcita amitteretur. Supradictus Romanorum mos à Romulo fluxit, qui bello captos vetuit necari, aut ſub haſta venundari: ſed eos in ſocietatem urbis introduxit, aut alio modo ſibi obnoxios ac fidos reddidit. & extraneorum in civium Romanorum numerum adoptatio gratuita, permanſit ad Claudii Imperatoris dominatum: ſub quo primũ Romana civitas emi ab exteris cæpit.

SECTIO VI. Nonnulli præterea à Patriciis in liberorum locum aſſumpti in patricios per adoptionem tranſiere. Nam cum in adoptantium familiis eſſe cœpiſſent, adſumptis patrum adoptantium nominibus, familiæ Patriciatum, dignitatis videlicet jura & privilegia, ſibi adſcripſere. Adoptatus enim adoptantis conditionem ſequi neceſſe habuit. Teſtis nobis ſit M. Brutus plebeius, à Q. Cœpione patricio adoptatus, & Q. Cœpio Brutus dictus. Nam adoptatus retento ſuo gentilitio nomine, nomina illius vel duo plurave, vel omnia, à quo adoptabatur, ſumere conſuevit.

Quin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Quinimo qui adoptabantur, vere patric[ii]
meo judicio vocari non poſſunt. Quipp[e]
nulli non patricii ſunt gentiles, & omne[s]
gentiles ſunt patricii, quod ipſi ſoli gen[-]
tem haberent, (auctor Livius lib. x) und[e]
majorum & minorum gentium ſunt di-
cti. Gentiles vero dicuntur (auctore Scæ-
vola) qui inter ſe eodem ſunt nomine &
ab ingenuis oriundi, quorum majorum
nemo ſervitutem ſervivit, & qui capite
diminuti non ſunt. Sicut igitur nec li-
berti, manumiſſione aſſecuti domino-
rum prænomen & nomen gentilitium
(conditionem patronorum ac familiæ
jura non ſumebant) in alienam gentem
tranſeuntes, Gentiles: ita nec adoptione
in alienam gentem ac familiam migran-
tes, apte Gentiles ac conſequenter Pa-
tricii dici poſſunt: Illi quod ſervitutem
ſerviſſent, iſti quod capite eſſent dimi-
nuti. Adoptio enim eſt quædam capitis
diminutio. Liberti non tantum, ſed ne
libertini quidem inter Gentiles ſive Pa-
tricios aſciri poterant; tum quia eorum
parentes ſervitutis jugum ſuſtinuerunt,
tum etiam quia Sabinus, libertinos ab
ingenuis adoptari jure poſſe, ſcripſit.
Sed id neque permitti dicit, neque per-
mittendum eſſe unquam cenſuit: ut ho-
mines libertini ordinis in jura ingenuo-
rum ſeu patriciorum invaderent. alioqui
ſi ju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

juris iſta antiquitas ſervata eſſet,etiam
ervus à domino per prætorem dari in
doptionem poſſet.

SECTIO VII. Nos porro latere non
ebet, pleroſque ut acceptos inter pa-
ricios fuiſſe: ita aliquos è patriciis exi-
iſſe, & ad plebem ſe contuliſſe. Con-
rmet hoc primum gens Octavia,quam
ulius cum ad plebem ſe tranſtuliſſet,
n patriciatum reduxerat. Deinde L.Mi-
utius Augurinus & P.Cornelius Do-
abella patricii, qui ad plebem ſe contu-
erunt. Quemadmodum adoptione pa-
ricii fieri, ſic & deſinere eſſe patricii,ſo-
ebant: P.Scipio patricius Q.Metello ple-
eio, & P.Claudius M.Fronteio ſimili-
er plebeio ſe tradiderunt, familiaſque
uas plebeias reddiderunt. Hujuſmodi
amen ego quodammodo è patriciis non
xire arbitror. Patricio enim ſanguine
atum, patricium non eſſe, dicere eſt
dynaton.fortuna non mutat genus; ni-
eorum originali conſiderationi omni-
o adverſari (namque Reipublicæ patre
enitus patricius dicebatur)aut adoptio-
e ac jure civili ſanguinis jura tolli, aſſe-
erare velimus. Quid igitur aufert tranſi-
o in familiam inferiorem?Patriciatum;
eſt, jus, honores ac magiſtratus adi-
ſcendi, curiam adeundi, (tempora
eipublicæ prima reſpicio) priſtinæ di-
gnitatis,

gnitatis, etiam in omni floreſcentis Rei-publicæ ſtatu, ſplendorem. Quippe alteri inferiori ſe adoptandum dando, juri dignitatis & eminentiæ, ſanguinis privilegiis à Romulo introductis, à reliquis deinceps Regibus confirmatis, à populo & Imperatoribus receptis, renuntiaſſe videtur. Quid aliud P. Clodius M. Fonteio plebeio ſe tradendo cogitavit, quam decus & familiæ excellentiam Ciceronis ulciſcendi gratia cum dedecore repudiare, ad tribunatum plebis aſpirare, cum nemo lege, plebis defenſioné tutelamq; præter plebeium, ſuſcipere auderet? Tribunatum ut aſſecutus eſt, omnem bilem in Ciceronem evomuit, nauſeam & virus omne nauſeavit, & quicquid potuerat, fas an nefas eſſet ſine diſcrimine conſiderando, in eum quam inhumaniſſime exercuit. Quocirca iſti Patricii id eſt ſanguine patrum & patricio ordine geniti remanentes, curiam & magiſtratus primis Reip. temporibus, mediis etiam patriciorum ordinem, & familiæ prærogativam, amittebát: illi vero genere plebeio orti, plebeii reſidentes, per eos adoptione amiſſa, adoptione acquirebant: poſterioribus autem Reipubl. temporibus, patricius inferioris dignitatis homini veluti plebeio in adoptionem datus, nec amittebat familiæ dignitatem, nec hono-

res

res, nec jus adipiſcendi magiſtratus (ut ſcribit Paulus Iuriſconſ. lib. Digeſtorum L. Tit. De adoptionibus) nec jus originis, in honoribus obeundis ac muneribus ſuſcipiendis, ut tradit Papinianus Iuriſc. lib. Digeſtorum L. Tit. ad Municip. quod per adoptionem illa tempeſtate dignitas augeri, non minui ſoleret.

SECTIO VIII. Patricii, ut ante poſui, curiam & ſenatum ſoli conſtituebant, aſſumebant ſoli magiſtratus & honores, quoad annum V.C. CCLX. quo demagogos & demarchos, ductores atque contra patriciorum potentiam ſævitatemque defenſores, ſibi plebs conſtituerat. Quorum ductu ad curiam ac Reipublicæ curam plebeii aſpirarunt: ad commoda, honores, dignitates, ordines pervenerunt: cum patribus connubia, familias, gentes, magiſtratus, auſpicia, ſacerdotia, imperia & triumphos, conſecuti ſunt, & patriciis in omni fere re adæquati. De plebis & optimatum poteſtate, poſtea in ſequenti Diviſione: nunc ut primæ Diviſionis pars prior, videlicet de patriciis, abſolvatur pauca dicam de loco ubi Patricii habitare conſueverunt. Priorum quinque Regum Romanorum tempore ubi Patricii habitaverint, certo affirmare non auſim: prope tamen Regem eos in Palatino

monte

monte domicilia habuiſſe puto: at certum eſt, Servium Tullium ſextum Romanorum Regem, coegiſſe illos in Vico qui inde Patricius dictus eſt, habitare: ut ſi quid molirentur adverſus ipſum, ex locis ſuperioribus (auctor Feſtus) opprimerentur. Nam Patricii jamdudum Servium, quaſi ſerva natum, dominari ægre ferebant, eique maxime ſuccenſebant, quod ad plebis animos conciliandos pecuniam diſtribuiſſet, agros ſingulis aſſignaſſet, ſervos manumittendos & in tribus referendos curaſſet. poſt cum Imperatoribus patricios & principes civitatis habitaſſe, Ovidius his verſibus declarat:

Regalemque domum, dextra lævaque Deorum,
Atria nobilium valvis celebrantur apertis,
Plebs habitat diverſa locis: à fronte potentes
Cœlicolæ, clariq; ſuos poſuere penates:
Hic locus eſt, quem (ſi verbis audacia detur)
Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.

SECTIO IX. Prima Diviſio reſpicit genus & ſanguinem: ita Romani omnes vel Patricii, vel Plebeii. De Patriciis hactenus; de Plebeiis nunc pauca dabimus.

nus. Plebeii dicuntur, qui de plebe, multitudine ſine gente, & vili illa populi parte ſunt, nec à Patriciis familiis oriuntur. Quibus Romulus pacis bellique arbitrium, in renuntiandis magiſtratibus, in ſanciendis legibus conſenſum & ſuffragia viritim declaranda reliquit: ut adminiſtrationem Reip. ſuſcipientibus patriciis conſentirent, & rei quaſi publicæ curam illis delegarent. Nam cum Scipio Africanus minor, Ædilitatem curulem petiturus in campum Martium candidatus deſcendiſſet, plebs in eum ſolum cogitationem ſuam convertit, ac non Ædilem, ſed Conſulem ante legitimam ætatem creare voluit; cum etiam Patres adverſum niterentur, proferentes legem qua cuique ad ſingulos magiſtratus capiendos anni ſunt conſtituti, populus rogare, inſtare, poſtremo reclamare cœpit, & dicere, tum ex Romuli, tum ex Tullii legibus, penes ſe comitiorum eſſe jus, ita ut cui vellet, per ſuffragia ſua mandare, cui nollet, abrogare magiſtratum ſuo jure poſſet. Ferebat autem ſuffragia non univerſus populus, ſed Romuli tempore per curias: Tullii vero diviſo populo in claſſeis, per centurias; & quicquid viſum fuiſſet pluribus curiis vel centuriis, id ad ſenatum referebatur. Auctor Dionyſius. Qui mos poſtea mutatus eſt: non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

enim ſenatus plebis ſcita, ſed plebs ſena-
tuſconſulta ſuo aſſenſu comprobabat. I
Imperatorum tempore, populi poteſta
jus, comitiaque ad ſenatum, mox ipſum
Imperatorem tranſlata ſunt. Itaque i
bello aliquo decernendo, in magiſtrati-
bus creandis & honoribus deferendis, i
comitiis habendis & legibus ferendis
neceſſaria populi & cognitio & authori-
tas & conſenſus fuit. Lycurgum ſancti
ſimum legiſlatorem idem feciſſe legi
mus. Is divinis legibus Laconum Rem-
publicam ita inſtituit; Regibus militia
adminiſtrationem & bellorum poteſta-
tem, principibus civitatis magiſtratus
magiſtratibus judicia & annuas ſucceſ-
ſiones, ſenatui cuſtodiam legum, po-
pulo ſublegendi ſenatum, creandique
quos vellet magiſtratus, poteſtatem per-
miſit.

SECTIO X. Altera Diviſio reſpicit
ordinem & cenſum quæ poſt exacto
Reges maxime inveteravit creſcente Im-
perio. Ita cives Romani aut ſenatores
aut equites, aut de plebe. Singula Di-
viſionis hujus membra perſequamur
& verba priori loco faciamus de ſenato-
ribus, videlicet qui ſunt ſenatores, unde
dicti, quando & quomodo primum in-
ſtituti, ex quibus conſtaret ſenatus, qui
eorum eſſet numerus, quæ eorum po-

teſta

teſtas & auctoritas, ubi & quibus diebus more Romanorum ſenatus haberi, qui ſenatum cogere, qui in ſenatu ſententias rogare & dicere, qui ſenatum ingredi poſſent, quæ in ſenatu procedendi forma obſervata, quæ ornamenta, quis ſenatorum eſſet cenſus. Denique alia collectu laborioſa, ſcitu digna, memoratu jucunda, & ad antiquitatum ac hiſtoriarum cognitionem conducentia, proferamus.

Senatores ſunt, qui prudentia & conſilio, cives Remq; publicam haud ſecus ac ſenex juvenem, aut pater filium, gubernant. Quamobrem eorũ conſilium conſultumque à conſulendo & tractando eſt dictum: quod ſic fit, ut conſulat, & nocere non poſſit: atq; ſenatuſconſultum habetur, quod tantum ſenatores populis conſulendo decernũt. Senatores dicti ſunt ab ætate ad ſenium vergente, quod ſenes in principio à Romulo in ſenatum electi fuerint: vel à ſinendo, (ut viſum aliis apud Iſidorum Orig. lib. IX, c. IV.) quod nihil in Rep. ſine eorum juſſu fieret, & magiſtratibus faciendi poteſtatẽ darent. Hinc illa paſſim in Hiſtoriarum monumentis: Fit S. C. ut provideant Conſules, Prætores, cæterique magiſtratus, ne quid Reſpubl. detrimenti capiat: Si modo patres auctores ſint; id eſt ſinant. populus enim omnia

patribus auctoribus & permittentib
conſciſcere ſolebat : & quiſque magiſtr
tus legem laturus, prius ad ſenatum
rogatione niſi ſeditioſus eſſet, refereba
Quocirca curæ publicæ ſenatores invig
labant, & adeo vigiles atque aſſidui e
tenebantur, ut nemini eorum ab Vrb
abeſſe liceret, niſi impetrata venia & l
gatione libera : id Numa inſtituiſſe vid
tur. Lucanus:

Rus vacuum, quod non habitet niſi n
ſte coacta
Invitus, quæſtuſque Numam juſſi
ſenator.

Cujus tempus indefinitum erat, &
quamdiu vellent, abeſſe poterant an
conſulatum Ciceronis, in quo ille ſta
tuit annuum tempus liberæ legationi
Auguſtus ſummam rerum nactus etian
cavit, ne ſenatores ex Italia niſi juſſu au
permiſſu ſuo proficiſcerentur: id quo
poſt ſub reliquis Imperatoribus obtinuit
Non enim jus erat ſenatoribus proficiſc
extra Italiam, niſi in Siciliam aut provin
ciam Narbonenſem. Poterant namqu
in has provincias abire non habita diſce
dendi licentia, quod proximæ eſſent, &
quod eas incolerent homines inermes.

SECTIO XI. Romulus primus o
mnium Senatores inſtituit, ut eſſent
quos curæ participes haberet, & quibuſ
cum

um Rempublicam gereret. Inſtituit au-
em hoc modo; ex omnibus unum præ-
puum ipſe declaravit, (auctor Diony-
us) cui rerum urbanarum regimen
ommitteret, quoties ipſe foras duceret
xercitum. Preterea tribum unamquam-
ue (tres tum erant) juſſit tres viros ſeli-
ere, qui per ætatem maxime ſaperent,
genere præcellerent: poſt hos novem,
nandavit ſingulis curiis (quæ tunc tri-
inta erant) ut è patriciis ternos (ſic Pa-
ricii ante Senatores inſtituti) eligerent
naxime idoneos: adjectiſque ad illos no-
em quos tribus legerant, his XC. pro-
notis curiarum ſuffragiis, & omnibus
præfecto duce, quem ipſe ſecreverat, cen-
enarium explevit Senatorum nume-
um. Hoc conſiſtorium Græco more
enatum appellare licet, ſicque uſque in
præſens tempus Romani vocitant.

Romulum primo decem curias Sena-
orum elegiſſe, deinde eos in tabulas au-
eas relatos curiarum conſenſu confir-
maſſe, Iſidorus literarum monumentis
mandavit. *Patres Conſcripti* (inquit) *dicti,
quia dum Romulus decem curias ſenato-
um elegiſſet, nomina eorum præſente po-
pulo in tabulas aureas contulit, atque inde
Patres conſcripti vocati.* [*Origin.l.* IX. *cap.*
IV.] *Hæc unde ſint, quærendum: & conſu-
lendus Dionyſius. Neque tamen ſic ſatis*

 pla-

placere poſſunt, neque ſi tabulas aureas in æreas commutes, adducemur, ut hæc non adulterina ſint.]

SECTIO XII. Senatus primum ex ſolis patriciis adultis, poſtea etiam ex plebeiis conſtabat, poſtquam plebi curia & magiſtratus patuerint. Ita ab initio vere dicere potuiſſes, eſt ſenator, ergo patricius; non autẽ, eſt patricius, ergo ſenator. Siquidẽ non omnibus patriciis in curiam aditus, ſed ſolis conſilio pollentibus patebat: & quamvis ſenatoria quiſque origine eſſent, tamen uſque ad legitimũ annum, utpote trigeſimum, quo ſenatores legi in ſenatum conſueverant, extra ſummum illum ordinem remanebant: deinde accipiebant ſenatoriæ dignitatis honorem. Temporibus autem inde ſubſecutis nequaquam vere dixiſſes, eſt ſenator, ergo patricius; eſt patricius, ergo ſenator: cum ſenatus ex viris patricii ſanguinis & plebeii conficeretur. Quare patricii, alii ſenatores, alii equites, alii de plebe fuerant. Nam ſi nondum in ſenatum eſſent lecti, equeſtris ordinis dicebantur, modo quiſque equeſtri cenſu eſſet, H.S. ſcilicet quadringenta millia poſſideret: alioquin de plebe: Horatius:

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint,
Plebs eris ——

Vnde

Vnde Catilina patricio genere natus, apud ſocios ſuos ac conſpirationis nefariæ participes, queſtus eſt, ſe cæteroſque nobiles ob rei familiaris anguſtiam juxta ignobiles, vulgus fuiſſe. Sin ex equeſtri ordine in ſenatoriam dignitatem aſciti eſſent, tum & ordinis ſenatorii dicebantur, & inter eos quidem cenſebantur, ut ſi quid ſummo hoc ordinis gradu indignum commiſiſſent, ſenatu movErentur: qui deinde cum equitum centuriæ recenſerentur, inter equites, quoniam equum publicum haberent, citabantur, ut ſi ullum facinus equite Romano minus dignum perpetraſſent, equum publicum, annulum aureum & equeſtria inſignia amitterent. Teſtes, Claudius Nero, Livius Salinator, ambo Cenſores, ambo Romani Imperii clariſſima lumina, & ſecundi belli Punici temporibus firmiſſima latera; ſed æmulatione & ſimulatione diſſidentes, qui cum equites recognoſcerent, alter alteri equum ademit, quos tamen ante inter ſenatores cenſos fuiſſe dubitari non poteſt. Præterea iis nondum in ſenatorium ordinem à cenſoribus electis, qui honores gerebant aut geſſerant: in curiam aditus dabatur. Senatores tamen non fuiſſe Feſtus & Gellius tradunt. Quandoquidem non quicunque jus adeundi cu-

riam,& dicendi in ſenatu ſententiam habebant, ſenatores erant: quia illi poſt luſtrum conditum ex minoribus magiſtratum ceperunt, & in ſenatu ſententiam dicebant, & non vocabantur ſenatores, antequam inter ſeniores eſſent cenſi. At Attinius plebiſcito ſuo non plebis modo libertatem defendit, Trib.pl. in curiam ingreſſum patefecit, verum etiam poteſtatis tribunitiæ dignitatem auxit, ſcivitque, ut quem tribunum plebes creaſſet, hoc ipſo in poſterum ſenator eſſet. M. Pupio Piſone & M. Val. Meſſala Coſſ. anno V.C. DCXCII, omnes eos, qui magiſtratus geſſerant, in ſenatum cenſores provexerunt. Pompeius magnus Ponticis gentibus & Bithynicis ſubactis, Romanæ civitatis inſtituta ſecutus, legem dedit, ne quis annis XXX minor magiſtratum iniret, neve in curia eſſet: ſin vero magiſtratum cepiſſet, & in ſenatu eſſe liceret. Etenim moris erat, ut Romani magiſtratus ſecundum Romanæ civitatis inſtituta, leges darent nationibus devictis, vel ſociis amiciſque eas petentibus; quæ leges ſociis amiciſque datæ ab eo, qui haberet imperium à pop.Rom., auctoritatem legum dandarum à ſenatu, ſolebant & pop. Rom. & ſenatus exiſtimari. Senatus ex libertinis & ſervis aliquando conflatus eſt. Nam C. Cęſar firmandæ

ſuæ

que poteſtatis gratia, libertinos: & Triumviri, Antonius, Octavius, Lepidus ſervos in ſenatorum numerum cooptarunt. Et quod majus eſt, Eutropium ſervum Theodoſii tempore Conſulem factum certum eſt. Cæterum eorum, ex quibus ſenatus conſtabat, alii erant honorati, id eſt, curuli magiſtratu defuncti: alii nondum aliquo magiſtratu functi. Itaque ex Gab. Baſſo apud Gellium didicimus, ſenatores in veterum ætate, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam curulis appellaretur. Sed eos ſenatores qui magiſtratum curulem nondum ceperant, itaviſſe pedibus in curiam. Propterea Senatores nondum majoribus, ut Cenſura, Ædilitate, Conſulatu, & Dictatura functos, pedarios quodammodo nominatos.

SECTIO XIII. Patrum numerus varius fuit; ſub Romulo ſenatores centum numero fuerunt: aucti deinde à Priſco & Bruto ad trecentos: Ciceronis tempeſtate, CCCCXV erant: C. vero Cæſaris, DCCCC. Deinceps poſt Rempublicam ab eodem occupatam ſupra mille, qui ſenatores obortivi dicebantur. Mox Octavius Auguſtus affluentem ſenato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

rum numerum,ad ſplendorem,modum
& priſtinum numerum non primum &
antiquiorem, ſed medium,utpote pen
ſexcentos,redegit:& eorum nomina ſcri
pta in albo propoſuit (quod ex eo tem
pore quotannis fieri conſuevit) iiſqu
qui ſine cauſa deſiiſſent in ſenatum veni
re, mulctam dixit: poſt vero, quonian
jam ſolebant impune relinqui, propte
magnam multitudinem eorum qui i
pœnam inciderent, juſſit, quoties mult
deliquiſſent, ut inter eos ſortes duceren
tur,quibus ductis, quintus quiſque pœ
nas perſolveret.

SECTIO XIIII. Senatus magn
& poteſtas & auctoritas fuit. Nam huju
erat provincias Conſulibus & prætori
bus, Proconſulibus & Proprætoribus
lege Sempronia decernere: ſubrogar
Provincialibus magiſtratibus ſucceſſo
res:delegare ad militiam Imperatores;ta
men LiciniusLucullus ſine SC.bellum in
tulit,&die dicta,quod geſſiſſet ejus ordi
nis injuſſu, abſolutus eſt: mittere exer
citibus ſupplementa, frumentum, veſti
tus, ſtipendia: Imperatorum acta,conſi
lia, propoſita, confirmare vel irrita red
dere: de ærario erogare in uſus publicos
ut ludos, tecta publica, opera publica
templa, & loca fluviorum, ſtagnorum
hortorum, metallorum. Nam Quæſto

ribu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ibus Tribuniſque ærariis, ne ad particu-
ares quidem uſus , integrum erat ali-
quid expendere ſineSenatorum decreto,
niſi in Conſules tantum, quibus pote-
tas fuerat ſumptus ex ærario publico,
quantum ipſis videbatur, ſumere, Quæ-
tore ad hoc ipſos conſequente, & impe-
rata incunctanter faciente. Hæc præter-
a ad Senatum pertinebant ; publicas
controverſias dirimere, judices dare plu-
rimarum tam publicarum quam priva-
tarum conciliationum, & criminum ſce-
leris magnitudinem habentium : punire
quæcunque commiſſa flagitia , utpote
proditionis, conjurationis, veneficii , &
cædis dolo malo perpetratæ : Civita-
tes quoque in fide fluctuantes aut con-
firmare , aut objurgare : auxilium aut
præſidium ſociis civitatibus & provin-
ciis decernere : diſſidentes Reges , popu-
los , provincias , per legatos conciliare
atque diſſidia componere : Subactis na-
tionibus leges dare , aut ducis exercitus
arbitrio committere : ad ducum & im-
peratorum poſtulata reſpondere , acta-
que eorum audire , victoribus ſolennia
triumphi vel concedere vel negare ; re-
ſpondere exterarũ legatis gentium , mit-
tere ad exteras gentes legatos, qui vel bel-
lum indicerẽt, vel res abactas repeterent,
vel cum eis de rupta fide expoſtularent,
vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

vel cum eis amicitiam & ſocietatem jungerent, vel res & controverſias componerent, vel cum eis fœdus facerent, aut in fœdere & fide confirmarent.

SECTIO XV. Sed hæc Senatorum ampla auctoritas, partim contempta, patim invidorum ac ſeditioſorum civium legibus debilitata eſt, non ſine ingenti ordinum contentione, & Reipublicæ procella. Quandoquidem Publilia & Mænia, quibuſcunque de rebus comitiis centuriatis ferendis conſentire, & ante inita centuriarum ſuffragia, in incertum comitiorum eventum auctores fieri, patres tenebantur. Verum Sulla hac in parte diminutam ſenatus potentiam in comitiis reſtituit, ſanciendo, ne quid ad populum referretur, niſi quod antea à ſenatu confirmatum fuiſſet. Lege Publilia, Hortenſia, Horatia, ſenatorii viri plebiſcitis aſtringebantur, cum antea ſoli plebeii plebis decretis tenerentur. Vatinius ſua rogatione eripuit Senatui provinciæ decernendæ poteſtatem, Imperatoris deligendi judicium, ærarii diſpenſationem, quæ nunquam ſibi populus Romanus appetiverat, quæque nunquam à ſummi conſilii gubernatione auferre eſt conatus. Quinetiam leges Agrariæ, judiciariæ, & permultæ aliæ (de quibus alias dicemus) Senatorum vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

res maxime fregerunt. Cæterum occupata à Iulio Republica priſca, cum Senatus auctoritas interiit, tum Reipublicæ forma mutata eſt.

——Non tunc regnare pudebat,
Nec color Imperij, nec frons erat ulla Senatus.

Sub Auguſto tamen popularis imperii, atque ſenatoriæ auctoritatis umbra relicta. Is multas leges condebat, non ſuo conſilio, ſed eas ad populum ferebat, atque omnibus iis (more antiquo) qui poſſent, emendandi poteſtatem faciebat; conſultabat quoque de multis rebus cum Conſulibus & optimatibus. Nam & ſorte quindecim Senatores adhibebat in conſilium in ſex menſes, cum quibus nonnunquam jus reddebat. Quinetiam Senatus per ſe judicabat ut antea, dabat reſponſa legatis quorumdam Regum & populorum, Senatoreſque abſente Cæſare conſultabant, atque eorum ſcribebatur ſententia; quanquam ſine effectu erat, quod rata non eſſet ſine Cæſaris auctoritate: videlicet, niſi certa ejus ac manifeſta acceſſiſſet voluntas. Sub reliquis vero Imperatoribus, uſque ad Theodoſii imperium, aut raro aut nunquam Senatus & Reipublicæ umbra fuit. Pſeudantoninus Senatum nonnunquam ita contempſit, ut Senatores mancipia to-

gata appellaret (ſiquidem pone Impera-toris currum ſequebantur) populum ve-ro Romanum unius fundi cultorem, e-queſtrem ordinem in nullo loco habens. Sed merito eum omnes omnium ordi-num Romani contempſerunt, ejuſque cadaveri illuſerunt, quod per pontem Æmilium annexo pondere, ne fluitaret neve unquam ſepeliri poſſet, in Tiberim abjectum eſt. Theodoſii denique tempe-ſtate, opera Stiliconis, Senatus auctori-tas reſtituta eſt. Claudianus:

Neglectum Stilico tot jam per ſecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent prælia patres,
Decretoque togæ fœlix legionibus ire
Teſſera: Romuleas leges remeaſſe fate-mur,
Cum procerum juſſu famulantia cerni-mus arma.

SECTIO XVI. Senatores Rempu-blicam adminiſtrabant, & quicquid ad civium commoda pertineret, convocato ſenatu ab eo qui vocandi jus haberet, ſuis ſententiis, rogante eo qui vocaverat, ſi alius magiſtratus in eo concilio dignitate non præiret, expediebant. Senatus ha-bebatur vel in Vrbe, vel extra Vrbem: ex-tra Vrbem, in æde Bellonæ dabatur ſena-tus preſertim triumphum poſtulantibus,

& ex-

c exterarum gentium legatis, quos Vr-
em ingredi nolebant: in Vrbe,modo in
emplo Apollinis,modo in delubro Con-
ordiæ, modo in hoc, modo in illo tem-
lo;plerumque in Capitolium convenire
lebant,ſi de bello alicui populo inferen-
o deliberandum eſſet. Nefas autem erat
natum alibi haberi, quam in loco au-
urato,proinde in curia Hoſtilia,in Pom-
eia, in Iulia: & per augures dicato,quod
emplum appellaretur. Locus in quo ſe-
atores conſidebant dictus eſt Senacu-
m, Græce βουλευτήριον: prope quod
natores habitare ſueverunt, ut vocati
cyus in curiam properarent. Senacula
omæ tria fuiſſe, me docuit Feſtus; u-
um ubi erat ædes Concordiæ, in quo
m ſenioribus magiſtratus ſolebant de-
erare; alterum ad portam Capenam;
rtium intra ædem Bellonæ. Poſui pau-
ante,nefas fuiſſe alibi ſenatum haberi,
am in loco augurato dicatoq;: At an-
V.C.ccxcix & ccc x,dum plebs ſeceſ-
nes minitaretur, atque ſeditiones agi-
ret, Conſules intra privatos parietes
etum patrum habuiſſe proditum eſt.

SECTIO XVII. Senatus omnibus
ebus haberi poterat, quibus lex vel
nſuetudo minime repugnaret. Nefas
it ſenatum haberi ante ſolem exortum
t occaſum. Tullus tamen Hoſtilius
ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ante mediam noctem ſenatores convocavit, ut Metii Suffetii & cæterorum Albanorũ proditionem narraret. A. Poſtumius Conſul anno V.C. ccxc. Æquis & Volſcis Romanos bello urgentibus, patres per præcones domibus excitos noctu in curiam convocavit, factumque eſt Senatuſconſultum, antequam clara illuxiſſet dies. Noctu etiam in Dictatoris renuntiatione Senatores quandoque conveniebant: dixi quandoque, quia plerumque ſine Senatorum præſentia vel in caſtris Dictator à Conſule dicebatur. Auguſtus ſtatuit ne ſæpius quam bis in menſe legitimus ſenatus (indictus ſenatus pro re nata indicebatur) ageretur, Calendis ſcilicet, & Idibus. Comitialibus diebus ſenatum convocari lex Pupia vetabat, ne ſenatores à ſuffragiis ferendis avocarentur: ante eam legem poterat quidem haberi, & poſt eam, ut declarat Cicero ad Q. fratrem lib. II. Epiſt. XII. Ex conſuetudine Romanorum menſis Februarius exterarum nationum legatis audiendis tribui ſolebat: unde toto hoc menſe ſenatus haberi non potuit, niſi perfectis legationibus, aut in aliud tempus rejectis.

SECTIO XVIII. Vt non omni in loco, nec quibuſlibet diebus; ita nec haberi ab omnibus ſenatus poterat. Quare ſena-

ſenatum convocare ſolis magiſtratibus, & non cunctis, permiſſum eſt. Cogendi habendique ſenatum jus habuerunt Rex, Interrex, Conſules, Dictator, Decemviri, Tribuni militum conſulari poteſtate, Prætor Vrbanus profectis ab Vrbe Conſulibus, Imperator, triumviri Reipublicæ conſtituendæ, & Præfectus Vrbi. Horum omnium munus erat, ea de quibus ſenatores conſulerentur proponere, & ſingulorum ſententias colligere. Vocabant quandoque viritim ubi publica res poſtularet; vel in urbe per præconem ſenatorum ſuo quemque nomine ac paterno appellantem: vel ex agris per viatores.

Sed ex Conſulibus, cum fuerint duo, uter aliorum ſententias rogabat? Ego nullam rationem generis, eſſent ne ſanguinis patricii an plebeii: dignitatis, geſſiſſent ne antea ambo aut alteruter magiſtratum curulem: ordinis, ſenatorii, equeſtris an plebeii eſſent: cenſus, octingenta ne aut quadringenta H. S. millia in bonis haberent: iſtorum nullam (inquam) rationem in Conſulibus habitam fuiſſe reſpondeo, & priori loco deſignatum Conſulem, priorem in magiſtratu ſententiam rogaſſe, ſive patricius & plebeius, ſive ambo plebeii (quod lege fieri potuit) Conſules eſſent deſignati. M. Pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

pius Piſo plebeius, ſententias in ſenatu rogavit anno V.C. DCXCII, non ejus collega M. Valerius Meſſala patricius: Piſo ergo ex familia plebeia, patricio anteponitur? recte. cur ita? quia primo deſignatus, quod & ordo in Capitolinis tabulis confirmat. Spirante Catilinaria procella non prius C. Antonius, ſed M. T. Cicero, quod Conſul priori loco declaratus, ſententias rogavit, uterque nihilominus plebeius, & genere pares erant. Fuerat ſane apud veteres Romanos honos, Conſul priori loco creari. Refert enim Plutarchus, M. Lepidum ante Q. Catulum, Cn. Pompeio annitente, Conſulem eſſe renuntiatum. Et Cicero de ſe loquens ait, Prætorem me Pop. Rom. primum fecit, Conſulem priorem. Auſonius quoque Gratiano Imperatori gratias agit, quod ſe priorem Conſulem nuncupaſſet. Ab utroque tamen Conſule quam ſæpiſſime ſenatus ſcitum & lex denominabatur: & niſi utroque authore patribus in ſenatum coire non licebat.

SECTIO XIX. Superius qui rogare, nunc qui rogari in ſenatu ſolerent, demonſtrandum eſt. Rogabantur primi (non ut in centuriis ac tribubus ſortitione, aut in cenſura cenſoris voluntate) Conſules deſignati, à quocunque rogante, vel Dictatore vel Conſule, ſi modo

poſ

poſt conſularia comitia, ſenatus eſſet habitus. Et ex deſignatis Conſulibus quis? priori loco deſignatus. Conſul D. Iunium Silanum de Catilina & reliquis conjuratis ante omnes rogavit, quod eo tempore primus Conſul deſignatus eſſet. Ideo deſignati Conſules primo ſententiam rogabantur, quod decretorum ſenatus executio, ad ejus loci ſenatores plerumque pertineret, quo circumſpectiora cautioraque par eſt eſſe eorum conſilia. Ante vero deſignatos Conſules, arbitratu ſuo conſul rogabat, non quem vellet ex tota ſenatorum frequentia, ſed è numero conſularium, ne conſularibus nullo conſulatu functi anteponerentur. Ex conſularibus is præſertim rogabatur, qui à Cenſoribus princeps in ſenatum lectus fuerat. Quidam tamen Conſules ſubito aut neceſſitate aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia extra ordinem ſententiam primum rogabant. Apud veteres pæterea invaluit, ut quem ordinem ſententias interrogandi Conſul Cal. Ian. (hoc enim menſe magiſtratum inibat) inſtituiſſet, eundem toto anno ſervaret. Sed C. Cæſar neglecta majorum conſuetudine, Pompeium poſt affinitatem rogare ſententiam cœpit, cum antea Craſſum rogare inſtituiſſet. Deinceps curules magiſtratus gerentes, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

iiſdem defunctos, Conſul ſuo nomine quoſque appellans, perrogabat. Nam non ædilitios, non prætorios, non conſulares, & nullo magiſtratu curuli functos rogare conſuetudo non erat; ſed illi in rogatorum ſententias pedibus ibant. Octavius tamen ex S.C. obtinuit, ut non ſolum cum Coſſ. Hircio & Panſa, pari poteſtate & imperio ſuis copiis præeſſet; verumetiam adhuc nullo magiſtratu functus inter conſulares ſententiam diceret. Ordinem eundem in dicendis ſententiis Dionyſius his verbis complexus eſt: Cum jam à conſeſſu dicendæ eſſent ſententiæ, primi aſſurgebant qui ætate & honore inter conſulares excellerent, ordine citati à Conſulibus: deinde his ætate dignitateque proximi: poſtremi juniores, non ut dicerent aliquid (id enim adhuc pudori apud Romanos erat, nec ullus juvenis ſe ſapientiorem ſene ducebat,) ſed ut diſcederent in conſularium ſententias. Hunc ordinem Appius Claudius, cæterique Decemviri inverterunt, non ætatis ac dignitatis rationem, ſed conjunctionis & ſodalitatis habentes. Poſtremo cum omnes dixiſſent, ſententiæ numerabantur, dijudicabantur, & quæ probata eſſet, ſcriptis mandabatur. Iubebantur autem quotquot aderant ſenatores, quemadmodum ſolent in judiciis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ciis, jurati ferre ſententiam. Et ſentētiam rogatus, jus habebat dicere quicquid vellet, & quoad vellet. M. Cato ſententiam olim rogatus à C. Cæſare conſule de ea re, quæ ab re videbatur publica, longa oratione uſus eſt, diemque dicendo exemit: cujus prolixitate Cæſar impenſe offenſus, eum cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem ab apparitore duci, juſſit: ſenatus id indigne ferens conſurrexit, & Catonem ad carcerem proſecutus eſt: ita Iulius Cæſar Catonem dimittere coactus eſt. Cæterum rogatus ſententiam dicere, aſſurgere & ſtans dicere ſolebat: & ſi in dicenda ſententia plures res eſſet complexus, à quovis aſſidentium rogabatur ſententiam dividere, hoc eſt, de ſingulis rebus referre. Porro illud relatu dignum, qui ſenatores eſſent, aut in ſenatum aditum haberent, arcana Patrum Conſcriptorũ conſulta promulgare, aut cuipiam enuntiare non ſolebant. Proinde jure Q. Fabius Maximus à Conſulibus objurgatus eſt, quod P. Craſſo, quæ de tertio Punico bello ſecreto in curia acta erant, imprudenter narraverit.

SECTIO XX. Ingredi ſenatum & curiam Tribuno plebis nefas erat: ſed illi ante valvas poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant, ut ſi quæ ex iis improbaſſent, rata eſſe non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſinerent; ſi approbaſtent, T. literam ſubſcriberent: itaque neque ſenatum cogere, neque in ſenatu ſententiam dicere poterant. M. Valerio, Sp. Virginio Coſs. Tribuni plebis auctore Icilio, primum auſi ſunt ſenatum convocare, cum antea tantum in concionibus regnarent, ſenatum vocare aut ſententiam dicere iis non liceret, ſed Conſulis is honos eſſet. Imo quinquennio ante Valerii & Virginii conſulatum, Volumnio & Sulpitio Coſs. in ſenatum ex conſenſu Patrum admiſſi ſunt, ut unanimi conſenſu de Republica tractarent, cum multa prodigia viſa eſſent.

Mulieribus nunquam datum eſt jus ingrediundi ſenatum, ne Imperatorum quidem tempore ante Heliogabalum: ſub quo mater ſua Semiamira loco viri ſenatum ingreſſa eſt, quæ cum veniſſet vocata ad Conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit, id eſt, Senatuſconſulti conficiendi teſtis. Heliogabalo autem in latrina, ad quam confugerat, occiſo, cautum eſt: ne mulier ſenatum ingrederetur.

Curiam intrare permiſſum eſt eis, qui ſenatorii ordinis non erant, modo magiſtratum curulem geſſiſſent: & ſenatorum filiis prætextatis, quibuſcum patres introire ſolebant. Quem morem ad Papirii Prætextati ætatem obſervatum fuiſſe legi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

egimus; cujus mater priſtini moris invertendi cauſam præbuerat. Ejus hiſtoriç narratione lectoris aures perſonare mihi liceat, quod in ſe plurimum & leporis & prudentiæ habeat. Mos ſenatoribus Romæ fuit, in curiam cum prætextatis pueris, mulleis ornatis, introire. Tamen cum in ſenatu res major quæpiam conſulta, eaq; in diem poſterum prolata eſt, placuit ut eam rem, ſuper quam tractaviſſent, ne quis enunciaret, priuſquam decreta eſſet. Mater Papirii pueri, qui cum parente ſuo in curia fuerat, percunctata eſt filium, quidnam in ſenatu Patres egiſſent. Puer reſpondit tacendum eſſe, neque id dici licere: mulier ſit audiendi cupidior. Secretum rei & ſilentium pueri, animum ejus ad inquirendum everberat. Quçrit igitur compreſſius volentiuſq;. Tunc puer matre urgente lepidi atque feſtivi mendacii conſilium capit; actum in ſenatu dixit, utrum videretur utilius, exq́ue Rep. eſſe, unuſne ut duas uxores haberet, (ſicut Athenienſium decreto ſancitum fuerat,) an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc illa ut audivit, animus compaveſcit: domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas pervenit: ad ſenatum poſtridie matrum familias caterva, lachrimantes atque obſecrantes orant, una potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duç:

(id quod C. Cæſar poſt conſtituerat: nam cum luxuria flagraret, Hælio Cinnæ trib. pl. mandavit, ut ipſo abſente legem ferret, uti uxores liberorum quærendorum cauſa, quas & quot ducere vellent, liceret.) Senatores ingredientes curiam, quæ eſſet illa mulierum intemperies, & quid ſibi poſtulatio vellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiæ progreſſus, quid mater audire inſtituiſſet; quid ipſe matri dixiſſet, rem ſicuti fuerat, denarrat: ſenatus fidem atque ingenium pueri exoſculatur; Conſultum facit, uti poſthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, niſi ille Papirius: atque puero poſtea Prætextati cognomen, tum primum honoris gratia decreto inditum, ob tacendi loquendique in ætate prætexta prudentiam.

SECTIO XXI. Cum res poſtularet publica, miniſtri publici ex agris ſenatores vocabant; qui viatores vocati ſunt, quod ſenatum duceſque ſubinde ex agris accerſerent. Magiſtratus qui ſenatum habiturus eſſet, tenebatur prius auſpicari, immolare hoſtiam, ſupplicareque thure ac mero apud aram ejus Dei, in cujus templo conveniebant: referebatque prius de rebus divinis quam humanis. Deinde vocabantur ſenatores in curiam per edictum, cujus hæc circum-

feruntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ferunturverba: SENATORES, QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICET. Mox eorum percenſebantur nomina, eique multa dicebatur, qui cum in ſenatum venire deberet, non adeſſet, ſi modo abſentiæ cauſam non probaſſet. Senatores intelligo intra ſexageſimum annum natos. Nam qui ſupra hunc annum erant, nec multabantur, nec in curiam venire cogebantur. Vbi in ſenaculo ſenatores conſediſſent, tum qui conſulebat, primum ſummatim id exponebat, de quo ſententiæ eſſent ſumendæ, ac Senatuſconſultum faciendum. Fiebat S.C. aut per diſceſſionem, ſi conſentirent, in qua Præco dicere ſolebat: QVI HOC CENSETIS, ILLVC TRANSITE; QVI ALIA OMNIA, IN HANC PARTEM: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias conquiſitas. Deinde perrogatis omnibus, & una aliqua ſententia comprobata, ad pedes ac ſubſellia Conſulis, Prætoris, aut alterius, qui ſenatum habere, conſulere, rogareque potuerat, ſenatus decretum ſcribebatur. Cui ſolebat adſcribi dies, locus, nomen, rogantis, ejus, in cujus ſententiam S.C. factum foret, ejuſq;, qui eidem S.C. intercederet; adnotarique authoritates ſive nomina eorum qui decreto præſto fuiſſent. Quod conſultum

ſenatus ita demum firmum, ſtabile, & ratum eſſe conſuevit, ſi lex aut interceſſio impedimentum non attuliſſet. Lex impediebat, ſi ante ortum, vel poſt occaſum ſolis factum: ſi definitus lege ſenatorum numerus non affuiſſet. Idcirco cuivis ſenatori impedimentum afferre volenti fas erat, roganti ſententias dicere; Numera ſenatum. Adeſſe autem Auguſti tempeſtate quadringenti debebant; priſcis vero temporibus trecenti, ut refert Prudentius contra Symmachum:

Si conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorum
Non aliter licitum priſco ſub tempore: quam ſi
Tercentum ſenſiſſe ſenes legerentur in unum,
Servemus leges patrias? Infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte ſileſcat

Senatus quoque conſultum impediebatur per interceſſionem, & ejus qui majorem poteſtatem habebat, vel parem cum eo, qui S.C. facere vellet: & Tribuno pl. quibus curæ erat plebis cum defenſio, tum utilitas. Quapropter mos increbuit, ut hujuſmodi clauſula S. C. adderetur: SI QVIS INTERCESSERIT, SENATVI PLACERE AVTORITATEM PERSCRIBI, ET DE EA RE AD SENATVM

ATVM POPVLVMQVE REFER-
L. Vbi relata ad ſe S. C. populus pro-
ſſet, ſic ad ſenatum plebes per tribu-
s ſuos referebat: QVOD SENATVS
AXIMA PARS CENSEAT QVI
SIDETIS, ID VOLVMVS IVBEMVSQVE.
ndem his omnibus peractis, qui ſena-
m habuit, in hæc verba cunctos ſena-
res dimittebat: NIHIL VOS MORAMVR,
TRES CONSCRIPTI. Senatuſconſulta
ærario reponebantur: primis autem
mporibus arbitrio Conſulum ſuppri-
ebantur, nuntiabanturque; idcirco in
cunda ſeceſſione plebis, ubi primum
ecemviri ſe magiſtratu abdicaſſent, M.
oratius & L. Valerius Coſs. legem popu-
rem tulerunt ut Senatuſconſulta in æ-
em Cereris ad Ædiles plebis deferren-
ur. Cæterum, quia mentionem feci-
us de Senatus decreto & conſulto, non
bs re erit illorum differentiam ſubjun-
ere. Senatus Decretum à Conſulto Æ-
us Gallus apud Feſtum ſic diſtinguit,
t id dicat particulam quandam eſſe Se-
atuſconſulti, uti cum provincia alicui
ecerneretur, quod tamen ipſum Sena-
uſconſulti eſt. Denique ſenatus decre-
a ſive conſulta perpetuæ legis vim non
abuiſſe, ſed fuiſſe inſtituta unius anni,
Dionyſius auctor eſt in anno ducenteſi-
no octageſimo primo.

SECTIO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

SECTIO XXII. De ornamenti ſenatoriis jam pauca proferam. Senato rum omnium communia ornament fuerunt, lati clavi, tunica, calcei lunat toga prætexta, annulus: Senatorum qu magiſtratus geſſerant, præter ſuperior etiam ſella curulis, ſtatuæ, dona in ma giſtratu accepta, toga picta & palmata corona triumphalis: Senatorum verc qui magiſtratus gerebant, locus, aucto ritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen & gratia, faſces, ſecures, tribunal, domi toga, militiæ paludamentum, ſagum purpureum, exercitus, imperia, provinciæ. Poſui inter communia ſenatorum ornamenta & annulum; cur ita, cum annuli equeſtrem ordinem à plebeio diſtinxerint, ſicuti tunica ab equitibus ſenatum tantum? Quanquam Senatores & Equites, annulis ab initio uſi non ſint; tamen ex Plinii monumētis didicimus, ſenatores ante equites annulis primum ferreis, deinde aureis uſos. Quorum annulorum frequentior uſus, non ante Cn. Flavium ſcribam Appii Cœci deprehenditur. Nam P. Sempronio Longo & L. Sulpitio Coſs. cum populus eum, qui jus civile ſolis Pontificibus & patriciis cognitum vulgaverat, Ædilem curulem creaſſet, ſenatus cum nobilitate tanta indignatione exarſit, ut annulos ab eo abje-

bjectos, ab equeſtri vero ordine non an-
ulos, ſed phaleras depoſitas fuiſſe, in an-
quiſſimis reperiatur annalibus. Poſt et-
m equites annulos, ceu ſenatores ſum-
ſere, quibus à plebeiis ſeparati fuere; ut
mel cœperunt eſſe celebres. Ornamen-
a Rom. peculiaria quidam vel muta-
unt, vel peregrina Romanis addide-
unt. Gabinius Poſthumius palliatus A-
xandriæ; Sulla chlamydatus & crepida-
us Neapoli ambulavit. Quidam mitel-
am ſumpſerunt. P.Scipio Africanus in
icilia antequā in Africam trajiceret,
allio & crepidis uſus eſt. L.Scipioni A-
iatico, ſtatua in Capitolio erecta eſt,
hlamyde & crepidis ornata: quod eo ha-
itu uſus eſſet. P. Rutilius Mithridatis
rudelitatem in togatos ſive Romanos
vitavit, ſumendo pro calceis Romanis
occos, pro toga pallium. Senatores et-
am orcheſtra maxime ornabat, ubi ſe-
aratim ab equitibus & plebeiis ludos
pectabant, cum ab initio permixti equi-
ibus & plebeiis, ludos ac munera ædi-
itia ſpectarent. Nam Scipio Africanus
& Sempronius Longus primi fuiſſe di-
untur, qui in ſpectandis ludis patres à
populo ſecreverunt, quam ſecretionem
lebs Romana quam moleſtiſſime tulit,
dverſus conſules indignata, qui hono-
em ſenatorii ordinis extuliſſe, ſuum
con-

contempſiſſe, viſi erant: & ipſum Afr
canum aliquando pœnituiſſe tradit Plu
tarchus, ſe veteris moris tollendi, no
introducendi auctorem fuiſſe.

SECTIO XXIII. Nunc de cenſu ſe
natorio, de quo ſermonem facere inſti
tui. Senatorum cenſus fuit octingent
millia ſeſtertium, viginti ſcilicet milli
coronatorum. Ita equeſtri cenſu dupl
plus. Equitum enim cenſus erat quadrin
genta H.S. millia, hoc eſt coronatorum
decem millia. Cenſus ii ad Imperatorum
tempora valuerunt, ſub quibus utriuſ
que ordinis cenſus varius, nunc diminu-
tus, nunc auctus fuerat: ut patet ex Se-
natorum cenſu ſub Auguſto ampliato
qui pro octingentorum millium ſumma,
duodecies H.S. taxavit, id eſt triginta
millia coronatorum. Sed ſeſtertium qua-
dringenta, aut octingéta poſſideo, equeſ-
ne ſum aut ſenator? minime: non enim
dat cenſus, ut eques aut ſenator neceſſa-
rio ſis; ſed ut eſſe poſſis: neque propter
opes honos datur, ſed ob inopiam nega-
tur: nec receptus rejicitur, aut ſenatu ob
egeſtatem movetur. Quam enim eſſet in-
humanum & inhoneſtum, ne dicam Rei-
publicæ incommodiſſimum, Valerium
Publicolam tyrannidis vindicem, & li-
bertatis conditorem; Menenium Agrip-
pam ordinum reconciliatorem; Æmi-
lium

ium Paulum Macedonicum; Scipionem Æmilianum Carthaginienſis ac Numantini excidii ducem, cujus opes XXXII. libras argenti, duas & ſemilibram auri non exceſſerant; C. Fabricium, Æmilium Papum, Attilium Calatinum, quos ſolum verſantes, glebas cum ſudore diſſipantes, ſemen aſpergentes, ad Conſulatum & imperium ſuſcipiendum Reſpublica accerſerat, quorum ruſtico opere attritæ manus, ſalutem publicam ſtabiliverunt; Cn. Scipionem, Attilium Regulum, Mummium Achaicum, Fabium Rutilianum, Q. Cincinnatum ſeptem tantum agri jugera poſſidentem, cum aliis infinitis bene de populo Romano meritis; quam (inquam) inhumaniſſimum eſſet, ob patrimonii anguſtiam Senatorio ordine moviſſe, qui ipſi ſine opibus opes cumulatiſſimas, imperia & regna, Reipublicæ acquiſiverunt. Quorum virtute Roma ad tantum faſtigium pervenit, nec unquam tales genuiſſe pœnituit: Sed his ſemper Romana ætas gloriabitur. Horum indigentia indigentes conſolari, imo locupletes docere potuit ac poteſt, quam non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini, anxia divitiarum comparatio. Non modo egentes ſenatores ordine non motos, ſed & excellentes viros floreſcente Rei-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

publicæ ſtatu, creſcente Imperio, poſthabita paupertatis ratione à Cenſoribus in ſenatorium ordinem allectos & cenſos fuiſſe, exiſtimo. Teſtis M. Scaurus, & plerique nuper à me nominati, qui parce, ſobrie, & non avare viventes, exigua accepta patrimonia, pariter anguſta reliquerunt: quos tamen in ſummo ordine, ac inter ſenatores cenſos fuiſſe, Hiſtoriarum, & antiquitatum monumenta prodiderunt. Sub Principibus etiam, quibus tenues erant facultates, in equeſtrem ordinem aſſumebantur. Teſtis ipſe Martialis de ſe:

Sum, fateor, ſemperque fui, Calliſtrate, pauper:
Sed non obſcurus, nec male notus eques.

Etenim ante bellum tertium Punicum & Aſiaticas delitias in Vrbem invectas, non tam arcte civium (pręcipue vero fortium virorũ) patrimonia, & privatas res cenſebant, quam vitia caſtigabant: probitatem, continentiam, & facta omnia, cenſorio ſupercilio examinabant: bonos & virtute pręſtantes, beneq; de patria meritos, ad ordines & dignitates promovebãt, ſicut impios & vitiis contaminatos exauctorabant. Nam virtutes, non divitiæ, decus ac gloriam; vitia vero, dedecus hominibus comparare ſolent. Recte Zonaras cen-

cenſorum munus fuiſſe tradit; Vitam civium examinare ac notare, laude quidem dignos in tribus, in equeſtrem ordinem, in ſenatum adſcribere, prout ſingulis convenire exiſtimabant: minus autem probe viventes, eodem modo ex albo & ordine delere. Romani certe poſt annum V.C. CDLXVII. quo plebs in Ianiculum ſeceſſit, uſque ad annum DCIV. quo bellum tertium Punicum cœpit, cum opibus & potentia, tum virtute vere floruiſſe dicuntur. Tunc enim nulla nobilium diſcordia, nulla Reipublicæ procella, nullus ordinum motus: ſed ſumma honorum & rerum omnium communio viguit: nulli humanarum rerum concupiſcentia, ſed gloriæ & virtutis certamine tenebantur: hoſtem ferire, muros aſcendere, vallum tranſcendere, in vitæ diſcrimen pro ſalute communi properare, occumbere, glorioſa & nobilia habebantur: paupertatem etiam pro Republica ſuſceptam Cenſores plurimi æſtimabant. Quia tunc nullum in privata re cumulanda augendaque, ſed omne omnium in amplificanda Republica ac propagando Imperio, ſtudium erat collocatum: & ſummus in Romana civitate paupertati ac parcimoniæ honos dabatur: atque quiſque ſe quam Rempublicam egere, virtute ac præclare factis

 quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quam divitiis cæteros anteire, filias à Republica quam à ſe dotari, agros ob merita donari quam à parentibus relinqui, funera publice quam ex privato patrimonio erogari malebat. Nullum tunc aut certe parvum argentum, non magnas ſervorum catervas, pauca ſterilis & aridæ terræ jugera, indigentiam domeſticam, publice impenſa funera, nobilium filias dotum inopes; egregios tamen Conſulatus, mirificas Dictaturas, innumerabiles triumphos Roma cernebat. Quorſum igitur Cenſores poſt invectas divitias, non morum potius, quam bonorum in legendis ſenatoribus rationem habuerunt? Quorſum extremi temporis Romani, mendicam fortunam (ut cum Valerio loquar) velut unicum generis humani malum, diuturnis conviciis lacerarunt? Quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus, Publicolas, Scauros, Attilios, Scipiones, Fabios, Fabricios, Curios, hiſque paria lumina, & virtutis robora produxit, nutrivit. Quorſum animos ipſorum pecuniæ aſpectu & illecebris irretitos priſtini temporis memoria non recrearunt? Nam hujuſmodi virorum indigentiæ nullæ opes poſſunt præferri: & horum paupertas illos potuit erudire non largitionibus ac divitiis, ſed ſola virtute honores & ordines acquiri.

Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Verum ubi integerrimorum juſtitia, abſtinentia, fortitudine, Reſpublica crevit: Reges opulenti bello domiti, Macedonia, Achaia, & populi ingentes vi ſubacti, Numantia funditus everſa, Carthago æmula Romani Imperii ab ſtirpe interiit, cuncta maria terræque patebant: pro fortitudine, pro continentia, pro juſtitia; audacia, largitio, avaritia, ambitio invadere, ac vigere cœperunt: & corruptos homines pecuniæ imperiique cupido (materies omnium malorum) occupavit, probitatem fidemque ſubvertit. Tunc clariſſimorum labore & virtute Reipublicæ acquiſita deripere; publica privata efficere; paterno labore parta abligurire, & in conviviis obedere, quam pari ſudore augere; non virtute, ſed acervata pecunia concives vincere ſinguli cogitabant: ordines, honores, ac magiſtratus ambientes, illos, aut vi, aut gratia, aut opibus acquirebant: Cenſores magis enixe quam antea cujuſque res cenſere, nec ad Senatorium & Equeſtrem ordinem, niſi divitiis affluentes provehere conſueverunt. Tunc enim (ut cum Plinio dicam) laxitas mundi, & amplitudo Populi Romani damno fuit, poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex cenſu fieri, ad ordinem cenſu promoveri, magiſtratum ducemque nihil magis

exornare quam cenſus: poſtquam cœpere orbitas in auctoritate ſumma & potentia eſſe, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo, paſſim maluere aliena vitia quam virtutes amplecti, omneſque à maximo bono liberales dictæ artes & majorum inſtituta in contrarium cecidere. Tunc hercule voluptas vivere cœpit, vita ipſa deſiit: tum falſi, perduellionis, majeſtatis, peculatus, ambitus, repetundarum judicia contra ſcelere coopertos, avaritia & ambitione flagrantes, decreta ſunt: cum prioribus ſeculis fere inaudita fuerint, nec ulli animi in tam paupere civitate largitioni, cupiditati, & ambitioni, niſi de virtute, patuerint.

Denique ut de Senatorum cenſu plura dicere ſuperſedeam, illud minime prętereundum eſt, Cenſores in eis recenſendis omnium continentiſſimum ſenatus principem conſtituere ſolitos: quod apud Romanos perhonorariũ fuit, quodque genus honoris iis tantum viris deferrri conſuevit, qui authoritatem & gloriam maximis in Rempublicam meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis, eſſent conſecuti. Vt in ſenatum legi, ita ſolebant ſenatu moveri, vel Cenſorum notatione, vel lege, quam tulit Caſſius trib. pl. anno V.C. DCLIII, Mario & Flacco

Coſs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Coſs. Cavit enim, ut quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, ne in ſenatu eſſet. Quid ſi nec à populo damnati eſſent ſenatores, nec à Cenſoribus moti, ſed ſilentio tantum præteriti? Ordinem non amittebant, verum inclinante Republica ignominioſi erant. Nam præteriti ſenatores quondam in opprobrio haud erant; quod, ut Reges ſibi legebant, ſublegebantque, quos in conſilio publico haberent; ita poſt exactos eos, Conſules quoque & Trib. Mil. Conſulari poteſtate conjunctiſſimos ſibi quoſque patriciorum, & deinde plebeiorum legebant; donec lex Ovinia tribunitia intervenit, qua ſancitum eſt, ut Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in ſenatum legerent; quo factum eſt, ut præteriti ſenatores juxta loco moti haberentur ignominioſi. Pro ſenatoribus legem tulit Appius Claudius, ſanciens ne quem cenſores in legendo præterirent, neve aliqua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque ſententia eſſet damnatus.

SECTIO XXIIII. Hactenus de Senatoribus, & ſenatorio ordine: proximus huic dignitati eſt ordo Equeſter. Equites Romulus primus inſtituit, & in tres centurias diſtribuit; quas ſuo nomine Ramnenſes, à Tito Tatio Tatienſes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

à Lucumone vel Luco Luceres, appellavit: Dicti etiam ſunt ſub Romulo Regibuſque, Celeres, poſt Flexumines, deinceps Troſſuli. Trecentos deinde Tarquinius Priſcus addidit: ita Romę ſexcenti Equites fuerunt; iſque numerus fere ſemper omni Reipublicæ tempore obſervatus, quod vel ex ſubjectis auctorum teſtimoniis probatur. Valerius: *Equeſtris ordinis maxima pars quadringenti juvenes, equis publicis ſpoliati, & inter ærarios à M. Valerio & L. Sempronio Cenſoribus relati fuerunt; quod in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire juſſi, facere id neglexerant.* Sed multo apertius Seneca in Ludo de morte Claudii Cæſaris: *Occiſos* (inquit) *ſenatores* XXX, *equites Romanos* CCCXV. *atque plures: cæteri* CCXXI. *arena pulviſque fuerunt.*

Quanquam Equites ab initio ſemper in Republica Romana fuerint; eorum tamen Romæ multis annis nullus fuit ordo, nulla auctoritas, nullus cenſus. Nam duo tantum erant ordines, ſenatorius & plebeius, uſque ad Gracchorum tempora: Hi judicum appellatione ſeparare (equites enim antea plebeiis miſcebãtur) eum ordinem primi omnium inſtituêre, diſcordi popularitate in contumeliam ſenatus; mox ea debellata, auctoritas nominis

minis vario ſeditionum eventu circa publicanos ſubſtitit, & aliquandiu tertiæ vires publicani fuere. Cicero demum ſtabilivit equeſtre nomen in conſulatu ſuo, ei ſenatũ concilians, ex eo ſe ordine provectum eſſe celebrans, & ejus vires peculiari popularitate quærens. Itaque ab Ciceronis conſulatu plane hoc tertium corpus in Republica factum eſt, cœpitque adjici Senatui, populoque Romano Equeſter ordo: qua de cauſa equeſter ordo poſt plebeium ſcribebatur, quia noviſſime cœptus eſt adjici, inque Republica eſſe.

Auctoritas autem Equitum tum cœpit, cum magiſtratus curules & patricios, ſicuti plebeii, acquiſiviſſent, & legibus Gracchi ac Cœpionis ad ſe tranſtuliſſent iudicia, quæ ante in ſenatorum poteſtate erant, annis fere DCXXIX. Nam Sempronius Gracchus legem tulit, anno V.C. DCXXX, ut penes ſolum Equeſtrem ordinem eſſent judicia. Id indigne ferentes ſenatores cum Servilio Cœpione Conſule egerunt, ut legem de judiciis inter equitem & ſenatum communicandis ferret. Hujus lege, equitum poteſtas communicata eſt, non diminuta: quia ſexcenti equites, ut antea, cum trecentis ſenatoribus judicabant. Diminuta autem legibus Livii, Sullæ, & Cottæ, quæ

 inde

inde ſunt ſecutæ: M.enim Livius Druſus Trib.pl. anno V.C. DCLXII rogatione ſua cavit, ut æqua ex parte equites & ſenatores judicia exercerent. Cornelius Sulla dictator anno DCLXXIII. equeſtri ordini adempta judicia, ad ſenatũ tranſtulit. Denique Aurelius Cotta inter tres ordines judicia communicavit, Senatores, Equites, & Tribunos Ærarios. Præterea ſoli Equites pop. Rom. vectigalia à Cenſoribus in quinquennium locata, conducere conſueverunt, indeque quod publica conducerent Publicani dicti. Iſti erant nobiliſſimi quique equeſtris ordinis. Flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ publicanorum ordine continebatur. Iſti ſocietates tot inibant, quot erant Reipublicæ provinciæ vectigales.

SECTIO XXV. Hæc de Equitum poteſtate. Cenſus vero eorum ante Servium Tullium non extitit, qui primus eum inſtituit: cenſus die illos per forum ſua manu equum ad Cenſores traduxiſſe ferunt. Equeſtris autem ordinis juventus ſingulis annis bis in magna celebritate ſpectaculum ſui præbebat; menſe Februario, die Lupercalium, quem morem Romulus inſtituit; & equitum probatione. Porro Q.Fabius Rutilianus, equites trabeatos Idibus Quintilibus equis in-

ſidentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſidentes, ab æde Honoris per Vrbem in Capitolium tranſire primus fecit. Iſta ſolennitas inſtituta eſt in honorem ac memoriam Caſtoris & Pollucis, quod anno V. C. CCLVII. Romanis contra Latinos præliantibus affuiſſent. Nam ſacrificio per primores equeſtris ordinis Idibus Quintilibus peracto, tranſvectio equitum fiebat, qui per tribus & centurias diſtributi, ordine in equis vehebantur, omnes quaſi è pugna redirent coronati fronde oleaginea, & palmatis è purpura togis amicti, quas vocabant trabeas, initio pompæ facto ab æde (de æde diſſentiunt Dionyſius & Plinius De viris illuſtr.) Martis, quæ extra urbem ſita eſt, & tum cæteras urbis partes per forum tranſeuntes, tum ædem Caſtoris prætereuntes, nonnunquam quinque virorum millia, gerentes quæcunque fortitudinis præmia, in præliis acceperunt à ducibus. Erat & aliud celebre Equitum inſtitutum. Mos namque Equitibus fuit Romæ, cum per legitimum militiæ tempus feciſſent ſtipendia, equum per medium forum ducere, coram viris duobus publice præſidentibus, quos Cenſores nuncupabant, eiſque recenſere quæ ſub quibus ducibus ſtipendia meruerant, illorumque cenſuram ſubire, qui ut pro cujuſq; meritis vel laudem, vel infamiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tribuerent, ſingulos Equites nomina profitentes rogabant in hæc verba: TVNE MILITIAS OMNES IVXTA DISCIPLINAM ABSOLVISTI? Ad quæ Pompeius Magnus cum olim à Cenſoribus Gellio & Lentulo interrogaretur, lepide reſpondiſſe fertur: Abſolvi (inquiens) ſub meipſo imperatore. Hæc priſca fuerunt inſtituta eorum, qui in equitum ordine & cenſu erant. Quorum filii honoris gratia equis invecti, ad ludorum certamina, quoties celebrarentur, pompam de Capitolio per forum in Circum Maximum deducere conſueverunt. Cæterum, ut ſuſcepto ſermoni de Equeſtri ordine clauſula imponatur, inter alia Equitum ornamenta erant annulus aureus, & quatuordecim ordines in theatro, in quibus ſeparati à plebe ludos ſpectabant. Ab initio commixti plebi ſpectabant ludos, uſque ad M. Othonem, qui primus eos à plebe diſiunxit. Quamobrem plebs ſeparationem moleſte ferens, Othonem in ſpectaculum prodeuntem ſibilis inſectata eſt; cum Equites contra læto plauſu eum ſuſciperent: & iteratis altius ſibilis ad jurgia cum Equitibus venit: atque à jurgiis & contumeliis ad manus, ſanguinem & cædem ventum eſſet, ſi eloquentia Ciceronis non interveniſſet, ac theatralem ſeditio-

nem

nem ſuſtuliſſet; qua plebeios in æde Bellonæ ad ſe vocatos adeo modeſte increpuit monuitque, ut cum in theatrum rediiſſent, Othoni alacri plauſu alluderent, atque Equitibus de gloria ac laude ejus concertarent. Quibus Equitum in theatro gradibus ſervandis præficiebantur aliqui, ut ſepius teſtatur Martialis:

Quadringenta tibi non ſunt, Chareſtrate; ſurge:
Lectius ecce venit: ſta, fuge, curre, late.

& alibi:

Eſt & in hoc aliquid, vidit me Roma Tribunum,
Et ſedeo qua te ſuſcitat Oceanus.

Lectius & Oceanus præfecti erant ſervandis gradibus, ut ſcilicet ſummoverent plebeii ordinis homines in ſedibus Equitum ſedentes. Iuvenalis:

—— & de pulvino ſurgat equeſtri
Cujus res legi non ſufficit ——

Certe

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi ——

SECTIO XXVI. Tranſeamus nunc ad ultimam ſecundæ Diviſionis partem, utpote Plebeium ordinem: ſuperius enim diviſimus Romanos ſecundum cenſum in tres ordines, Senatorium, Equeſtrem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ſtrem,& Plebeium. De Senatoribus & Equitibus hactenus.

De plebe autem dicebantur cæteri omnes egentes, qui quadringenta, (*cum Equitibus*) aut octingenta, millia nummum (*cum Senatoribus*) non poſſidebant, ſive ſenatorio, ſive equeſtri loco eſſent nati. Cenſus enim ordinem, non dignitatem conſtituebat; nec inter Senatores, aut Equites cenſebantur, niſi qui tantundem in bonis haberent. Quare plebeii plerumque inopia laborantes, tum militiæ duritiem ſubire, humi requieſcere, inopiam & laborem eodem tempore tolerare cogebantur: tum domi honores ambientium largitionibus, ſive candidatorum corruptelis paſcebantur, conſtitutis in ſingulis tribubus diviſoribus ac curiarum magiſtris, qui corrumpentium munera ac pecunias, in tribus curiaſque dividerent. Ita plebeii, dignitates, magiſtratus, & ſuffragia ſua (præter quæ nihil amplius habuerunt) venditabant: & candidatos ambitioſos, qui ſuffragia operamque eorum conduxerant, ad comitia conducebant: principes quoque civitatis & locupletes, per urbem officii gratia ſectabantur, ut prandia, cœnas & ſportulas, veſtimenta, & alia id genus munuſcula conſequerentur. Horatius:

Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor,
Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis.

Præterea à Poëtis & Oratoribus inopes illi Romani conducebantur, ut eis conſentirent, inque eorum verba jurarent, vociferando *pulchre, bene, recte,*

Ac tunc grande Σοφῶς clamaret turba togata.

Denique ita paupertate premebantur, ita penuria, atque fame, veluti rabie quadam agitabantur; ut neque novis rebus ſtuderent, à Patribus ſecederent, & quam ſæpiſſime maximos tumultus excitarent. Proinde potentiores huic egeſtati occurrentes, præter prædam ex hoſtibus captam plurimas opes, multos fertiles agros, uberrimas provincias ad inopem hunc ordinem alendum, ſaturandumq; deſtinarunt; & peculiarem curatorem, quem Præfectum annonæ vocant, inſtituerunt, ne inopia perciti ventos rapidiſſimos, & turbines pernicioſiſſimos in Republica excitarent. Idcirco recte Aurelianus Imperator ad Flavium Arabianum ſcripſit, *Topulo Romano ſaturo nihil eſſe lætius.*

SECTIO XXVII. Quanquam omnium ordinum pauperrimus eſſet plebeius, tamen civitatis erat corpus, ut ſenatus anima: in comitiis tributis dominabatur,

nabatur, centuriatis plurimum poterat. Reges, Romulus, Numa, Hoſtilius, &Martius huic ordini multa largiti ſunt: Servius Tullius hujus cauſam ſuſcepit, adverſus potentiorum violentiam atque injuſtitiam; patricii huic plurima partim volentes, partim inviti indulſerunt: nobiles hujus manus prenſarunt, in hujus favore conciliando multum laborarunt: duces bellorum huic geſtorum rationem reddiderunt: denique ſine hujus ordinis conſenſu, Senatus neque potuit bellum alicui populo indicere neque magiſtratus creare, neque leges ferre. Nam dixi ſuperius (Sectione IX) trium maximarum rerum & ſumme in Republica neceſſariarum, penes populum ex Romuli inſtituto arbitrium fuiſſe; pacem bellumve indicendi, creandi magiſtratus tam domi quam militiæ, legeſq; ſuis ſuffragiis ferendi, confirmandi, abrogandi. De quibus rebus populus diſceptabat diſcernebatq; latis curiatim ſuffragiis, & tantum valuit pauperrimi, quantum ditiſſimi calculus; cumque pauci eſſent divites ac patricii, pauperes & plebeii in ferendis ſuffragiis illos numero longe ſuperarunt. Servius autem Tullius id animadvertens, ad divites ſuffragiorum vim tranſtulit, conſtitutis pluribus centuriis divitum, quam pauperum. Sed exactis Regibus, & in-

& inſtitutis à Volerone tributis comitiis anno V.C. CCLXXXI, vim ſuffragiorum, inque comitiis præpotentiam recuperarunt.

Poſt exactos Reges Valerius Publicola pro plebis libertate ſimul & poteſtate, leges ſancivit, quibus amplior reddita eſt ejus poteſtas, quam ſub Regibus: Vnam, ne quis magiſtratum, aut imperium caperet, niſi cui populus dediſſet; ſacrandoque cum bonis capite ejus qui contra feciſſet, eumque occidi impune liceret; Alteram, ne quis qui provocaſſet, injuſſu populi virgis vapularet, aut ſecuri cæderetur. Quæ quidem lex ſæpius ab eadem Valeriorum familia renovata eſt, quia plus paucorum opes poterant, quam plebis libertas. Poſt, non tantum penes plebem fuit judicium, de Civis Romani judicati condemnatique animadverſione; verumetiam judicandi facultas, magiſtratibus ac ſenatui adempta. Nam Sempronius Gracchus lege cavit, Ne quis de capite civis Romani injuſſu populi judicaret; qui judicaſſet, uti in eum populi animadverſio eſſet. Sic conſtat de capite civis Romani non modo ferri, ſed ne judicari quidem potuiſſe, niſi centuriatis comitiis, in quibus aliquid poterat plebs. Sed M. Tullius Cicero Lentulum, Cethegum, & reliquos

Catil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Catilinarię conjurationis participes,no populi ſuffragiis , ſed ſenatus ſententii judicatos condemnatoſque, in carcer ſtrangulari curavit. Quamobrem P Claudius trib.pl. legem tulit, ut de ei quæſtio haberetur, qui cives Romano ſine judicio populi, indictaque cauſa judicaſſent, necaſſentque: & Ciceronem ejectum urbe exilio multavit.

Præterea poſt Valerium Publicolam, tribunitiis rogationibus magnam in Republica poteſtatem nacti ſunt Plebeii. Nam non modo magiſtratus, Augures, Pontificem Maximum, & alios ſacerdotes creare; verumetiam ipſi magiſtratus, ſacerdotia & judicia (quibus nihil in Republica majus) adipiſci potuerunt, & adepti ſunt. Quæ cuncta penes ſolos Patricios fuerunt. Nam primus magiſtratus, quem adepti ſunt plebeii, fuit Decemviratus, anno V.C. CCCXXX. quo Idibus Maii Q.Pœtellius, C.Duellius, Sp. Oppius Cornicen, è plebe omnes, cum Ap. Claudio Decemvirorum principe magiſtratum inierunt. L.Sextilius de plebe primus Conſulatum ſuſcepit an.V.C. CCCLXXXVII. Tribunatum autem Militum cum Conſulari poteſtate plebeiorũ nemo unquam adeptus eſt, ſaltem perraro. Scribit enim T. Livius in annis IIII & XL, neminem de plebe Trib.Mil. Con-

ſulari

ſulari poteſtate creatum, Patricios vero ſemper in hujus magiſtratus poſſeſſione fuiſſe. Patres quidem voluerunt potius cómunicare plebi conſularé poteſtatem, quam Conſulum nomen. Nam ab initio cum honos iſte in Republica induceretur, paſſi ſunt legem à trib.pl perferri, de tribunis militum tribus ex patriciis, totidem de plebe creandis, qui cum poteſtate Conſulari Rempublicam adminiſtrarent: verum habitis comitiis tres tantum ex patriciis creati ſunt, plebs eo contenta, quod ratio ſui habita eſſet. Anno V.C. CCCXCVII Dictatura cœpit communicari, primuſque de plebe Dictator dictus C.Marcius Rutilius, cum C.Plancio Magiſtro Equitum. Magiſter autem Equitum de plebe, ante Dictatorem plebeium C.Licinius factus eſt, quo tempore civitas diſcordia de plebeio Conſule conſtituendo agitabat. Cn. Cornelio Coſſo & L.Furio Medullino ſecundum Coſs.anno V.C. CCCXLIIII ad Quæſturam patricium magiſtratum plebeii aſpirarunt, creatique ſunt cum uno patricio C.Fabio Ambuſto tres plebeii. Anno V.C. CCCLXXXVIII, ut Ædiles Curules promiſcue ex patribus & plebe fierent, primum decretum eſt. Q.Publilius Philo primus è plebe Præturam inivit, C.Sulpicio Longo & P.Ælio conſulatum

 geren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

gerentibus. Romanorum annales teſtan
tur Cenſores creari ſolitos ex patriciis u
que ad annum V.C. CDII. quo Mart. Ru
tilius ut primus de plebe Dictator, ita &
Cenſor factus eſt.

Vt Romulus Magiſtratus, ſic Num
ſolis patriciis ſacra peragere, Pontifica
tum, Auguratum, & cætera ſacerdoti
ſuſcipere permiſit. Ideoque Decemvi
connubia cum plebeiis patribus interd
xerunt, ne incerta prole auſpicia tur
barentur. Communicatis deinde con
nubiis lege Canuleia anno V.C. CCCI
ſacra quidem confuſa & auſpicia fuerunt
ſed tamen ſacerdotia penes patricios du
raverunt, quoad tribunitias rogatione
Sexti Licinii & Ogulnii. Lege enim Sex
tia Licinia ſancitum eſt, ut Decemvir
ſacrorum non omnes patricii, ſed ex æ
quo de plebe crearentur. Ogulnia au
tem anno V.C. CDLIII M. Valerio
Corvino quintum, Q. Appuleio Panſa
Coſſ. acerrime reſiſtente Appio Claudio
P. Decio vehementer aſſiſtente ſtatuit
ut cum quatuor Augures, totidem Pon-
tifices eſſent, numerumque ſacerdotum
augeri placeret, quatuor Pontifices &
quinque Augures de plebe omnes adſcri-
berentur, quo prorſus octo Pontifices,
novem Augures in Vrbe fierent.

Prius permiſſum fuit plebi ſacerdotia
capere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

capere, quam ſacerdotes creare. Quandoquidem à Numa Rege inſtitutum eſt, & more deinceps comprobatum; ut Pontifices à Pontificibus, Augures ab Auguribus, alii Sacerdotes à ſuis collegiis, ſolus Pontifex Maximus à populo crearetur. Quam creandorum ſacerdotum conſuetudinem annis poſt CLV, quam plebeii ad ſacerdotia admiſſi fuerunt, primus omnium C. Licinius Craſſus, diſſuadente C. Lælio Prætore, Q. Fabio Maximo Æmiliano & L. Hoſtilio Mancino Coſs. anno V.C. DCVIII. invertit, ſuadendo ut ſacerdotes quos antea collegia ſufficiebant, populus crearet. Eandem legem à populo antiquatam revocavit Cn.Domitius Ahenobarbus Trib. pl.atavus Neronis Imperatoris, C.Mario ſecundum, C.Fimbria Coſs. anno V. C. DCXLIX. & ſubrogandorum ſacerdotum jus à collegiis ad populum, minorem etiam populi partem, approbata eius rogatione tranſtulit: veterem tamen morem omninò non ſuſtulit. Siquidem ut populus ſacerdotes faceret, ſed factos collegia cooptarent, ſancivit. Sulla in ſua dominatione nobilitatis propugnator, plebeii juris ac poteſtatis ob fotas Marianàs partes perpetuus oppugnator, legem Domitianã penitus abrogavit, ac priſtinã ſubſtituẽdi ſacerdotes au-

ctoritatem collegiis reſtituit. Poſt Sullam plebs idem jus rurſum recuperavit.

Iudicia cum Equitibus & Senatoribus lege Aurelia Plebi communicata ſunt. Iudicia dico cuncta, præter perduellionis ſive majeſtatis, quod judicium ſibi populus ſecundo ab creatis Tribunis plebis anno comparavit; quo primus Patriciorum tribunis plebis reſtitit M. Coriolanus, atque primus omnium tribunitiam poteſtatem ſenſit. Nam die à Trib. pl. dicta, quod primus plebem præda ex hoſtibus capta fraudaſſet, quodque in magna penuria ne frumentum populo, ſaltem maximo pretio daretur contendiſſet, populi calculis tributis comitiis damnatus in exilium abiit. Ex illo tempore, utpote V.C. anno CCLXIII, morem ſibi fecerunt Tribuni, patriciis diem ad populum dicere. Vnde maximum incrementum poteſtas plebis habuit: contra vero, optimatum priſtina dignitas maximum detrimentum accepit. Quid enim à priori dignitate optimatum alienius fuit, quam per tribunos ad plebeculam citari, rapi, in carcerem detrudi? aut quid magis tribui plebi potuit, quam de iis, quibus antea miſere ſubjecti fuerant, judicium ferre, eos bonis multare, in exilium mittere? Vnde L. Furius, C. Manlius conſulatu abeuntes, à Tribunis ad plebis judicium

arrepti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

arrepti, populumque circumeuntes ſordidati, non immerito apud Livium amiſſam patriciorum dignitatem deplorant? juniores patrum ſuadent monentque, ut honoribus & adminiſtratione Reipublicæ abſtineant? Conſulares vero faſces, prætextam, curulemque ſellam nihil aliud quam pompam funeris putent? claris inſignibus imperii, velut infulis velatos ad mortem deſtinari? quod ſi Conſulatus dulcedo ſit, jam nunc ita in animum inducant, conſulatum captum & oppreſſum à tribunitia poteſtate eſſe, Conſuli veluti apparitori tribunitio omnia ad nutum imperiumque Tribuni agenda eſſe? ſi ſe commoverit? ſi reſpexerit patres? ſi alium in Republica quam plebem crediderit? Exilium Cn. Marci Coriolani, T. Menenii Agrippæ damnationem & mortem ſibi ante oculos proponant. Hæc de poteſtate plebeiorum dicta ſufficiant, penes quos, ceu patricios, magiſtratus curules, ſacerdotia & judicia fuerunt. A quibus omnibus tandem ceciderunt. Nam populus lege Regia omne ſuum imperium, poteſtatemque in Imperatorem tranſtulit. Itaque ſub Imperatoribus quam Regibus, multo plebis conditio durior & anguſtior extitit. Sub Auguſto tamen veſtigium antiquæ plebeiæ poteſtatis manſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Nam ille multas leges condebat, eaſq; ad populum referebat: Item populus ad magiſtratus eligendos congregabatur, etſi nihil fiebat contra Cæſaris voluntatem. Nam partim proponebat eos, qui eſſent magiſtratus futuri, partim id more majorum relinquebat in populi plebiſque voluntate: ſed tamen providebat, ne neceſſitudinis cauſa, aut largitione facta, precibuſve deſignarentur. Sub reliquis Imperatoribus, plebs omnino nullam poteſtatem habuit, ſed ludis ac certaminibus frequenter, raro comitiis interfuerat. Iuvenalis:

——jampridem ex quo ſuffragia nulli
Vendimus, effugit curas. Nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nũc ſe
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenſes ——

SECTIO XXVIII. Hucuſque egimus de prima pop. Rom. Diviſione, quæ reſpicit genus & ſanguinem: de ſecunda, quæ ordinem & cenſum. Tranſeamus nunc ad tertiam & ultimam, quæ ad honores pertinet. Romani honorati aut ſunt nobiles, aut novi.

Nobiles in veteri Rep. Rom. ſoli Patricii habiti ſunt. Quod in principio eis magiſtratus & honores illi, ex quibus nobilitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

as comparari ſolet, patuerint. Nam
onſulatum, Dictaturam, Cenſuram,
dilitatem, Quæſturam, Præturam pri-
um habuerunt. Deinde etiam plebeii,
i ad honores curules aſpiraſſent, nobi-
s vocari cæperunt. Quippe tum non ex
enere, ut antea, ſed imaginibus nobi-
tas habebatur. Quandoquidem ii Nobi-
s ſunt appellati, qui majorum imagi-
es habebant. Imagines autem ſui po-
ere, ac poſteris tradere non poterant,
iſi qui magiſtratum curulem geſſiſſent;
uorum primus eſſe cœpit Ædilitas cu-
ulis, ſecundus Prætura, tertius Conſu-
atus, poſtremus Cenſores; quia Cenſo-
res ex conſularibus tantum viris crea-
ri conſueverant. Quos magiſtratus pa-
tricii ante, quam plebeii iniverunt. Ima-
ginem autem voco, ſimulacrum ad vi-
vum exprimens oris ſimilitudinem, affa-
bre miroque artificio effectum, colori-
bus pigmentiſque adumbratum. Quas
imagines in atriis & inſigniori domus
parte ſuſpendere, & earum multitudine
jactantiaq; nobilitatem oſtentare atque
metiri ſolebant. Honorem igitur & no-
bilitatem nacti ſunt, qui ad magiſtra-
tum honorarium pervenerunt, non ha-
bita ratione, ad eumne vi, gratia, lar-
gitione, an virtute adſpiraſſent. Nam
ſolus magiſtratus in Republica nobili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tatem dabat, & populus honores

Sæpe dat indignis, & famæ ſervit ineptus.

Proinde gloriatur Cicero, ob delatam ſibi Ædilitatem curulem ſe adeptum eſſe antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam, prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam. Porro nulli magiſtratum conſequebantur, niſi prius habita concione, qua populi gratiam ſibi conciliarent: vel commemorando veterem proſapiam, majorum & facta & imagines; nam populus inſervit famæ, & perſæpe in titulis ac imaginibus ſtupet: vel proponendo virtutes ſuas, meritaque in Rempublicam.

Ac certe virtute decet, non ſanguine niti,

ſi ſine majorum claritate atque imaginibus eſſent: ſicuti erant Curii, Decii, Catones, Pompeii, Marii, Didii, Cœlii. Gloria enim & fulgens magiſtratuum currus obſcuros juxta generoſos trahebat. Cato ſe virtute, non genere, aut majorum imaginibus pop. Rom. commendavit, & ipſe initium ſui generis, nominiſque, ab ſe gigni ac propagari voluit; cum aditus ad magiſtratus honoreſque non magis nobilitati, quam virtuti patere debeat. Quinimo pop. Rom. antiquitus

homini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

homini honorem, non generi; moribus, non majoribus; virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Erat præterea in more poſitum inſtitutoque Romanorum, ut qui magiſtratus curules adeptus eſſet, (id eſt imagines familiæ ſuæ, ſi nobilis; aut jus ponendi poſteris imagines, ſi novus) eam haberet concionem, qua gratiam beneficii (conceſſi magiſtratus) populi Romani, cum ſuorum (ſi nobilis) vel ipſius (ſi novus) laude conjungeret. Itaque nobiles hic appello, qui majorum imagines, magiſtratus ſcilicet & triumphos poſſent oſtentare, quibus freti honores aut gerebant, aut ad eos aſpirabant. Majorum ſiquidem gloria poſteris quaſi lumen eſt, & ad virtutes incitamentum. Cicero apud Marcum filium de extinctæ Catilinariæ conſpirationis triumpho ſuo togato gloriatur, propemodum ad eum ejuſdem gloriæ hæreditatem, & factorum imitationem pertinere. Optima profecto hæreditas à parentibus traditur liberis, omnibus divitiis, omnique patrimonio præſtantior gloria virtutis, rerumque geſtarum memoria: cui dedecori eſſe, & nefas, & vitium judicandum eſt. Sicut enim majorum imagines, virtutis præſtantiam, rerumque geſtarum gloriam ac triumphos vel ſuperare, vel æquare honeſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eſt & glorioſum : Ita eorum induſtrias contemnere, frugalitatem deſpicere, imagines, rerumque geſtarum memoriam fœdiſſimis criminibus temerare, obſcurare, deprimere, extinguere, nefas & vitium judicatur. Hæreditaria tum demum cenſebitur, ſi pariter virtutis via ad ſimiles honorum gradus filii pervenerint, ut vel parentibus clariores, vel ſaltem non deteriores dicantur: Alioquin de aliena virtute inique ſibi arrogare (clara videlicet parentum virtus liberis non relinquitur, ea neque dono datur, neque accipitur) & nihil hæreditarium præter virtutis memoriam accipere dicentur : Eamque melius eſt nunquam à majoribus habuiſſe, quam acceptam fœdis moribus corrupiſſe. Etenim quanto majorum vita fuit præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior; ſi nobilitatis acceptam à parentibus dignitatem virtute tueri nequiverint. Plerique nihilominus majorum dignitatibus & imaginibus elati, arroganter ætatem agentes, in voluptate & ignavia deliteſcentes, convivia ſępius exornantes quam arma tractantes, curantes munditias ut mulieres, quam laborem ut viri, quaſi honeſte vixerint, honores, utpote virtutis præmia, petiverunt, atque inſignia virtutis etiam ſine virtute aſſecuti ſunt. Quare recte

cte P.Decius, M.Tullius, C.Marius, alii-
ue nobiles plebeii, dicteria nobilium,
bjectamque nobilitatis novitatem per-
rentes, illos ignavos & ignaros accuſa-
unt, & non probe viventibus probra
bjectarunt, quod præter imagines, ni-
il niſi imaginarium & fumoſum habe-
ent.

SECTIO XXIX. Hactenus de Ro-
anis nobilibus: Nunc de novis. Novi
ppellati ſunt, qui ob imaginum ino-
iam commendatione ipſorum, atque
irtute, non majorum gloria ad hono-
es curules, quaſi meritorum in Rempu-
licam & virtutis debita præmia, ad-
cenderunt. Qui cum nobilium invido-
um contumelioſa multa ſunt paſſi; tum
ulgi mobilis & imperiti novitatem ex-
robrantis, iniquis ſermonibus frequen-
er laceſſiti, QVIS HOMO HIC EST?
QVO PATRE NATVS? Nam ut mo-
es corrumpi in Republica Romana cœ-
erunt, cœpit quoque Populus nobili-
us potius, quam novis honores defer-
re. Sic circa annum Romæ conditæ CC-
L XXXV, Syracuſii cum cæteris Siculis,
ejecto Thraſybulo tyranno, conſtituto-
que populari Reipublicæ ſtatu, conſti-
tuerunt, ut magiſtratus omnes & munia
publica priſcis civibus, atque vetuſtis fa-
miliis diſtribuerentur; inquilini vero &

novi

novi homines alienigenæ, ne ad muner
publica, neve ad honores civiles admit
terentur. Sed ſi nobiles ſolis imaginibu
tituliſque majorum inhæreant, & ultr
ex ſe nihil produxerint, non nobiles ſe
ignobiles dici merentur. Novi vero ve
ri nobiles, quod ex ſe egregia protulerint
cum fortiſſimus quiſque & virtute præ
ditus generoſiſſimus ſit, imo lege Næni
Rex. Siquidem ſola virtus nos nobiles
ſola honoratos, ſola ſenatores, ſola Re
ges vere facit. Vnde præclare cum Stoi
cis cecinit Flaccus:

—— ſapiens uno minor eſt Iove, dives
Liber, honoratus, pulcher, rex deniqu
regum.

Vnde Cato Cenſorius, ad gloriam qui
dem & magiſtratus ſe novum eſſe, rebu
vero geſtis ac virtute majorum vetuſtiſ
ſimum prædicabat.

FINIS.

P. SCRI-

P. SCRIVERII
De
PSEVDO-FENESTELLA
Admonitio.

BIpartitum illud de Sacerdotiis & Magiſtratibus Rom. Scriptum quod ſub involucro L. Feneſtellæ vulgo circumfertur, æternis potius tenebris damnandum erat, quam pro tanti viri fœtu germano lectoribus denuo obtrudendum. Sublato itaque celeberrimo nomine, ignobili quidem ſed vera epigraphe inſignivimus, reddimuſque auctori ſuo Andreæ Dominico Flocco, Florentino. Quod nomen cum alii, tum Nozorenus in Append. Geſn. & Lycoſt. atque Rob. Cœnalis Hiſtor. Gallic. lib. 1. perioch. 1. diſerte agnoſcunt: extatque in chirographo codice, quo Brugis olim uſus Ægidius VVytſius. Et, Oxoniæ apud Britannos in bibliotheca Lincolnienſi, teſte Catalogo Thomæ Jameſii MS. hoc titulo: *Andreas Dominicus Florentinus De Romanis Poteſtatibus.* Princip. *Cum parvos* (leg. *per hos*) *dies.* Et Florentiæ in bibliotheca Gaddiana MS. cujus initium: *Natura ac ratione rerum introductum eſt.* (vide edit. noſtrę pag. 8.) Et atteſtantur Michael Ponciantius & Lucas Ferrinius, nuperi ſcriptores, his verbis: *Andreas Fiocchus, vir graviſſi-*

mus,

mus, eximia doctrina refertus, inter cæte-ra, quæ ad manus venerunt, edidit librum De Poteſtatibus Romanis. Flavius vero Blondus, qui ante cẽtum & ſexaginta annos obiit, in Hetruria ſua, *Andream Floccum, Apoſtolicum ſecretarium, Canonicumque Florentinum, virum optimum ab eloquentia, & edito de Magiſtratibus opere* celebrat. Idemque Lilius Gyraldus in Hiſtoria Poëtarum aſſerit, & apud ſe manuſcriptos eſſe, quibus talis inſcriptio eſt:

Andreæ Dominici Flocci,
Florentini,
Ad Brandem Cardinalem Placentinum

DE
ROMANIS MAGISTRATI-
BVS LIBER.

Atque in iis ipſis eſt Præfatio, inquit, quæ in publicatis literarum typis exemplaribus non reperitur. Hæc ille. Quæ Præfatio etiam integre (quantum ex principio liquet) in codice Anglicano, nec Florentino Nicolai Gaddii deeſſe videtur. Hæc primum à VVytſio publici juris facta. Sed opuſculum iſthoc Brandi Cardinali dicatum fuiſſe, ne illa quidem Editio dicit. Nos primi ex fide Liliana eam inſcriptionem appoſuimus. Ex qua abunde nobis de ætate auctoris conſtat.

ſtat. Nam Brandes iſte, ſive Branda Caſtillioneus, Mediolanenſis, Epiſcopus Placentinus, an. Chriſti ꟾↄccccxi presbyter Cardinalis tituloS. Clementis, ſub Ioanne XXIII PP. creatus eſt. Poſtea ſub Eugenio IV Pontifice factus eſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ, alias Caſæ candidæ. Anno demum Chriſtianæ ſalutis ꝏ CD XIII, Pontificatus ejuſdem Eugenii anno XIII, prid. Non. Febr. Branda Caſtillioneus, quondam Epiſcopus Placentinus, ſacri palatii Apoſtolici cauſarum auditor, presbyter Cardinalis tt. S. Clementis, poſt Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ, legatus iterum ſub Martino V PP. in Hungariam contra Huſſitas, mortuus eſt in Caſtillioneo ſuo diœceſis Mediolanenſis, ibique honorificentiſſimo ſepulchro cadaver ejus conditum. De quo plura qui volet, adeat diligentiſſimum Onufrium Panuinium, & Alphonſum Ciaconium: qui ad manum, cum hæc raptim ſcriberemus, non erat. Quare non ſine cauſa viri docti Feneſtellam illum [Lucii prænomen unde irrepſerit, neſcio] tanquam illegitimum atque ſuppoſititium cenſuerunt, & farraginem de Sacerdotiis & Magiſtratibus tanto auctore prorſus indignam: tum, quod in ea Plinius, Aſconius Pedianus, & A. Gellius in teſtimonium adferuntur;

quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quorum ultimus plus ſæculo poſterio fuit (ſiquidem Feneſtella noviſſimo Tiberii Cæſaris principatu obiit, teſte Plinio lib. XXXIII. cap. XI.) priores duo ipſius Feneſtellæ meminerunt: tum maxime quod in ea incompoſita dictio, neque ubique ſermonis Latini puritas (præterquam in locis, ubi Livium & ejus notæ ſcriptores deſcribit) invenitur. Et recentiorem eſſe vel inde apparet, quod lib. I. cap. V. Epiſcoporum & Archiepiſcoporum mentionem facit. Vixit ergo ante ducentos, & quod excurrit, annos noſter Floccus. Quod & Raphaël Volaterranus, Blondum ſequutus, Commentar. Vrban. lib. XI. indicat. Iannotius, inquit, Manettus (corrupte ibi vulgo Ioannes Manectus legitur) & Andreas Fiocus, ambo Florentini, [Conſtantienſis Concilii tempore (an. Sal. MCCCCXXIV.) quod ibidem innuit] inter eloquentes & ex Chryſoloræ ſchola commemorati.

FINIS.

AP-

APPENDIX AD ROMAM ANTIQVAM;

In qua

DE ROMÆ STATV HODIERNO

Et

PONTIFICIS AVCTORITATE

Diſſeritur.

I

IMPERIVM ROMANVM, & PONTIFEX.

II

DE STATV VRBIS ROMAE ET PONTIFICIS, Relatio tempore Sixti V. PP. Anno CIƆ IƆ LXXXV.

III

REDITVS ET EXPENSAE P.R. Anno CIƆ IƆ LXXII.

IIII

AVCTORITATIS PONTIFICIAE Aſſertio.

V

QVOMODO IMPERIVM ROM. AB AVCTORITATE P.P. DEPENDEAT, Diſſertatio.

VI.

MIRABILIA ROMAE, ex V.C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Epigramma IANI VITALIS PANORMITANI De ROMA.

QVi Romam in media quæris novus advena Roma,
Et Romæ in Roma nil reperis media:
Aſpice murorum moles, præruptaq; ſaxa,
Obrutaq; horrenti vaſta theatra ſitu:
Hæc ſunt Roma. Viden' vel ut ipſa cadavera tantæ
Vrbis adhuc ſpirent imperioſa minas?
Vicit ut hæc mundum, niſa eſt ſe vincere: vicit;
A ſe non victum ne quid in orbe foret.
Nunc victa in Roma Roma illa invicta ſepulta eſt.
Atque eadem victrix victaque Roma fuit.
Albula Romani reſtat nunc nominis index,
Quin etiam rapidis fertur in æquor aquis.
Diſce hinc quid poſſit fortuna: immota labaſcunt,
Et quæ perpetuo ſunt agitata, manent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

I

IMPERIVM ROMANVM.

IMperium Romanum, quod imperante Trajano erat ampliſſimum in Scotia; extendebatur enim ab Oceano Hibernico, ultra Tigrim: Oceano Athlantico, ad ſinum Perſicum: ab Athlante ad ſylvam Calidoniam, pertingebatque ad flumen Albim, tranſibatque Danubium: primum labi cœpit bellis civilibus Galbæ, Othonis, Vitelli: iis enim temporibus exercitus qui in Magna Britannia pro præſidio erat, trajecit in Continentem. Hollandia & vicinæ regiones rebellarunt, paucique temporis progreſſu, Imperii finibus præſidio deſtitutis tranſmiſerunt Sarmatæ Danubium: Alani ſuperarunt fauces Caſpias: Perſæ acquiſiverunt nomen & potentiam: Gothi pervagati ſunt Mœſiam & Macedoniam: Franci ingreſſi ſunt Gallias. Conſtantinus Imperator reſtituit Imperium antiquo ſplendori, ſopivit bella domeſtica, frenavit tyrannos, barbaros, & gentes hoſtiles. Sed duo fuerunt, quæ Imperium multum debilitarunt: primum fuit tranſlatio ſedis Imperialis Roma Conſtantinopolim, quod factum diſpoliavit Romam & debilitavit Imperium. Luce enim clarius eſt,

 quod

quod ſicut plantæ ex nativo ſolo in regiones climate & qualitate diverſas tranſplantatæ, parum retinent virtutis naturalis: ita & res humanæ, præcipue autem dominia & ſtatus magnis illis mutationibus perdunt ſuum vigorem & ſtabilitatem. Eam ob cauſam Senatus Romanus nunquam plebi conſentire voluit, ut Roma Vejam commigraret, quæ civitas multo gratior, & magis commoda erat, quam Roma, maxime poſtquam à Gallis ruinæ tradita fuerat. Cum nullæ res magis pernitioſæ ſint Reipublicæ, quam magnæ novitates: quæ res majori damno, ne dicam exitio, potuit contingere Imperio Romano, quam adeo ingens ac ſubita præter omnium exſpectationem immutatio? Non plus minuſve fecit bonus ille Imperator, quam ſi quis ad dandum animali meliorem formam, cerebrum ad genua, aut cor è ſuo loco ad cubitum transferret. Secundum erratum Conſtantini fuit diviſio Imperii ſuis filiis facta in tres partes, quod contigit anno Domini CCCXLI; qua ex magno imperio tria fecit, cum notabili diminutione auctoritatis & virium. Cum enim ejus filii inter ſe armis decertarent, taliter ſe invicem conſumpſerunt, ut Imperium quaſi exſangue corpus remanſerit. Quamvis autem im-

perium

perium aliquot vicibus ſub uno Principe coaluerit, diviſioni adeo aptum remanſit, ut raro acciderit, quin in Orientale & Occidentale non fuerit partitum, uſque dum Odoacer, Herulorum & Turingorum Rex, magno cum exercitu Italiam ingreſſus, in tam magnas anguſtias conjecit Auguſtulum, ut præ deſperatione ſe Imperio Occidentali abdicarit, quod accidit anno CCCCLXXVI. Hunni jam antea Danubium tranſmiſerant: Alaricus Vandalorum Rex, Romam ceperat: Vandali primum Andaluſiam, & poſtea Africam: Alani Luſitaniam: Gothi majorem Hiſpaniæ partem: Angli Britanniam: Burgundiones Provinciam occupabant. Iuſtinianus Imperator res aliquantulum in melius reſtituit, nam per ſuos Capitaneos exegit Vandalos Africa, & Gothos Italia, anno DLVI. Sed parvo tantum tempore id duravit, nam anno DCCXIII cœperunt Orientale Imperium vexare arma & hæreſis Mahumetana, brevique tempore fuere à Saracenis oppreſſæ præter Syriam, Ægyptum & Archipelagum, Africa, Sicilia & Hiſpania. Anno DCCXXXV occuparunt quoque Saraceni Narbonem, Avenionem, Toloſam, Burdegalam, & regiones vicinas. Imperium itaque Occidentale paulatim prorſus in direptioné abiit: Orientale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

autem adeo invalidum remanſit, ut vi
aliquot vicibus, civitatem Conſtantinc
politanam contra Saracenorum arm
defendere, multo minus Occidenti aux
lium ferre potuerit. Anno autem Chriſ
DCCC titulos Occidentalis Imperii ad
ptus eſt Carolus Magnus, Francorur
Rex, quam rem recenſet Ado, Viem
Archiepiſcopus, verbis ſequentibus: I
die ſancto nativitatis Domini, ante cor
feſſionem B. Apoſtoli, cum glorioſus Re
Carolus ab oratione ſurrexiſſet, Leo Pon
tifex capiti ejus coronam impoſuit, ſicq
ab univerſo populo acclamatum eſt: *Ca*
rolo Auguſto, à Deo coronato Magno, paci
fico, Imperatori Romanorum, vita & vi
ctoria. Diviſum itaque fuit Occidental
Imperiũ ab Orientali hoc modo, ut Nea
polis, etſi Pontum Orientem verſus, cun
Sicilia Græcorũ eſſet, Beneventum Lon
gobardis remaneret, Veneti neutri part
adſcripti, ſtatus Eccleſiæ liber eſſet, reli
quum Carolo M. cederet. Blondus vult
Irenem Imperatricem primum in eam
diviſionẽ conſenſiſſe, deinde à Nicepho-
ro confirmatam eſſe. Habuit itaq; diviſic
Imperii initium è tranſlatione ſedis Im-
perialis Roma Conſtantinopolim: cre-
vit diſtractione in plures Principes: per-
venit ad perfectionem aſſumptione Ca-
roli Magni. Ante eum enim modus regi-
minis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

inis,leges,magiſtratus & conſilia erant
ommunia , tendebantque ad bonum
ommodumque utriuſque Imperii, tan-
uam membrorum ejuſdem corporis.
t ſi unus Imperatorum moriebatur abſ-
ue filiis, totum Imperium manebat al-
eri; ſed Carolo Magno in Imperatorem
Occidentis electo, nulla amplius fuit ha-
ita ratio Imperii Orientis , nec Impera-
or Orientis unquam ſucceſſit in impe-
ium Occidentis , nec ejus imperator in
Orientis imperium. Permanſit autem
mperium Occidentis in familia Caroli
Magni paulo minus quam centum an-
is: defecit autem ea familia in Arnol-
pho. Anno Chriſti MII abſcripto omni
ure hæreditatis , creatio Imperatoris in
ibera electione ſeptem Principum , qui
Electores nuncupantur,poſita fuit.Ratio
faciendi Imperium electivum, quod eo
uſque familiæ Caroli M. hæreditarium
extiterat,fuit,quod Imperator Otho III.
filios non habuit : utque dignitate per-
ſonæ , quæ eligeretur, Imperium firmius
redderetur, Imperium Occidentis tunc
valde coarctatum & conciſum erat : ni-
hil enim ei quam Germania & Italiæ
pars ſupererat : Pontifex ſiquidem Ro-
manus bonam Italiæ partem poſſidebat:
Veneti in medio utriuſque Imperii poſiti
vivebant in plena libertate, cum domi-

nio annexo ſuo ſtatui: Regna Neapolis & Siciliæ, quæ Normanni Græcis eripuerant, Eccleſiæ Romanæ feudataria facta erant, primum ſub Clemente Antipapa, deinde ſub Nicolao II, & ejus ſucceſſoribus, qui Antipapæ factum, propter emolumentum approbarunt: Lombardia & Thuſcia, partim propter diſſidia Imperatorum, Henrici IV & V, Friderici I & II, cum Pontificibus Romanis, partim propter populorum ferociam, Imperatoribus plus laboris & impenſæ, quam commodi attulerant. Rudolpho Imperatori itaque non ſolum in Italiam proficiſci, curæ non fuit (quod eum infortunia, adverſæque res ſuorum anteceſſorum terrerent) ſed & populis Italiæ libertatem parvo precio vendidit. Lucenſibus non conſtitit libertas plus quam decem aureorum millibus: Florentini eam ſex aureorum millibus redemerunt. Deficientibus itaq; cum reputatione viribus imperii, ei in Italia, præter nomen, nihil fere remanſit. Vicecomites Mediolanenſes, & ſucceſſive alii domini, aliis locis rapuerunt ſibi dominia, quæ potuerunt, abſque ullo Imperatoris reſpectu, tantumque petebant inveſtituram ſuorum ſtatuum. Sed Franciſcus, cum ſibi armis ſtatum Mediolanenſem paraſſet, parvi fecit inveſtituram, exiſtimans ſe poſſe ſe-

ipſum

ipſum conſervare in ejus poſſeſſione, iiſdem artibus, quibus eum ſibi comparaverat. Vltra montes ſubſtraxerunt ſe Imperio multi Principes, ita, ut Imperium præſenti tempore fere in Germania concluſum ſit. Sed quod dominia in Germania uniformia non ſunt, deſcribam illa, ut ſequitur: Aliqua dominia ſunt quaſi membra Imperii, ſed ſeparata: quamvis enim Imperii ſint, non id agnoſcunt, nec agnoſcere volunt, ſicut Reges Daniæ & Sueciæ, Dux Pruſſiæ, Helvetii, Rheti: alia agnoſcunt quidem Imperatorem pro ſupremo Principe, ſed diætas imperii non inviſunt, nec contribuunt feruntque onera Imperii; ſicut Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, & Principes Italiæ: alia inviſunt diætas, feruntque onera, ſicut Principes & Civitates Germaniæ: ſed Rex Bohemiæ à Carolo IV Imperatore à contributionibus exemptus eſt. Alia dominia non ſolum pendunt communes contributiones Imperii, ſed quod plus eſt, ſolvunt Imperatori tributum particulare: eæ ſunt illæ Civitates, quæ Imperiales nuncupantur: aliqui Principes Germaniæ non ſolum interſunt Comitiis Imperii, ſed & electioni Imperatoris: hi ſunt ſex Electores, tres Eccleſiaſtici, & tres Laici, quibus jungitur, ſi vota imparia ſunt, Rex Bohemiæ, qui

non venit ad convocationem (quæ diæta dicitur) nihilominus calculum in electione habet. Sed loquendo ſtrictè: Civitates Principes Imperii proprie dicuntur qui diætis interſunt, & tanquam membra unius corporis, participant bona & mala, emolumenta & onera. Hi viventes fere modo Reipublicæ ſimul unitæ ad defenſionem communem habent Imperatorem pro capite, qui non regit abſolute, ſed per Comitia, nec tamen indicit illa abſque præcedenti conſenſu maximæ partis Electorum. Deliberationum Decreta, quæ edicuntur, irrita fieri non poſſunt, niſi per aliam diætam: ſed Imperator habet plenam auctoritatem mandandi executioni decreta. Imperator itaque quod ad dignitatem & præeminentiam ſpectat, eſt primus Chriſtianorum Princeps, tanquam is, in quem ceſſere jura Reipublicæ & Imperii Romani: ejus eſt protegere Eccleſiam Dei, defendere fidem, procurareque pacem, & bonum Reipublicæ Chriſtianæ.

PONTIFEX ROMANVS.

POntificis Romani amplitudo eſt duorum generum: una conſiſtit in dominio, quod habet: altera in auctoritate ſpirituali. Dominium temporale eſt duo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

um generum: unum eſt utile, niſi veli-
ius dicere immediatum: alterum eſt di-
ctum & mediatum. Quod ad domi-
ium utile ſpectat, Papa bonam Italiæ
atrem poſſidet, nempe omnino id quod
nter fluvium, qui vulgo *Fiore* dicitur, &
ajetam, inter Primaro & fauces Truen-
i eſt (excepto Ducatu Vrbini.) Eo ſpacio
omprehenduntur Provinciæ, Bono-
ienſis, Romandiola, Marchia, Vmbria,
)ucatus Spoletanus, Patrimonium S. Pe-
ri, Latium. Hic ſtatus eſt ex præcipuis
taliæ, tum propter ſitum (eſt enim quaſi
n ejus centro, extenditurque à mari
Adriatico ad Tyrrhenum) tum etiam
propter ſummam annonæ copiam, fru-
gum præcipue, olei & vini. Romandio-
a enim non tantum ſibi, ſed etiam vici-
nis oleum, vinumque producit, mittit-
que eorum magnam copiam Venetis, &
n Illyricum: conficit quoque Cerviæ, ſi-
bi & aliis ſal. Marchia aliquot vicibus
ſuppeditavit Venetis, uſque ad centum
Stare (menſuræ genus eſt) frumenti mil-
lia, magnamq; olei quantitatem. Quam-
vis Vmbria tantum frugum non habet,
ut eas foris emittere poſſit, alieni tamen
ipſa non indiget: vinum fere undique
in ea creſcit, habetque pecudes, multis
quoque locis ſatis croci. Patrimonium
& Latium plus quam ſemel frugibus ad-
juverunt

juverũnt Genuam, aliquibus quoq; vicibus Neapolim. Hic ſtatus gente audaci bellicoſaq; plenus eſt, æſtimaturq; ipſum in eo excedere omnes alios Italiæ ſtatus. poſſent colligi ex Bononiẽſi, Romandiola,& Marchia, plus quam xx peditum millia, ex reliquo tantundem. Tempore Papæ Clementis ſola Marchia ſuppeditavit xv militum millia in ejuſdem auxilium. Civitates præcipuæ ſunt Roma, orbis caput, in qua c hominum millia numerari poſſent: Bononia, quæ plus quam LXXX millia utriuſque ſexus ſuppeditare poſſet, Perugia, Ancona, Ravenna, Ariminium, Ceſenna, Forum Iulii, Faventia, Imola, Macerata, Firmũ, Aſculum, Camerinum, Spoletum, Norcia, Rietum, Tarnia, Narnia, Orvietum, Viterbum, Aſſiſium, Folignum, Todi,& forte xxx alię. Nec deſunt arces munitæ: inter eas eſt Caſtellum & Burgus Romæ (ſi perficiatur) civitas Orvietum, quam natura muro cinxit, Terracina, civitas Caſtelli, Fanum. Poſſent muniri multæ civitates, quæ loci & ſitus commoditate excellunt, nempe Aqua pendens, mons Phaliſcorum, Viterbum, Ancona, Spoletum, Narnia, portus & civitas vetus. Multum ſplendoris & amplitudinis etiam huic ditioni ſtatuiq; Eccleſiaſtico, addit multitudo familiarum tam pacis, quam belli artibus illuſtrium,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quæ in hac ditione ſunt, quod in cauſa eſt, cur Reges & Principes Chriſtiani ſuis exercitibus & factionibus, Duces inde petant. Si Princeps hujus ſtatus non eſſet Eccleſiaſticus, ſed civilis, ſive, ut vulgo loquimur, ſecularis, Provincia Romanorum nullo Principi Italiæ frequentia populi aut potentia cederet. Habet Pontifex præter hæc, ſtatum Avenionenſem in Francia, in quo quatuor civitates, & octoginta oppida muris cincta ſunt. Habet in regno Neapolitano, Beneventum. Quantum ad dominium directum ſpectat, Papa eſt patronus regni Neapolitani & Siciliæ, quæ feuda alia omnia nobilitate ſuperant, præterea Ducatuum Vrbini, Ferrariæ, Parmæ, Meſſerani, & aliorum. Inſula Hibernia, & regnum Angliæ juris Eccleſiæ Romanæ, eique tributaria fuere: habet jus ſupremum in omnium ordinum religiones, & in Clerum. Confert quoque beneficia omnia. Habet itaque mille remunerandi modos, & ſicut dicebat Xyſtus IV: Papæ non deerunt pecuniæ, quam diu ipſi manus erunt & calamus. Pius IV habuit à religionibus quadraginta aureorum millia., & ſi renunciationes beneficiorum, cum regreſſibus, & compoſitiones admittere voluiſſet, ſicut ei conſulebatur, aureorum myriadem recipere poterat.

Paulus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Paulus III cum Imperatore, & Vene
fœdus adverſus Turcas fecit, tulitque ſe
tam impenſarum partem: miſit Carolo
in auxilium belli, contra Lutheran
duodecim peditum millia, & quingent
equites, ſuis ſtipendiis militantes, evexi
que ſuam familiam in eam amplitud
nem, in qua eſt. Pius V. miſit quatuo
peditum millia, & mille equites, in aux
lium Caroli IX Regis Franciæ. Sixtus
quinque annis & ſemis, ſui Pontificatu
collegit quinque aureorum milliones
impenditque magnam pecuniæ vim i
aquæ ductibus, fontibus, pyramidibus
palatiis, templis.

II.

DE STATV VRBIS ROMA
ET PONTIFICIS
RELATIO.

SVMMARIVM.

1, *Pontificis auctoritas in Eccleſiaſticis*
& Sæcularibus.
2, *Populi militares.*
3. *Divitiæ Pontificis, & armata vis ti-*
menda.
4, *Potentia unde aucta.*
5, *Romæ prærogativa.*

6, *Sape*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Sæpe capta, & diruta.
Incolarum multitudo; iners utplurimum.
Magiſtratus Romani.
Ius & fortuna peregrinorum.
Pecuniæ cataplus Romæ, & nundinatio.
Ager Romanus ferax, ſed deſolatus, Et, cauſa ſolitudinis.
Campaniæ, & Patrimonii ſitus.
Romanarum Provinciarum gubernacula Pontificum affinibus olim commiſſa.
Emolumenta & curam harum nunc Pontifices curant.
Militia Pontificis & ſatellites.
Principes familiæ Romanæ.
Arces Vrbis, & Imperii Eccleſiaſtici.
Proventus ex vectigalibus, &c.
Officia & Montes quid in Vrbe.
Onera, & expenſæ.
Sixti V. PP. laus.
Modus pecuniæ corradendæ.
Pontificiæ ditiones negligenter habitæ.
In Pontificum amicitia non multum fiduciæ ponendum. interim inimicitia vitanda.
Auctoritas PP. in Sacris: Et, Ipſum ſupra Concilia eſſe.
PP. imperio ſubjectos eſſe Chriſtianos omnes Principes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

27, *Præmia, & Pœna, bina Pontifi[cia]*
auctoritatis vincula.

28, *Collatio Beneficiorum.*

29, *Creatio PP. varia.*

30, *Cardinalium in eligendo PP. trip[lex]*
modus: Et, Eorum numerus & hon[or].

31, *Favor Cardinalium à Regibus qu[æsi]-*
tus, quare jam parum ambiatur.

I.

NOtiſſima res eſt, Pontifici Rom[a]-
no quoad Eccleſiaſticos, in om-
nes univerſalem eſſe poteſtate[m]
non ſolum in eos, qui ipſius ſubdunt[ur]
imperio, ſed etiam qui cæteris Princi[pi]-
bus parent, totoque orbe terrarum v[i]-
vunt: Sed quantum ad laicos, duplex [ſi]
competit juriſdictio, vel ſpiritualis, v[el]
temporalis. Quoad ſpiritualem, omn[es]
concedunt, ipſi tanquam capiti, ſupr[e]-
mam eſſe auctoritatem, & poſſe quaſi j[u]-
ris poſitivi leges non ſolum interpreta[ri]
ac moderari, ſed etiam omnino revoc[a]-
re: leges vero quæ de jure divino ſun[t]
non item: ipſas enim revocare non p[o]-
teſt. Quod ſpectat ad temporalem, m[a]-
gna fuit, & adhuc vertitur controverſi[a],
quia plerique, præſertim Canoniſtæ, op[i]-
nati ſunt, Pontificem ſupremam habe[re]
utriuſque juriſdictionis auctoritatem[:]
alii plerique contendunt, Imperatore[m]
ſupr[emam]

ıpremum eſſe rerum mundanarum rincipem: itidem pro virili ſua certant ɩeges & Principes cæteri : Pontificem ero plenam atque ſupremam poteſta-em nuſquam , niſi in ſuomet imperio, uod poſſidet, ajunt obtinere ; in alienis ero ſolummodo , quatenus ſpirituale iquid agitur,quale eſt juſiurandum,vo-um,aliudve, quod ad conſcientiam ſpe-at. Quod ad vires Pontificii imperii,& iid ab illo aut ſperari,aut timeri queat, æter auctoritatem ſpiritualem (quæ aximis quibuſque Principibus nun-ıam non fuit, aut tremenda,aut vene-nda , & præter auctoritatem, quam in cerdotiis habet,& in Eccleſiaſticis per-nis ubique) non mediocris momenti nt terrarum ſpatia, quæ poſſidet : ete-m in medio Italiæ imperat Romæ, to-Latio , magnæ parti Etruriæ , Vmbriæ, ıcatui Spoletano,Peruſiæ,&Bononiæ, c non Flaminiæ,& agro Piceno,& par-Samnitum, præterquam quod ſupre-ım habet jus in regno Neapolis , & Si-iæ,Ferraria,Vrbino , Placentia, & Par-n: in Gallia vero poſſidet Avenionem, nonnullas alias civitates. Qui Domi-tus (ut inter Italos) magnus eſt ; & in um redactus , utrumque mare attin-, fertilis totus , excultiſſimus , uberri-i agri , omni commoditate refertus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

populorum, & bello aptorum hominum plenus. Et quoad annonam, ſolus ager Picenus præteritis annis minimo negotio potuit Venetorum imperio plus quam centum millia modiorum tritici ſubminiſtrare. Patrimonium vero, quod eſt Viterbi & adjacentium agrorum territorium, potuit olim Liguriæ, Neapolis & remotiorum locorum egeſtati ſubvenire.

2 Verum quod ſpectat ad milites, communis eſt opinio, in Eccleſiaſtico ſtatu meliores eos deligi poſſe, quam in tota reliqua Italia, imo Europa: creditur que ex agro Piceno & Flaminia viginti quinque millia hominum bello idoneorum educi poſſe: ex Patrimonio vero & Latio fortaſſe totidem.

3 Et quanquam dubio procul ex iis regionibus Pontifex minimos colligit reditus, utpote qui oppignorati ſunt, vel creditoribus addicti, nihilominus patet exploratumque eſt, Pontifici nunquam deeſſe, modo velit pecuniam, cernimuſque præſentem Pontificem breviſſimo annorum curriculo collegiſſe circiter quinquageſies centena millia aureorum: quos temporis progreſſu adaugere poterit, magiſque poſſet, quam antehac ſi renuntiationes beneficiorum cum regreſſibus admitteret, & adhuc multo

magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nagis ſi officiorum compoſitiones ap-
robaret: & proverbio uſurpatur, Pon-
fici nunquam defuturos nummos,
um manus illi & calamus aderit. Cum
oc igitur terrarum dominatu, cumque
viribus quas diximus, dubitandum
on eſt, quin Pontifex ex ſeipſo vel aliis
dhærens multum commodi aut in-
ommodi, modo velit, cuicunque præ-
rtim in Italia, afferre poſſit: neque de-
nt exempla, quibus Pontifices mino-
ous opibus, quam eæ ſunt, quas mo-
o poſſident, Pontificiam dignitatem
que auctoritatem contra potentiores
incipes ſuſtentaverunt, Reges & Im-
ratores exauctoraverunt, Imperia, &
gna ſuo arbitratu mutaverunt: no-
orumq; patrum temporibus minime
otum eſt, quid efficere potuerit Ponti-
Alexander, cujus nutu rex Gallię, ſu-
ratis Alpibus, Italiam invaſit, totam-
e perturbavit, & Pontifex Iulius ejus
cceſſor noſtræ Reipublicæ (heu ni-
um) quanta ſit Pontificis auctoritas,
efecit. Leo x, & Clemens vii per plu-
na bella, quæ ſuis, aut junctis ſocio-
m viribus geſſere, magnitudinem
m firmarunt, & Clemens poſt per-
las calamitates potentior quam ante-
am ipſas perpeteretur, evaſit. Pau-
iii Eccleſiæ dignitatem & quietem

inter duos potentiſſimos Principes
ſtentavit auctoritate magis, quam
mis: adverſus Turcas & hæreticos arm
movit, denique poſteros ſuos in ea
fortunæ amplitudinem, quam cern
mus, collocavit. Iulius III, dum arm
movit, Italicam pacem ſuſtulit, totam
que propemodum Europam perturb
vit: & Paulus IV multos theſauros ho
Regi ademit, memorabile poſt ſe reli
quens exemplum incommodorum, q
ex Pontificis animi propenſionibus, n
ratione regantur, emanare poſſunt:
Pontifex, quem modo habemus, qua
quam nullum hactenus inter Chriſti
nos bellum excitavit, neque ullam tu
barum occaſionem dedit, tamen hau
mediocre inſtat periculum, propter ſ
mulum conſiliariorum, quibus circum
datur: quam rem non ignorat Gallorum
non Catholicus Rex, & plerique alii Prin
cipum.

Proinde quemadmodum antiquit
fiebant luminibus quibuſdam ſacrifici
ut prodeſſent, aliis, ne nocerent; ita
num conſilium exiſtimandum eſt, ſum
ma ope niti, ut cum Pontificibus (quo
cunque mores præ ſe ferant) bene nob
conveniat: quantum enim pacis & be
tempore utiles ſunt favores, & benefici
quæ bene animati Pontifices poſſun

conc

oncedere, tantum periculoſa ſunt detrimenta, quæ ab iiſdem male affectis timenda ſunt: neque unquam defuerunt, qui ad deteriora proclives animos inſtigant.

4 Ideo omnes Chriſtiani Principes, ſive inter magnos, ſive inter mediocres nnumerentur, religione ducti, ſive aliis le cauſis, eo ſeſe abjecerunt, ut coram Pontificibus genua flexerint, ejuſque pedibus oſcula detulerint; omneſq; in univerſum, etſi magni validique, ipſorum micitiam adipiſci conati ſint, aut ſaltem ne contrarios haberent, operam dederint, & quicunque naturę & affectibus Pontificis ſeſe prudenter accommodavit, ingens ex ea re commodum, maximumque fructum aſſecutus eſt. Quæ res i unquam utilis aut neceſſaria deprenenſa eſt, equidem hoc tempore, & hoc quem habemus, Pontifice, perneceſſaria ſt, multoque utiliſſima. Natura ſiquilem rigidus eſt & auſterus, cumque præſentem dignitatis celſitudinem non artibus ſuis, non ambitu, ſed ſolo Dei conſilio conſecutus eſſe ſibi videatur, autoritatem ſuam ſine timore ullo ſemper exercuit, profiteturque ſe non modo omni perturbatione, atque utilitatis cupidine mmunem, ſed etiam nihil aliud reſpicere, quam quod religionem, & quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

eam conſequuntur, attingit, fixam a
mo gerens opinionem cunctos Chriſt
nos religione omnia metiri debere.

5 Verum de temporali Pontifi
dominatu inſtitutum ſermonem con
nuantes, primum ſeſe mihi offert Ron
urbs, de qua ſi omnia quæ poſſem, refe
re atque enarrare vellem, profecto rel
tionis meæ curſum nimis dilatarem: et
nim nemo neſcit, hanc non ſolum toti
Italiæ omniumque nobiliorum Europ
provinciarum, ſed etiam maximæ part
Aſiæ & Africę dominam longo interva
lo omnes principatus & regna imper
amplitudine & gloria ſuperaviſſe: &
quamvis (ut eſt rerum humanarum v
ciſſitudo) imperium ipſius ab antiqu
illo culmine defecerit, nihilominus ad
huc majores orbis terrarum Principe
ipſius nomine honeſtiores eſſe ſibi facil
videntur: quandoquidem Imperator li
benti animo titulum *Regis Romanorum*
uſurpat, & Turcarum Rex aſſentitur, u
quas regiones in Europa poſſidet, ubi et
iam reſidet, *Romania* appelletur. ſe
quod magis intereſt, hæc Vrbs Pontifi
cum ſedes facta eſt, propter quorum au
ctoritatem videri poteſt, antiquæ digni
tatis ſplendorem magna ex parte recu
peraviſſe, & illic alteram fortaſſe admi
rabiliorem Rempublicam, & ſublimius
Impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Imperium inſtauratum eſſe.

6 Legimus, poſt Imperium priſci declinationem hanc Vrbem gentium dominam decies victam & captam fuiſſe, à Viſegottis, Vandalis, Oſtrogottis, Normanis, Gallis, Alemanis, Hiſpanis, & ab aliis ſub Athaulpho & Genſerico, Totila, Ruberto, Leviſcardo, Henrico v Imperatore, Ladiſlao Rege Neapolis, & poſtremo ſub Cardinale Columna, Duce Borbonio. Verum etſi omnem artem victores adhibuerunt, ut eam penitus demolirentur, ejuſque nomen & ſpeciem, ſi fieri poſſet, extinguerent, neque contenti omnem ſævitiam adverſus homines abſque ullo ſexus vel ætatis diſcrimine exercuiſſe, cuncta ſacra profanaſſe. & profana omnia expilaſſe, paucos illos, qui bello ſuperſtites fuerant, ſecum aliquando abduxerunt, domibus dirutis, everſis palatiis, cunctis pulcherrimis ac pretioſis rebus perfractis, præſertim tot figuris mirabilis artificii comminutis, ingentibuſque & ſtupendis ædificiis, quæ adverſus temporum injuriam erecta eſſe videbantur, proſtratis: nihilominus ſi ad dignitatem procerum, quibus modo repletur, ſi ad numerum & ad magnificentiam palatiorum, templorum, aliorumque ædificiorum, ſi ad pulchritudinem viarum, ad Vrbis magnitudinem, hortorum

amœnitatem, denique ad commod
rerumque omnium abundantiam r
ſpiciatur , facile ad hæc uſque temp
ra Vrbem Romani vigere deprehend
mus.

7 In hac Vrbe , ut communis fe
opinio, trecenta millia hominum, majo
ex parte advenarum, reperiuntur : na
quoad indigenas, revera pauci ſunt , an
bigiturque an quiſquam ex illis à vetuſt
incolis originem trahat. Inter quos al
qui Barones , & Principes, viginti, trigi
ta , quinquaginta millia aureorum , &
nonnulli amplius in reditibus poſſiden
omnes tamen fere alieno ære obſtricti
quemadmodum etiam plurima pars ho
minum magis ad paupertatem vergit
quam divitiis affluat , ut neceſſe eſt acci
dere , ubicunque nulla ars , qua homine
ſuſtentare ſe poſſunt, celebratur: propter
ea , quod quæcunque ad uſum vitæ per
tinent, omnia fere aliunde importantur
præſertim laneæ & ſericeæ veſtes, Vene
tiis, Luca, Florentia, Genua, & Neapoli il
luc afferuntur.

8 Creant Romani ſuos Conſervato-
res, Tribunos , alioſque Magiſtratus , &
Pontifex ipſis ſecundum veterem mo-
rem Senatorem concedit: qui ſimul cum
Cõſervatoribus, in Capitolio jus dicit, ubi
populus conſilium ſuum habet, ubi ſimi-

liter

ſiter Tibicines, & Muſici detinentur;ſed hæc ſpeciem potius,quam vim gubernationis exhibent: etenim à tribunalibus illis non niſi controverſiæ inter Romanos, reſque minoris momenti cognoſcuntur: cætera vero & majora quæque coram Pontifice ejuſque miniſtris, Vicario,Gubernatore, & Auditore Cameræ agitantur;& conſilii decreta omnino dependent ex voluntate Pontificis, qui Baronum populique audaciam quotidie deprimendo,abſolutum Vrbis imperium ſolus adeptus eſt.

9 Peregrini vero ad urbem, tanquam ad communem patriam, ingenti numero convolant, ubi nullius perſonæ acceptio eſt, nulla inter nationes conſtituta diſcrepantia: omnes brevi temporis ſpatio in albo civium deſcribuntur, primoſque civitatis honores non multo negotio adipiſcuntur, & melius fortaſſe, quam alibi ingenii induſtriæque ſuæ fructum præmiumque conſequuntur, denique fortunæ ſuæ favore, & virtutis ductu adſpirare poſſunt ad maximas Aulæ & Eccleſiæ dignitates, imo ad ſupremum quoque honoris gradum, quem ſæpe conſecuti ſunt ſordido loco nati, & ejuſmodi homines, qui alibi vix potuiſſent egeſtatem ſuam aliquatenus ſublevare: præterquam quod tendunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

illuc plerique vel religionis ergo, vel cl
mentiæ, vel juſtitię in negotiis ſuis pete
dæ, quorum multitudo ingens expedit
quotidie: plerique etiam propter mun
& officia ſua in aula reſidere coguntu

10 Admirandum quoque eſt, qu
pacto undequaque Romam confluat p
cunia, partim propter quotidianos a
venarum urbem incolentium ſumptu
qui generatim ſatis ampli ſunt, atqu
profuſi: partim ob ſolvendas earum re
rum, quæ impetrantur, expeditione
præſertim propter Bullas beneficiorum
partim etiam ad quædam aulæ officia
utilitatis vel ambitionis ergo coemenda

11 Regio, quæ ſpatio triginta mi
lium paſſuum Romam ambit, uberrim
eſt, utpote quæ affatim frumentariam
annonam carniumque omne genus ſup
petit: vini quoque copia non deeſſet, ni
incolæ, præſertim externi, valetudini
aut potius deliciarum cauſa aliarum re
gionum vina expeterent: quorum plur
ma ex regno Neapolitano, Corſica inſu
la, ex littoribus Liguriæ, & ex Gallia ad
vehuntur. Verum hæc regio adeo ferti
lis, omnique ex parte adeo parum inco
lis repleta eſt, ut ad agros colendos, & a
meſſem, vindemiaſque ex diverſis Itali
partibus, & uſque ex Gallia Ciſalpin
illuc quadraginta circiter mille operari

con-

concurrant: qui abſoluto opere cum lucello aliquo domum revertuntur, ſi modo ſuperſtites fuerint: etenim magna ipſorum pars extingui ſolet, vel propter inſuetum ſolis fervorem, vel propter marinorum flatuum malignitatem, qui in præſentia eo ſunt pernicioſiores, quo majorem vaporum, qui ex paludibus exſurgũt, copiam afferunt; remoto his temporibus magna ex parte impedimento ſylvarum, quæ prius obſtabant. hæc autem omnia (quanquam non ut antea) urbem Romam adhuc inſalubrem faciunt. Itaq; hæc regio, quæ antiquitus innumerum hominum numerum continebat, modo vacua & deſolata eſt, & in littore, quod Romanum dicitur, à portu Herculis, Terracinam uſque ſpatio centum quinquaginta millium paſſuum in longitudine, vix & ne vix quidem octo mille habitatores connumerantur.

12 Tractus ille terrarum, quæ inter Vrbem & Regnum Neopolitanum interjacent, *Campania* dicitur; quemadmodum ſpatium illud quod ab altera parte Vrbis Florentiam verſus extenditur, *Patrimonium* nuncupatur. Marchia Anconitana, & Flaminia ad mare ſitæ ſunt, illa contigua Regno Neopolitano, hæc agro Ferrarienſi, quibus ſimiliter Bononia finitima eſt. Vmbria mediterranea

loca

loca tenet, regio quidem adeo ferax, u non ſolum incolis ſuis victum ſupped tet, verum etiam ad Florentinos fru mentum tranſmittat.

Multa enarrare poſſem in explicandi iis, quæ pertinent ad provincias haſce, & nonnullas ex præcipuis civitatibus, præ ſertim Bononiam, nobiliſſimam & fre quentiſſimam inter omnes totius Italia urbes, ornatam præterea florentiſſimo gymnaſio, Ravennam, Cerviam, Ariminum, & Faventiam urbes, item Anconam, portum & emporium earum rerum, quæ importantur illuc & exportantur ex Turcico imperio, ſatis celebre.

Poſſem etiam memorare Beneventum hiſtoriis celebratam urbem, nec non Avenionem, quondam LXX circiter annorum ſpatio, Pontificum ſedem: ſed temporis anguſtia cogit me, ut ſermonē meum coarctem, eritque ſatis, ut quæ ad hæc generatim pertinent, ediſſeram.

13 Conſueverunt præteriti Pontifices harum Provinciarum Præfecturas, & quarundam civitatum gubernacula affinibus ſuis, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, & Cardinalibus à ſe promotis & benemeritis concredere, ut inde utilitatem ac beneficium conſequantur: Nonnulla enim gubernatio, & legatio, tria, quatuor, & uſque ſeptem millia au-

reorum

orum, nonnunquam amplius in annuis reditibus habebat.

14 Verum hic Pontifex hæc emolumenta omnia ad ſe traxit, ipſeque gubernatores illuc mittit: qua in re haud bene io, num populi in ratione gubernationis quidquam lucri fecerint: illud verum eſt, ipſos propter ſummam in hac Pontificis diligentiam, quiete vivere, um antehac magnis perturbationibus ctati fuerint, ſæviſſimas inter ſe inimitias exercentes, neque cuiquam odii auſa parcentes, extinctis aliquando integris familiarum gentibus.

Sed ex hoc incommodo beneficium llud conſecutum eſt, quia in armorum xercitio ſeſe perpetuo exercentes, videntur magna ex parte ſtrenui & generoſi milites evaſiſſe: quos præteriti Pontifices ad numerum uſque viginti quinque millium conſcriptos delegerunt, & in cohortes diſtribuerunt, ut exercerentur.

15 In præſentia Pontifex nullos habet ſtipendiarios milites, præter ducentos Helvetios, & centum equites levis armaturæ, quibus ſtipatoribus utitur: viginti quinque Helvetios Ravennæ, in agro Piceno viginti quinque pedites, totidemque equites; præter Adrianæ mo- præſidiarios milites: item arces Anconitanæ, aliarumque arcium & turrium

pau-

pauciſſimo numero. Bononia ex ſuis re-
ditibus centum habet ſtipendiarios Hel-
vetios,& quinquaginta equites. In iſti[s]
nihilominus civitatibus ac regionibu[s]
poſſent, quotquot placeret, milites colli-
gi, & nonnulli equites, quanquam non
adeo magno numero: neque deſunt exi-
miæ virtutis Duces: quandoquidem vi-
dentur hæ provinciæ non minus quam
quælibet pars Italiæ, iis abundare.

16 Hoc loco retuliſſem aliquid de
præcipuis viris, Domus ſcilicet Columnę,
Vrſinæ, Comitum Sabellorum, Caieta-
norum, Balionum, Vitelliorum, cæte-
rorumque, niſi alias hac de re copioſam
olim epiſtolam ſcripſiſſem.

17 Quoad arces, quædam ſunt na-
tura munitæ, ut Orviætum, ſed parum
arte adjutæ: hæc enim res non minus
ſocorditer, quam pleræque aliæ, in ſta-
tu Eccleſiaſtico tractantur. Incepit Pius
IV Leoninæ civitatis munitionem (quæ
eſt pars Romæ ultra Tiberim, in qua par-
te eſt Caſtellum S. Angeli, templum S. Pe-
tri, palatium Pontificis) ne regina ur-
bium hoſtilibus damnis ſemper aperta &
expoſita foret: Gregorius Pontifex mul-
tum pecuniæ expendit, eandemque par-
tem duabus pulcherrimis viis exornavit:
& præſens Pontifex, quanquam præ ſe
fert munitionis abſolvendę voluntatem,
nihilo-

hilominus eam reliquit hactenus im-
fectam.
Verum Eccleſiaſtici imperii arces, quæ
ajoris ſunt momenti, ſunt Neapolim
rſus, Agnania, civitas vetus ad mare in-
um, Ancona. ad hæc omnes ita imper-
tæ, ut difficillime reſtiturę eſſe videan-
minimæ, quæ fieret ab hoſte, impreſ-
ni. Sunt præterea pleraque alia caſtel-
& arces, ſed male cuſtoditæ, cum pro-
r minimum præſidiariorum nume-
n & virtutem, tum propter muni-
nem & annonæ defectum.
8 Reſtat, ut de proventibus dica-
s, qui conſiſtunt in vini, olei, farinæ,
s, carnis, ac cæterarum venalium re-
m vectigalibus, gabellis, mulctis: ſubſi-
triennali, quod à Paulo III extra or-
nem ſemel imperatū, jam ordinarium
perpetuum fieri cæpit: ſubſidio trien-
i, quod Fratrum ſive Monachorum
m mendicantium in Italia collegia per-
vere conſueverunt: collectis ex Hiſpa-
, Luſitania, Italia: cenſu S. Petri, quem
ges Neapolitani, Duces Ferrariæ, Vr-
i, Parmæ & Placentiæ, aliique depen-
nt: Item ordinariis reditibus è Ro-
niola, Marchia Anconitana, Patri-
nio S. Petri, Latio, Vmbria, agris Ca-
rino, Peruſino, Bononienſi, Beneven-
o, & aliis regionibus & oppidis.
His

His non computo illas utilitates, qu
ex Præfecturis à Pontifice retentis,& ſ
reſervatis percipiuntur : has enim
ſumptibus contrahendo, quos Pontif
in Cardinales quoſdam,minus dites,q
melius dignitatem ſuam tutari poſſi
erogare ſolet.

Neque huc Annatæ veniunt bene
ciorum , & penſiones pro Bullarum r
demptionibus,cum ex his nihil in Pon
ficis ærarium inferatur , ſed ex diver
Officialibus ſunt obligatæ.

Quamvis autem horum redituu
non pauci à ſuperioribus Pontificib
alienati fuerint; præſentis tamen Po
tificis vigilantia & parſimonia ita ja
ſunt revocati,ut ſeſquimillionem auri f
re reddant.

19 Alienationes hæ ſub duobus ſu
factæ nominibus & titulis ; Officioru
& Montium.

Officia eorum fere ſunt,qui in mune
aliquo aulico ſunt conſtituti , & alioru
adjunctorum,quorum ea eſt conditio,
poſt mortem ejus,qui tenuit, vacent,a
etiam tum , quando is ad Cardinalatu
evectus fuerit. In his elargiendis Came
ita verſatur , ut pro denis annui redit
centum ſemel accipiat , unde quinqui
centena coronatorum millia conficiu
tur.

Mont

Montes duorum ſunt generum: Aut
orte extinguuntur, in quibus pro cen-
nis duodenûm aureorum fit ſtipulatio;
t ad hæredes tranſeunt, & pro cente-
s ſeptem penduntur.

20 Præter hæc aliis etiam modis
ntificii reditus obligati& onerati ſunt,
primis ipſius Vrbis, & aliarum Provin-
rum Præfecturæ: nec parum in Vrba-
s populi Romani Magiſtratus eroga-
r. Huc accedunt ſumptus domeſtici
Pontificii familiam, in Helvetiorum&
is armaturæ equitum ſatellitia; in ca-
lli S. Angeli, Oſtiæ, civitatis veteris,
rracinæ, Orviæti, &c. præſidia, in can-
res, cornicines, nuncios, curſores, &
iſmodi famulitium: in eleemoſynas,
na & largitiones, aliaque in magna-
m aulis uſitata.

21 Hos tamen alioſq; fere infinitos,
os in multa ædificia & magnificas ſub-
ructionum moles cum æterna nominis
laude jam ante fecit, & etiam nunc
otidie facit, præſens Pontifex ita mo-
ratus eſt, uti quinque Pontificatus ſui
inis quadragies centena aureorum
illia, id eſt, quatuor auri milliones ęra-
intulerit.

22 Etſi vero Pontifices mille habent
nficiendę pecuniæ modos, ex iis duo
men maxime in promptu ſunt, quo-

rum unus eſt Cardinalium creatio,à q
bus etiamſi nullam paciſcatur pec
niam,non modicum tamen è benefici
quæ illi ante poſſederant,percipere po
emolumentum. Alter eſt liberalis gr
tiarum & aliarum rerum , quarum i
dulgentia à Pontifice peti ſolet, diſpen
tio : in qua tamen Pontifici ita verſa
dumeſt , ut conſcientiam ſervet illęſa

23 Sed ut ea , quę de ſeculari Pont
ficis imperio dicta ſunt , & adhuc mul
plura dici poſſent, concludam : illud a
ſim dicere , ſi Princeps aliquis Secular
Pontificias obtineret ditiones , eaſqu
tanquam rem propriam & hæredit
riam adminiſtraret , cum paucis Princ
pibus fore comparandum,non tam in
perii amplitudine(quanquam & hoc an
pliſſimum eſt)quam regionum præſtar
tia , agrorum fertilitate , incolarum nu
mero,nobilitate civium, ad militiam ap
ta juventute , ſumma denique rerur
omnium abundantia : quarum rerur
adjumentis non ſua tantum præclar
tueri,ſed aliis etiam formidabilis eſſe po
ſit. Sed plerique omnes,qui antehac fue
runt Pontifices , non modo de amplifi
canda & locupletanda ditione Eccleſia
ſtica, ſed vix pene dicam,de conſervand
ullam ſuſceperunt curam aut cogitatio
nem. Vnde mirum non eſt, vix ullum i

to

otoChriſtiano orbe reperiri dominium,
uod in tanta rerum omnium copia &
ertate, armis, commeatu, aliiſque ejuſ-
odi præſidiis minus ſit munitum, ita
i ad prædam cuilibet invaſuro expoſi-
m videatur.

24 Hic in Pontificibus digna quę-
m conſideratione occurrunt, utpote
ibus cauſa ad mutandam ſententiam
inquam deeſt, dum Eccleſię commo-
m & dignitatem allegant & pręte-
nt. Sed & iidem provecta plerumque
nt ętate, ita ut haud procul à morte
ſint. Quibus defunctis, univerſa mu-
tur rerum facies, conſiliaque evane-
nt, aut alium longe exitum ſortiun-
r, ſic ut in Pontificum amicitia & con-
deratione non multum ſpei ponen-
m ſit. At ſi quis viceverſa dicere velit,
rundem ergo inimicitias vel odia non
lde metuenda, longe erraverit. Qui-
nque enim cum Pontifice bellum geſ-
rit, poſt infinitos factos ſumptus præ-
re ſecum actum putabit, ſi quod ſuum
t, defenderit: quum plerique omnes aut
ligionis quadam veneratione, aut certe
nulatione, aut ne nova in ſe concitent
lia, aut abſtineant ab iis, quæ Sedis Ro-
anę ſunt, occupandis, occupata reſti-
ant, ut ex multis hiſtoriis & exemplis
lere eſt: idque noſtro tempore fecit

Carolus V. Imperator, Rex Catholic[illegible]
Veneti, qui Cerviam & Ravennam Po[illegible]
tifici reddiderunt.

25 Verum enimvero Pontificia [illegible]gnitas atque auctoritas magis à ſpi[illegible]tualibus, quam à temporalibus depe[illegible]det. Quoad illas enim, Pontifex R[illegible]manus pro univerſæ Chriſtianæ Reip[illegible]blicæ capite, Divi Petri ſucceſſore, [illegible] Chriſti in terris Vicario agnoſcitur, [illegible] habetur: qui in rebus ad fidem pertine[illegible]tibus errare non poſſit: à cujus judicio [illegible] determinatione ne minimum quide[illegible] diſcedere liceat: qui legum ejuſmodi [illegible]bus à ſe latarum vinculo conſtringe[illegible] omnes queat: qui in eis etiam, quæ i[illegible] Conciliis tractata ſunt, plenam ſtatuen[illegible] & determinandi habeat facultatem: q[illegible] denique ſupra Concilia ſit, quorum d[illegible]creta ipſius ſit declarare, infringere, co[illegible]rigere, & in quibuſdam etiam diſpenſ[illegible]re: in quo tamen Sorbona Pariſienſ[illegible] Theologica, Baſilienſis Concilii auctor[illegible]tatem ſequuta, nunquam abſolute volu[illegible] aſſentiri. Iam rerum ſacrarum, & qu[illegible] ſub his comprehenduntur, cura omni[illegible] ad Pontificem refertur. Neque vero Sa[illegible]cerdotes modo & Monachi ipſi ſunt ſub[illegible]jecti, ſed ne Seculares quidem ab ipſiu[illegible] poteſtate ſunt exempti, non tantum re[illegible]ſpectu rerum pure ſpiritualium, ſed &[illegible]

aliqu[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

qua ex parte temporalium,ut judicio-
m tam civilium & criminalium,quam
um matrimonialium , hæreticæ pra-
atis , & aliorum enormium ſcelerum
licia ab ipſo ejuſque miniſtris petan-
r.

26 Quin etiam non defuerunt , qui
demerendam Pontificum gratiam,
ibere non dubitarunt , Principes om-
s & ſtatus ſeculares Pontificum impe-
eſſe ſubjectos , eorumque eſſe de Re-
m & Principum controverſiis diſcer-
re & judicium ferre , & quid hujus,
idve illius ſit,determinare.

27 At ſi quis penitus cognoſcere ve-
,quanta Pontificis Romani ſit aucto-
as: tot tantoſque præmiorum ac pœ-
rum , quibus duabus rebus tanquam
nculis,homines in officio continentur,
odos perpendat. In pœnis quidem,quę
Pontificibus infliguntur, non de fortu-
s tantum & vita,ſed de animæ quoque
ute agitur , eorum ſcilicet quibus illi
cris interdixerint , quouſque Cenſura,
Excommunicatione percuſſerint. Re-
unerandi vero idem plures , quam
iſpiam alius Princeps habet modos,
on tantum è bonis temporalibus , ſed
iam ſpiritualibus , ut Abſolutione, In-
lgentiis, Diſpenſatione , aliiſque tam
mporalium quam ſpiritualium rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

gratiis, quibus non plebeii tantum h mines, ſed maximi etiam Principes op habent, præſertim ut ad ſuos, & ſuoru regnorum uſus, & neceſſitates, Eccleſi ſticorum ſubſidiis, decimis, & id gen exactionibus liceat uti.

28 Sed inprimis illa trita & latiſſim eſt via, conferendi ſcilicet in alienis regic nibus ſive imperiis Eccleſiaſtica Benef cia: quæ tamen poteſtas hodie non pa rum acciſa eſt, & reſtricta, in Germani præſertim, ubi Epiſcopos & Prælatos eli gendi Canonicorum Collegia (quę Capi tula vocat) jus habent; exceptiis iis, qu Auſtriacæ familiæ imperio ſubſunt, qu ab Archiducibus nominantur. In Fran cia ſive Gallia ſolius Regis eſt Epiſcopo nominare. Sic etiam Rex Catholicus ſo let in Hiſpaniæ regnis, in India Occiden tali, in Belgio, in Sardinia, Epiſcopos no minare; in regno Neapolitano nomina tionis jus habet in viginti quatuor Eccle ſiis, ſecundum conventionem cum Cle mente VII factam. Sed & Imperatori, quatenus Hungariæ & Bohemiæ rex eſt, Epiſcopos in jam dictis regnis nomi nandi jus eſt, non Collegiis. Idem in Lu ſitania & Polonia uſurpatur. Nihilo minus tamen tanta eorum beneficio rum, quorum ad Papam pertinet diſpo ſitio, eſt copia, ut nemini ex omnibus

Chriſtia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

hriſtianis Principibus uberior ſit mate-
, & latior, quibus voluerit, benefa-
ndi campus: ſed & qui Collationem
ipſo non accipiunt; Confirmationis ta-
en diploma impetrare neceſſe habent.

29 Non alienum abs re fuerit, de
ntificum creatione hoc loco aliquid
cere, ut quantum fieri poteſt, omnia
eviter, quę ad materiæ hujus cognitio-
m pertinent, perſequamur. Scire igi-
r oportet, morem Romani creandi
ntificis varium eſſe, & diverſum ab il-
antiquitus uſurpato. Primum enim
ntificem, D. Petrum ſcilicet Apoſtolo-
m Principem Chriſtus ipſe, Dei filius,
cleſiæ fundator, propria auctoritate
ſtituit. D. Petrus Clementem ſibi ſuc-
ſſorem aſcivit: cui poſtea Cletus, & in-
Anacletus ſucceſſerunt. Poſtea clerus
omanus, conjunctis cum populo ſuf-
agiis, jus renunciandi ſibi Pontificis
ſurpavit. Inde ab Anno CCCLI Impera-
res ſuam quoque interpoſuere aucto-
atem: à quibus illi confirmationem
tere ſolebant, primum depenſa certæ
cunię ſumma, deinde ſine pretio. Iidem
r aliquod temporis ſpatium non niſi
æſentibus Imperatorum legatis coro-
ari ſolebant; ac tandem etiam ipſorum
ontificum conſenſu, ad retundendam
opuli Romani inſolentiam, univerſum

jus creandorum Pontificum in Impe tores fuit tranſlatum,qui etiam longo tempore uſurparunt , ac mordicus re nuerunt: adeo, ut quum idem à Pon ficibus repeteretur , grave ſchiſma ortum fuerit , quod Chriſtianam re publicam diu graviſſime afflixit. In hæc,Pontifices quidam ipſi ſibi ſucceſſ res elegerunt,quorum electionem dei de clerus confirmavit. Tandem ve prævalente Pontificum auctoritate, e cluſo Imperatore & populo,electio pen Cardinales & Primates aliquot ex cle remanſit,donec ab Alexandro III in co cilio Lateranenſi anno MCCLIX, præſe tibus CCLXXX Epiſcopis,decretum fuit, is,qui à tertia Cardinalium præſentiu parte electus fuiſſet , pro legitimo Pap agnoſceretur. Qui mos obtinuit ad a num uſque MCDXVII, quando Martinu V. ad tollendum illius temporis ſchiſm electus fuit : poſtea vero Gregorius X i Concilio Lugdunenſi primus conclav illud ordinavit ; donec tandem ſucceſſ temporis dicta electio ad eam,quæ hodi uſurpatur,formam eſt reducta.

30 Solebant autem Cardinales in el gendo Pontifice tribus uti modis , pe Compromiſſum , per Adorationem , & per Scrutinium. Nobis illud ſcire hic ſuf ficiat; omne eligendi Pontificis jus atque

au-

ctoritatem penes Cardinales eſſe, qui
ontificis tanquam capitis præcipua
embra ſunt, rationis ejus lumina & o-
erum coadjutores. Eis multa à Ponti-
cibus conceſſa ſunt privilegia, præcipue
ero à Paulo II & aliis, ſemiſſis omnium
edituum Sedis Apoſtolicæ, ut ex ſcri-
tis ſive Actis patet: Sed ejus loco, ſemiſ-
s Annatarum de Beneficiis, quæ à Con-
ſtorio conferuntur, aut imperantur,
ſis aſſignata eſt. In honore autem Re-
ibus æquiparantur. Olim, ut curioſi qui-
am obſervarunt, non plures erant
uinquaginta tribus: at numerus pau-
atim eo uſque excrevit, ut Pius IV uno
empore ſeptuaginta ſex viderit: Hoc ve-
o tempore (*Sixti V. PP. quo auctor
ujus Relationis Italice hæc ſcripſerat
Anno* MDLXXXV) ſexaginta quatuor
ant: in quibus multi excellentes Iuriſ-
onſulti, Theologi vero, qui alicujus no-
ninis ſint, pauci.

31 Collegium hoc Cardinalium
Principum ſtudiis in factiones olim ſciſ-
um fuit, eo maxime tempore, quo Ca-
olus V Imperator, & Franciſcus I Gal-
iæ Rex capitali odio inter ſe diſſide-
ant, & non de gloria & imperio, ſed
le ſalute dimicare videbantur. Quum
nim uterque exiſtimaret, magnum ſi-
i ad victoriam conſequendam in Pon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

tificis gratia & favore poſitum eſſe m
mentũ: illi vero circa Pontificem aſſid
ſint, ejuſque conſilia moderentur, & qu
velint, flectant, mortuo vero Pontific
novi eligendi habeant poteſtatem: ute
que omnibus modis eo elaboravit, u
quos rebus ſuis commodos fore arbitra
bantur, eorum obſequia multis offici
ſibi devincirent. Poſtquam vero expe
rientia cognitum eſt, Cardinales quibu
cunque conſtrictos officiis in Pontific
eligendo ſuas magis quam aliorum ſequ
utilitates (ex quo factum ſæpe eſt, u
Pontifices ii renunciati ſint, quos illi mi
nime omnium volebant) electionem
Pontificis non à Cardinalium ſibi pro-
penſo favore, ſed unius Dei voluntate ex-
pectandam ſibi ſtatuerunt, rati, omnem
operam & ſumptus, qui hanc in rem im-
penderentur, perire. Hinc Galli primum
curam hanc omiſerunt: & Rex Catholi-
cus diu ab omni largitione in Cardinales
abſtinuit; poſtea vero paucos quoſdam
certis penſionibus ſibi obligavit, nume-
ro circiter, cum ſibi ſubditis, ad viginti
quinque. Nec Gallis difficile foret ad ſuas
partes quoſdam hac ratione adjungere;
ſed prudentius forſan faciunt, quod tale
nihil præ ſe ferunt, ſed in univerſum
omnibus Cardinalibus favorem ſuum
probare ſtudent. Imperator ſex aut ſe-
ptem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

…m habet ſibi obnoxios, quos tamen
…nihil impedit, quo minus libere om-
…agant, ſuoque munere fungantur.
…e fit, ut hodie factionum Cardinales
…i ſint capita. quamvis magnus Hetru-
…, ſive Florentiæ Dux, non ignarus,
…ntum ſua interſit, Papam habere, cui
…o fidat, aut certe non diffidat, nihil
…um omnium intermittat, quibus ſe
…at conſequi poſſe; & eum in finem
…o vel decem Cardinales habeat con-
…deratos.

III.

REDITVS ET EXPENSÆ ECCLESIAE ET P. R.

VEctigalia Romæ elocari ſolent plu-
rimum offerenti, ad novennium,
pro triginta quinque Coronatorũ
…llibus quotannis perſolvendis: de qui-
…s, ſubductis omnibus regalibus, aug-
…entis, fraudibus, quæ committi ſolent,
…is à vectigalibus immunibus Legato-
…m, & locorum piorum, aliiſque privi-
…iis, Reverendæ inferuntur, finito loca-
…nis tempore, Cameræ coronat. 17000.
Salinæ Romanæ elocantur quoque
…rimum offerenti ad ſeptennium, &
ſub-

ſubductis omnibus regalibus & expenſ
redeunt ad Cameram quotannis Coro
nati 8660.

Impoſitio duorum Carolinorum pr
frumenti Romæ molitione, in monten
perpetuum à Iulio III repoſita, & poſte
ampliata uſque ad coronatos 21333.3.d
quibus ſolvendi quotannis ſeptem coro
nat. cum dimidio, qui à Pio V ad ſepten
ſunt redacti; qui proventus Fabricæ mi
niſtris eſt aſſignatus, ejuſque adminiſtra
tio populo Romano commiſſa, ita ta
men ut unus ex Cameræ officialibus e
præſit: Infert coronat.16000.

Impoſitio quadrantis in libra carni
Romæ in montem perpetuum repoſita
pro ſeptem *per cento* à civibus Romani
perſolvendis: quorum fructus ad Mon
tiſtas pro ejus montis extinctione red
eunt coronat.20000.

Impoſitio quatuor Iuliorum pro am
phora, populo Romano conceſſa, eidem
Monti applicata, ad ejus extinctionem
inſurgit ad coronat.3000.

Impoſitio quadrantis in libra carnis
ſtatus Eccleſiaſtici, exceptis Roma, Bo-
logna, Camerino & Benevento, elocar
ſolet pro ſexaginta coronatorum milli-
bus: de quibus ſubductis expenſis aliiſ-
que regalibus, redeunt ad Cameram
coronati 5000.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Præpoſitura veredorum Romæ ac to-
is Status Eccleſiaſtici elocari ſolet pro
oo.coronatis; de quibus,ſubductis ex-
nſis & compenſationis , Cameræ re-
anent coronat.2000.

Tolfanæ aluminis fodinæ elocatæ o-
n fuerunt Domino Tobiæ Palavi-
no pro 64500. coronatis annuis : de
ibus ipſis operariis cedunt coronati
500. reliquum Montiſtis atque a-
s , præter regalia Dominorum Ca-
eralium : ita ut hinc nihil ad Came-
m perveniat : quin imo ſæpius ut ſuf-
iat.

Mons aluminis elocatur pro corona-
s annuis 3000.

Cenſus D. Petri inſurgunt ad 31000.
ronatorum millia, quæ quotannis in
ſto Petri recipiuntur 31000.

Cleri pro ſpoliis compoſiti pendunt
otannis in Feſto Sancti Petri coronat.
60.

Quarta Fratrum Regularium infert
otannis coronat. 30662. De quibus
960. penduntur Monti Navinali Fra-
um, qui paulatim extinguuntur : &
0702. Monti pio recuperationum vaca-
lium, ita ut & hinc nihil ad Cameram
deat.

Subſidium triennale Marchiæ inſur-
t ad coronatorum aureorum millia,

nume-

numeratis undecim Iuliis pro corona
quotannis. De quibus ſubductis 400. p
fabricis Annonæ: & 1000. pro fabr
murorum Fani: & 1160. pro muris ci
tatis Novæ: & Monti Coſero Domi
Ioanni Georgio Cæſarini venditis co
nat. & coronat. 25. pro diverſis gratiis a
donis: & coronat. 457. pro Quæſto
proviſione: pendit depoſitario ſingu
menſibus 4000. coronat. & annuati
coronat. 49358.

Subſidium triennale Romaniæ inſu
git ad coronatos 37807. aureos: de qu
bus ſubducendi 2223. privilegiati, & V
netorum: item 223. qui relinquunt
Quæſtori Provinciæ, pro cuſtodia Illu
Legati, qui de iis rationes reddit:
5400. collegio Illuſt. Clericorum Cam
ræ pro tribus adjunctis: & 203. Quæſt
ri, qui dictum hoc ſubſidium colligi
pro ſua proviſione, & pecuniarum R
mam deportatione. Superſunt itaqu
coronati 29758.

Subſidium triennale Vmbriæ aſce
dit ad coronatos 39701, numeratis und
cim Iuliis pro coronato, de quibus ſub
ducuntur 741. gratia eorum quibuſda
terris conceſſa: item 9485. qui quotann
Peugiæ Quæſtori numerantur ad ſu
plementum ſolutionis quæſturæ: i
poſterum vero horum quoque majo
par

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ars recipietur : & 290. pro proviſiona-
s, & deportatione pecuniarum; de qui-
ıs proviſionato cedunt 200. remanent
ıque Cameræ coronati 13076.
Subſidium triennale Campaniæ Ma-
imæ Latii, & Sabinæ quotannis aſcen-
t ad coronatos 15650. his addita terra-
m taxa fiunt coronati aurei 20480. qui
no MDLI è prædicto Papa ad corona-
s 17755. reducti ſunt. An. vero MDLXXI
ixto V ad 15553. coronatos aureos re-
cti : de quibus ſubductis 770, qui pro-
er impoſſibilitatem & exemptiones
n exiguntur, & pro exactoribus & pe-
niæ deportatione, ſuperſunt coronati
rei 14643. ut bonæ monetæ ad Came-
n redeant circiter coronati 13632.
Taxa, quam vocant *de Cavalli morti*,
archiæ aſcendit ad coronatos 77721.
æ illius Provinciæ Quæſturę aſſigna-
, tanquam ejus quæſturæ reditus co-
nat. 77221.
Taxa eadem, Patrimonii eſt corona-
um 978. de quibus in aſſignatione
. relicti ſunt Locatori vectigalium &
æſturarum dicti Patrimonii, reliquum
gitur ſeorſim coronat. 978.
adem taxa Romaniæ aſcendit ad co-
at. 5027. bonæ monetę, quorum pars
compenſationem impenditur pro
lendinis Ravennatibus : & pars cedit
Col-

legio Montis Pa non vacabilis: ita ut a
Cameram ſaltem redeant, qui ex qua
ſtura Romanię percipiantur, circiter co
ronati 800.

Tivolum ſeu Tibur cenſum dat an
nuum coronat. 200. qui olim Cardina
Ferrariæ conceſſi fuerunt: hodie ver
Depoſitario numerantur coronat. 200

Augmentum ſtudii triennalis Ma
chiæ, carnis porcinæ extinctę loco, exu
git ad coronat. 10134. numeratis und
cim Iuliis pro coronato, de quibus ſub
ducuntur cor. 202. pro cauſa oneroſa, &
114. pro exactore, & pecuniarum vectur
Superſunt itaque Cameræ coron. 9842

Dictum augmentum Provinciæ Ro
maniæ eſt coronat. 6512. in auro: de qu
bus ſubducuntur 114. propter Terras qu
minus ſolvunt in ſubſidio triennali, &
73. pro proviſione exactoris & pecunia
rum vectura, ut ad Cameram perveniant
coronat. 6325.

Dictum augmentum Provinciæ Pa
trimonii. eſt coronat. 2482. in auro:
quibus ſubductis 305. pro terris quæ nu
lum pendunt ſubſidium, & 100. pro ex
actore, & pecuniarum vectura; Camer
manent cor. 2423.

Quæſturæ Marchiæ, una cum taxi
quas vocant Caballorum mortuorum
(*di cavalli mortui*,) ejus Provincię ele

ca

i ſolet pro coronatis 62015.
Quæſtura Romaniæ elocari ſolet pro
onatis 3597. numeratis decem Iuliis
coronato:à quibus ſubductis pro gu-
natione Provinciæ, & pro Regalibus
meralium & Depoſitario 1270,rema-
nt Cameræ coronati 2327.
Tenetur etiam Romaniæ Quæſtor Ca-
ræ numerare reſiduum Legationis,
m in dicta ProvinciaLegatus non fuit,
quo ex ſubſidio triennali ſoluti ſunt
onati 2720, & 2000. pro Legati pro-
one: & 3360. pro cuſtodia, & 2220.
Bol.qui ſimul faciunt coron.10300.
quibus ſubductis 1700.pro proviſione
elegati,& 1068. pro cuſtodia, ſuper-
t Cameræ cor.5532.
Vectigal& Quæſtura Patrimonii elo-
i ſolet pro coronat. 6377. Sed quia
lta ſunt ſubducenda hinc Regalia, &
iæ expenſæ, non multum Cameræ
ertur.6377.
Quæſtura Camerini elocari ſolet per
vennium pro coron. 24500. Sed quia
lta hinc ſubducuntur, parum itidem
Cameram redit.24500.
Quæſtura Peruſiæ in Vmbria, & taxa
ballorum mortuorum dictæ provinciæ
cari ſolet per novennium pro coron.
300. multa autem hinc ſubducenda
alia & aliæ expenſæ:unde parum quo-

que Cameræ reſtat emolumenti. 203
Queſtura Aſculi elocari ſolet per qu
quennium pro coronat.6354. de quib
propter varias expenſas, parum Cam
ſuperat. 6354.
Quæſtura Campaniæ dat cor. 1100
Sed & hinc propter varias expen
parum ad Cameram redit. 11000.
Quæſturam Noricæ M. Nicolaus S
nelli in poteſtate habet, pro expoſita p
Camera pecunia: & quoniam de ejus
ditibus communitati rationem redd
ad nullas tenetur Cameræ rationes.
Quæſtura Caſciæ anno 1572. menſe
prili vendita eſt cuidam Ioſepho Hier
nymi Foligniano, pro 500. Coronatis a
reis Cameræ perſolutis: unde nec hu
in Camera habetur ratio.
Quæſtura Beneventi tenetur à M.
milio Peretti, ex cujus proventibus co
454. Cubiculariis, 428. in diverſis ſalar
aliiſque expenſis conſumuntur: 768. g
bernatori, & 50. cor. ipſi queſtori cedun
ita ut parum hinc ad Cameram redeat.
Vectigal Spoleti, M. Baptiſtæ Blanc
Spoletano per ſeptennium locatum e
pro 4260. coronatis annuis: de quib
Quæſtori Peruſino 781. & Gubernato
Spoletano 1260. cedunt. Reſtant Cam
ræ 2219.
Vectigal Anconæ elocatum eſt Mon
pi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

pio recuperatorum pro coron.3500 annuis,qui collegio aſſignantur:& 100.Somis frumenti: & quando hæ Somæ non ſolvuntur , penduntur Cameræ pro iis 1000.coron. pro quolibet anno , & cor. 179. pro Regalibus Dominorum Cameralium. coronat. 3500.

Vectigal Ancaragi & civitatis Novæ elocari ſolet per quinquennium pro coronatis 1300.annuis, cum onere cor.117. Secretariis Apoſtolicis ſolvendorum , & Monialibus Viterbi. ſuperſunt Cameræ 1010.

Vectigal Biedæ elocari ſolet per quinquennium pro cor.1080.qui depoſitario numerantur.1080.

Caſale Magrotti reddebat quotannis Cameræ coronat.9240.à Paulo IV Hoſpitali S.Spiritus venditum.9240.

Impoſitio quadrantis in libra carnis Boloniæ,aſcendit annuatim ad coronat. 6030. qui Monti Augmenti Bolognæ aſſignantur. coronat.6030.

Subſidium triennale Boloniæ aſſignatum eſt dictoMonti pro cor.9900.& fertur aſſurgere ad coronatorum quinquaginta millia quotannis:totum autem officialibus aſſignatur. 9900.

Impoſitio Talorum affocatitiorum olim oppignorata M.Rutilio Alberini, ſed hodie liberata infert Cameræ cor.350.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Cenſus Rietenus olim Iohanni Baptiſtæ de Serena oppignoratus pro coronat.400. poſtea Petri Pauli Mignanelli filio conceſſus profert Cameræ coronat. 816.

Locationes Ripæ vendebantur olim pro 250.coronatis: quondam oppignorati M. Franciſco de Fonte, & demum poſſeſſi à M.Hieronymo Ceolo.250.

Minutæ Cancellariç reddunt quotannis coronatos 10000. qui fere omnes officialibus & Papæ domeſticis aſſignantur.10000.

De fructibus Montis Religionis cedunt Cameræ quotannis cor.16338.

Vectigal vini Boloniæ locatum fuit olim M. Virginio Ghiſilieri pro cor.600. aureis 600.

De depoſitaria Fani, ſuper Maleficiis Quæſtori Marchiæ aſſignatis, ſuperſunt proventus, quorum habenda ratio, & circiter 100. coronatos annuos ferunt. 100.

Terræ ſiccatæ aquarum clavibus & diverſionibus pendebant olim annuos coronatos 140.

Locatio ſalis Sclavoniæ profert annuatim coronatos aureos 750.

De fructibus Montis Pii extinguibilis percipiuntur quotannis coronati 2350.

De

De reſiduo Montis Avineonenſis recipiuntur quotannis coronati 616.

Incerti reditus Sedis Apoſtolicæ.

QVo primi anni Papæ Sixti protulerunt coronatos 130000.

Collectaria Hiſpaniæ æſtimatur annuatim circiter coronatis 40000.

Collectaria Luſitaniæ profert annuatim plus minuſve, coronatos 20000.

Proventus frumenti Patrimonii, Marchiæ, & Romaniæ, tulerunt annuatim circiter coronatos 30000.

Reſidua Montis vacabilis tulerunt annuatim circiter coronatos 1000.

Fructus Montium vacabilium ferunt annuatim circiter coronatos 7500.

Libertates bonorum Eccleſiaſticorum ferunt annuatim circiter coron. 3500.

Depoſitaria Boloniæ fert quotannis circa coronat. 4000. qui in illa manent civitate. 4000.

Datariatus plerunque fert quotannis coronatos 68250.

Nota Proviſionum à Papa Cardinalibus dandarum.

CArdinalibus à S.B. proviſionatis dantur quotannis coronati 1320. Quibuſdam plus, & aliis minus.

S.B. Domus præfecto aut Oeconomo

dantur quotannis ad ordinarias ſuas e
penſas cor.6000.

Eidem pro aulæ auxilio cor.1200.

Et pro revocatione credentiæ bis qu
tannis coronat.200.

Pro veſtibus familiæ in feſto Nati
tatis coronat.1720.

Pro veſtibus ſtabulariorum, bis qu
tannis;nimirum in feſto Iohannis,&N
tivitatis, coronat.1350.

Pro quibuſdam expenſis Secretar
Papæ, ſingulis tribus menſibus cor.
ſunt annui coronat.332.

Scribæ in Cancellaria Papæ dant
quotannis coronat.180.

Cantores Capellæ Papæ habent pr
omnium proviſione coronat.4656.

Aromatario penduntur quotann
pro cera in Capella Papæ, coronat. 150

Eidem pro cera ad candelabrum da
tur quotannis coronat.1500.

Pro pannis viridibus 240.

Pro expenſis diei Iovis ante Paſch
coron. 250.

Pro Palmis aut ramis olearum 270.

Pro roſa aurea,quę alicui donatur,co
ronati 240.

Pro gladio,cingulo,&pileo,margarit
adornato, cor.380.

Pro palliis holoſericis auro intertext
pro Salvatore & Matre virgine,3000.

Pr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Pro tentoriis Corporis Domini, & ejus paratu, 250.

Stipendia cubiculariorum & ſcutariorum, quorum cuique in menſe dantur coronat. 20.

Iis qui in Archivis ſunt dantur ſingulis menſibus coronati 25.

Proviſiones Nuntiorum Apoſtolicorum.

Nuntio qui apud Imperatorem reſidet dantur ſingulis menſibus cor. 230.

Nuntio qui in Francia reſidet dantur ſingulis menſibus cor. 145.

Nuntio Veneto 230.

Nuntio Sabaudo 115.

Nuntio ad Ducem Hetruriæ 57.

Nuntio Germaniæ 115.

Nuntio Poloniæ 230.

Nuntio apud Germaniẹ principes 130.

Nuntio Neapolitano : : :

Nuntio Hiſpaniæ : : :

Stipatorum, ſeu S B corporis cuſtodum ſtipendia.

Stipatorum præfecto dantur annui coronati 2400.

Hujus Vicario vel locum tenenti, 639.

Cuſtodi equorum & caſſidum 1077.

Helvetiis quotannis dantur cor. 10932.

Iiſdem pro veſtibus 2600.

Iiſdem pro pileis & pennaciis 200.

Pro inſignibus majoribus & minoribus 1000.

Equitibus pro donativis in feſto Nativitatis& aliis, 2000.

Helvetiis dantur etiam, pro equis quando Sua Beatitudo Roma ſpatiatur egreditur,coronati 250.

IIII.

AVCTORITATIS PONTIFICIAE ASSERTIO.

SVMMARIVM.

1. *Pontifex dignitates diſtribuit, inconſultis quibuſlibet Principibus, in quoſlibet.*
2. *Reges creat, & deponit.*
3. *Imperii moderatorem ſe gerit.*
4. *Electores ab Eccleſia Rom. dependent*
5. *Electio indiget Pontificis confirmatione.*
6. *Iuramentum Imperatoris limitatum poſtremis temporibus.*
7. *Pontifex Imperatorem deponit.*
8. *Renuntiatio Imperii in manus PP. facienda.*
9. *Titulus ſacer à ſacrorum Antiſtite manat.*

10, *Pon-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

o *Pontifiex dignitates dat, adimitque.*
, *Magnus Etruriæ Dux titulum &c. PP. debet.*
:, *Guiſcardi olim Reges à PP. creati.*
, *Prærogativæ Principum comitiis dijudicatæ.*

1.

PApa, ſupremus Chriſtianorum Pontifex, omnes Eccleſiaſticas & Seculares dignitates indifferenter diſtriuere poteſt, neque minus in liberos hoines, quam in quoſcunque cæteris rincipibus ſubjectos.

Quod attinet ad Eccleſiaſticas dignites: explorati juris eſt, Papam creaviſſe, creare ſolere Cardinales & Epiſcopos iverſarum nationum, ſub diverſorum rincipum imperio conſtitutos, inconltis ipſiſmet Principibus.

Quod ad Seculares ſpectat: aſſero, eges Poloniæ atque Luſitaniæ electos iiſſe à Romanis Pontificibus, eorumue populorum Principes, olim titulo uces, creatos ab ipſis fuiſſe Reges, atque oronatos.

2 Innocentius III Romæ Petrum egem Aragonum, uxoremque Regiam in æde S. Pancratii creavit: Coroavit quoque Ioannem Regem Angliæ Hiberniæ, qui ea regna Sedi Apoſtocæ tributaria eſſe voluit: item Rex Da-

ciæ, Bulgarorum, innumeriq; alii à Pon
tificibus creati, atque diademate inſign
ti fuere: quemadmodum in Regiſtris In
nocentii III, Honorii III, & Gregorii IX
quæ in Bibliotheca Vaticana aſſervantu
videre eſt.

3 Vtque Pontificiam auctoritaten
magis aſſeram, ajo, non modo ab ii
dem Reges inſtitui, ſed etiam regno ac d
gnitate ſpoliari; ut Regem Angliæ In
nocentius III.

Ex hac aſſertione auctoritatis Ponti
ficiæ ſuper Reges ſequitur illud, ut Pon
tifex in rebus Imperii multo magis ſe
immiſcere queat, utpote quæ juris Pon
tificii ſunt, Sedique Apoſtolicæ immedia
te ſubjectæ. Id autem probatur, quia Gre
gorius V numerum Electorum inſtituit
quibus eligendorum Cæſarum faculta
tem conceſſit: Et quanquam authentica
exempla Bullæ aureæ, quam hac de cau
ſa edidit, proferri nequeunt, [NOTA
nihilominus, cum magnum ſuſceperim
laborem, ut hujuſce rei dilucidam veri
tatem comperirem, pleræque patente
literæ cum earum exemplaribus ad ma
nus meas devenere, quibus antiqui mul
ti Doctores expreſſe fatebantur, ſuam ſe
authoritatem ſummis Pontificibus acce
ptam referre: quemadmodum in arce
Sancti Angeli in Theſauro, & in tribus

libris,

libris, quibus titulus, PRIVILEGIA IMPERATORVM, videre eſt, nec non in Bibliotheca Vaticana, ubi exempla ſunt deſumpta ex iis, quæ in arce S. Angeli cuſtodiuntur.

4 Ex quibus clare patet, Electorum auctoritatem, eorumque inſtitutionem, à S. Romana Eccleſia dependere. Quæ ut magis comprobentur, in medium affero, pro diverſis temporum occaſionibus Electores à diverſis Pontificibus eligendi privilegio ſpoliatos eſſe: quemadmodum olim Ioannes XXII id effecit. Sed & Leo X Ducem Saxoniæ privavit: Clemens autem VII electionem Caroli V validã fuiſſe etiam abſque ejuſdem Ducis ſuffragio, ſuſtentavit, atque aſſeruit: quemadmodum in libro quodam, qui corio rubeo integitur, cernere eſt, cui libro titulus, CAPITVLATIONES PRINCIPVM, & conſervatur in Pontificio promptuario.

5 In Regiſtris autem Leonis X, & Clementis VII, in Archivio Cameræ Apoſtolicæ hæc auctoritas lucidius apparet: nam ſtatim atque Rex Romanorum, vel Imperator electus eſt, Electores à Pontifice confirmationem petunt, ſæpiuſque, cum Papa conſenſum non præſtitiſſet, ad novam electionem deventum eſt: quemadmodum in dictis libris, ſi diligenter

genter attendantur, obſervare eſt.

6 Præterea apparet, Regem Romanorum, vel Imperatorem electum, ſtatim ſolere in manum Pontificis juramentum fidelitatis, obedientiæ & reverentiæ transſmittere.

Cernitur quoque, Pontificis auctoritatem ſupremam eſſe in Imperio; & occaſione juramenti ultimi Imperatoris magnæ fuerunt obortæ contentiones, dum ipſe reverentiam polliceri, & jurare tantummodo volebat: & neceſſe eſſet, multas perlegere ſcripturas, quæ tunc temporis à viris peritiſſimis conſcriptę fuere.

7 Adhæc dicimus, Pontificem privare poſſe, ac deponere Imperatorem electum & confirmatum: quemadmodum hac uſus eſt auctoritate adverſus Fridericum, ut legitur in Regiſtris Innocentii III, Honorii III, & Gregorii IX, & adverſus Bavarum, in Regiſtris Ioannis XXII, in bibliotheca Vaticana: de quo argumento plurimæ allatæ ſunt ſcripturæ Avenione, quæ in ſacco quodam cæruleo aſſervantur, cui titulus DE SCHISMATIBVS. Allati enim ſunt Avenione quadraginta circiter libri ſuper ſchiſmate Vrbani VII, uſque ad tempora Martini V, quod Conſtantiæ terminatum eſt, ubi multa leguntur ſcripta à Baldo Oldredo, aliiſque de Pontificis auctoritate,

dum

m Imperatori, aliiſque Principibus il-
um temporum reſponderent.

8 Neque minus ad hæc cognoſcen-
conduceret, ſi quis inſpiceret acta re-
ntiationis Imperii, quam Carolus V.
manus Electorum emiſit in favorem
tris ſui Ferdinandi. Quæ res tempore
li IV. à doctiſſimis viris multum agi-
a, atque diſputata fuit, dicente Ponti-
, Imperatorem non poſſe renuntiare
perium in manum Electorum tan-
am ſibi inferiorum, ſed in manum
ntificis reſignandum eſſe; atque ita in
nſiſtorio decretum fuit, nempe Im-
ium tunc vacare, & Pontificiæ diſpo-
oni reſervari. Hæc omnia in Prom-
ario Pontificio exſtabunt, ac fortaſſis
er ſcripturas Pauli Reſtauri Peruſini,
ſaltem in Additionibus ad ejus tra-
cum *De Imperatorum* &c.
Tempore Pauli III, cum Carolus V &
nciſcus I Gallorum Rex ad ſingulare
tamen deſcenſuri eſſent, inter cætera,
e Carolus allegabat, illud erat, ſe fi-
n eſſe ac defenſorem S. Sedis Apoſto-
, cui jurejurando obſtrictus erat, ſe
eipſo quidquam decernere non poſſe,
n aliis rebus ſpecioſiſſimis.

9 Præterea compertum eſt, donec
ctus & à Pontifice confirmatus Rex
manorum Coronam Imperialem ma-
nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

nu Pontificis, vel ejus Legati non recip
nunquam Imperatorem abſolute voc
ſed Electum; ſicq; poſſumus aſſerere,
huc nomen illius ab auctoritate Pont
cis dependere, quemadmodum etiam
Majeſtatis titulus, qui ei conceditur
S. Sede, utpote res ſacra, dimanat.

10 Ex quibus omnibus firmum
rivatur axioma, ſi Papa creat, & pri
Electores imperii, confirmatque, prob
reprobat electos ab ipſis imperatores,
magis poſſe cuicunque principi ab imp
rio dependenti quamlibet dignitat
concedere, & ab eodem quomodoli
auferre. Igitur neceſſe eſt dictos tres
bros inſpicere, itidemque Regiſtra Inn
centii III, uſque ad Gregorium IX, in
bliotheca Vaticana, ubi ſimiliter ſerva
tur Regiſtra, alterum Gregorii VII, al
rum Tiberii & Felicis: quæ proderunt
vindicandam Pontificis, qui eo temp
cum Imperatore ſuper ſchiſmate conte
debat, auctoritatem: reperietur quoq
alterum Ormiſdę, nec non Epiſcop
Clementis IV, ſeparatum ab ejus Re
ſtris. Adeſt præterea liber quidam N
colai Aragonii, & alter Celſi Cameran
in quibus ad hanc rem Bullæ innume
colliguntur. Allata etiam ſunt Avenio
omnia Regiſtra Clementis V, uſque
Gregorium XI.

11 Verum ad hæc libet annectere
[c]reationem Celſitudinis Ducis Etruriȩ:
[P]apa enim huic principi titulum Magni
[D]ucis Etruriȩ, non Florentiȩ, aut Sena-
[r]um, conceſſit: id autem effecit tanquam
[r]ei ſuȩ arbiter & moderator: quando-
[q]uidem in donationibus imperatorum
[a]liorumque Romanȩ Eccleſiȩ factis, tota
[e]tiam continetur Etruria, quam pro par-
[t]e ſolummodo poſſidet. Quod ſi quis di-
[c]eret, Pontifici earum rerum, quȩ non
[p]oſſidet, nihil ſupereſſe, niſi titulum: pa-
[r]iter reſpondetur, Papam hujus Princi-
[p]is Celſitudini ſolum titulum conceſ-
[ſ]iſſe.

12 Poſtremo, ut efficaciſſimum Pon-
[t]ificiȩ auctoritatis exemplum ſuggeram,
[d]ico, Guiſcardos, antequam Neapolita-
[n]um regnum Eccleſiȩ feudatarium eſſet,
[c]reatos fuiſſe, & coronatos Reges ab
[A]nacleto, vel Innocentio II, niſi fallar:
[t]otum enim ferme regnum illud tunc
[C]onſtantinopolitani imperatoris erat,
[a]liorumque: ſicuti videre eſt in quodam
[l]ibro, qui corio rubro tectus eſt, & ſer-
[v]atur in Bibliotheca Vaticana, cui titu-
[l]us: De Regno Siciliae.

13 Quod pertinet ad rem Ducis Flo-
[re]ntiȩ, neceſſe eſt, diverſorum Concilio-
[ru]m acta inſpicere, quȩ nũquam impreſ-
[ſa] fuerunt: ubi clare videtur, regem Galliȩ

ſemper

ſemper anteceſſiſſe Regem Hiſpaniæ, pleraque alia inter Regnum Poloniæ Portugalliæ. In his libris, qui in Bibli theca Vaticana cuſtodiuntur, Orator Florentini locus reperitur, itemque D cis Ferrariæ. Dux Ferrariæ prætendi aſſeritque, ſibi titulum Magni Ducis Alexandro VI fuiſſe delatum, & nece eſt legere Ceremoniale Iulii II. qui in mediate ſucceſſit Alexandro VI. Tu enim in Concilio Lateranenſi edixit D cretum de ſucceſſionibus omnium prin cipum Chriſtianorum, eorumque Or torum: ibidemque utriuſque Orator locus, qualis fuerit, obſervatur: quæ r cum prætenſionem Ducis illius conſec ta fuerit, minimo negotio dijudicari p teſt, Florentiam Ferrariæ antepoſita fuiſſe.

V.

QVOMODO IMPERIV ROM. AB AVCTORITATE PP. DEPENDEAT,

Diſſertatio.

SVMMARIVM.

1, *Nullo dominii jure Germanos poſſide Imperium.*

2, *Juſtius illud PP. quam Germanis, a aliis, deberi.*

3, *Ele*

Electus Imperator, nondum eſt Imperator.

Diſtinguenda principia Imperiorum. Imperium Caroli M. & ſucceſſorum, & Imperium Othonis I inter ſe differunt. Et, Othones tres à PP. electi.

Electorum jus à Pontifice, contra falſas quorundam aſſertiones. Et, Modus eligendi diverſus ut Pontificis, ita Imperatoris.

Confirmationi renuntiaverunt Imperatores.

Pontificis juriſdictio univerſalis.

I.

QVia cuncta, quæ poſſidentur ab
hominibus, præter illa, quæ na-
tura contingunt, aut tanquam
ipſis quæſita, aut hæreditate, aut con-
ſione, vel contractu aliquo poſſiden-
. Primo modo, explorata res eſt, Im-
rium ab Alemanis nequaquam poſſi-
i: Etenim neque illud unquam acqui-
erunt, neque totum poſſident Roma-
m Imperium, imo neque præcipuas
perii ſedes, ſed ipſius portionem tan-
mmodo: quam portionem ipſi majori
n retinent jure, quam tot aliæ natio-
s vindicare poſſent, præſertim Turcæ,
orum ratio potior fortaſſe cenſenda
, cum latiuss regnent, Novamque Ro-

mam [id eſt, Conſtantinopolim] ob
neant .

2 Vel juſtius in Pontifice reſidet Im
perium: cum urbi Romæ dominetur. A
tero modo Imperium nunquam ap
ipſorum majores conſtitit, niſi forte
Gallorum ſtatuant ſucceſſores eſſe :
nihilominus in eodem Imperio validi
ra jura, quam ipſi Galli habeant, adſtru
re ſibi nequeunt, imo multo invalidi
ra, quia Gallia & Germania olim Fra
corum fuit, & altera dicta eſt orienta
Francia, altera occidentalis, & hæc n
men ſervavit, hæc vero in totum n
retinet. Quod ſi præter Francos, Goth
in medium adduxerint, aliaſque gent
quæ Italiam, multaſque provincias inu
daverunt: primo reſpondetur, hos p
pulos à Germanis longe alios fuiſſe, dei
de ipſis nunquam titulum Imperii attr
butum, deniq; omnia, quæcunque arm
ſibi ſubjugaverunt, ab iis amiſſa fuiſſe, v
cum populis provinciarum eoſdem f
ctos, & in unum corpus redactos fuiſſ
quod ſi ii jus aliquod ſibi arrogaverint, i
certe poſterorum potius eſſe cenſendu
eſt, quam majorum ſuorum, qui in Go
thia remanſerunt.

3 Tertio modo nullum jus aut or
ginem oſtendere queunt, præter jus &
originem, quæ à Pontificibus derivatu

ſicqu

que recentium Imperatorum confir-
atio ad Papam ſpectabit: & antequam
ſe Imperatores confirmet, atque coro-
t, profecto nequeunt decentius Impe-
tores nuncupari, quam electus à Capi-
lo alicujus Eccleſiæ revera Paſtor illius
antequam à Pontifice confirmetur:
c tamen diſtinctione, quod Papa ex ſe
ſo confirmat, per alios eligit.

4 Ideo errant graviſſime ii, qui præ-
ns Imperium ab antiquo Romano mi-
me diſcriminant. Hoc enim à Roma-
s Pontificibus nullum ſumpſit initium,
d tantum ab illo Pontifex, velut caput
cleſiæ, & Chriſti Vicarius in venera-
one habebatur. Similiter in errore ver-
ntur, qui hoc Imperium ab eo, quod
buerunt Caroli Magni ſucceſſores,
n diſtinguunt: Etenim hoc in Otho-
Primo auſpiciis Ioannis XII, vel XIII,
epit, poſtquam per multos annos
cidentale Imperium ceſſaviſſet. Ne-
e ſatis eſt illud afferre, ante Otho-
m electionis jus in Germania fuiſſe:
m electio illa Regum Germaniæ erat,
llo adjuncto titulo ſive prætextu Im-
ii: qualis modo habetur in regno Po-
niæ, & ad noſtra uſque tempora in re-
o Bohemiæ, & ad patrum noſtrorum
atem in regno Hungariæ perduravit:
o toto eo tempore, quo ritus eli-

gendi in Germania obſervabatur, in
gno Galliæ, in quo poſteri Caroli Mag
continuo regnavere, titulus Imper
nunquam uſurpatus eſt, ceſſavitque p
nitus hæc dignitas in toto Occidente
que ad Othonem: qui à Pontifice Imp
rator creatus fuit, eique ſucceſſor de
gnatus Otho Secundus ipſius filius: p
cujus mortem cum Germani Germ
num Imperatorem exoptarent, Itali v
ro Italum, Papa illorum temporu
qui fuit Benedictus VII, Tertium Oth
nem approbavit: cujus quanquam t
multuaria fuiſſet electio, tamen à volu
tate Pontificis vires, atque vigorem ſu
cepit: hic fuit Otho ille, qui Gregorii
Saxonis intuitu, Germanis primum e
gendi Imperatoris authoritatem impe
titus eſt.

5 Quamobrem niſi Pontificis ha
donatio atque conceſſio allegetur, no
video, cur electus à Germanis Imperat
ſit magis Imperator, quam quilibet ali
Chriſtianus Princeps. Et nihilominus e
uſque provehitur odium, atque maligr
tas nonnullorum recentium Theologo
rum Germaniæ, ut, quo ſedis Apoſto
licæ authoritatem evellant, conentu
illius provinciæ jura funditus deſtruer
primo aſſerentes rerum temporaliu
curam ad Papam non pertinere: deind

a

d ipſum non pertinuiſſe, transferre Im-
erium: demum, Imperium potius Pon-
ificatui præeſſe debere. Quibus reſpon-
eri poteſt: Primum à Deo ſacerdotibus
opuli ſui gubernationem ac domina-
um delegatum fuiſſe, cumque multis
oſt annis Regem petiiſſet, ore Samue-
s juſſit illum præmoneri de omnibus
commodis quæ paſſurus eſſet. Quoad
teram exceptionem, reſpondetur: Au-
oritatem Imperatorum olim fuiſſe tri-
itam ipſis à populo, pariterque juſtis de
uſis populo ereptam. A quo cum tem-
ore Leonis Iconomachi Occidens con-
ſſus fuiſſet, Gregorius III tanquam pa-
r & protector Chriſtianorum, rogatus
ſtitit: ſed tunc dilata re, Adrianus I
Leo III neceſſitate adducti Carolum
agnum ad hoc Imperium evexere. Ve-
m quoad tertiam aſſertionem, Impe-
m habere jus in Papatum, ut cæteras
iones omittam, quicunque hoc aſſe-
, negat factum ipſum, moremque quo
die Chriſtiana Reſpublica guberna-
.

6 Quod ſi quis Pontifices confirma-
i ab Imperatoribus legens, aliter judi-
, longe fallitur, quia Imperiorum di-
ſitatem non diſtinguit: cui auctorita-
onfirmandi Pontifices Ludovicus et-
 renuntiavit, cognoſcens, id muneris

ad laicos non pertinere: qua de re Decr
tum habemus Adriani III, quod deind
Leone VIII revocatum fuit ob inſole
tiam populi: ac proinde brevi quoda
tempore Imperatores eandem conf
mationis auctoritatem obtinuere: na
prætermiſſo, quod ſub Leone IX obſ
vata non fuerit, hujus rei memoria nu
amplius poſt Gregorium VII ad hæc
que tempora viguit; quandoquid
ceſſaverat cauſſa & neceſſitas, prop
quam ipſa Eccleſia ſponte ad hoc rem
dium confugiebat, poſtquam popul
repta fuerat Pontificem eligendi fac
tas ſub Innocentio II.

7 Quod multo magis effectum
ſub Alexandro III. donec ad Cardina
opera Innocentii III integra eligendi
cultas redacta eſt, ſub quo in Conci
Lateranenſi, determinatum fuit à
ptuaginta Archiepiſcopis coram Leg
omnium principum Chriſtianorum
Sanctam hanc Sedem iuriſdicti
nem obtinere in omni loco, & ſu
omnes auctoritatem habere, ac p
teſtatem cognoſcendi cauſas Pri
cipum, eoſque regnis ſuis ex ca
privandi, atque in ea inducend

DE CONSTANTINI DONATIONE.

Albericus de Roſate IC. ſuper L. 2. Cod. De quadrien. præſcript.

ET quod pro hac parte multum facit factus Conſtantini, qui Silveſtro gladium tradidit, & inſignia regalia: aliquid de ipſa Donatione agamus. Ipſe enim Conſtantinus, ſecundum aliquos, Imperii prodigus prædicta & quamplurima alia donavit Silveſtro, & ſucceſſoribus ſuis: de quibus ſerioſe & plene habetur in [Gratiani] Decretis, XCVI Diſtinct. *Conſtantinus*, & capp. ſeqq. Licet quidam habeant totum pro uno capitulo, quidam pro diverſis. Et tangitur in textu & gloſſ. *De Electio.* C. *fundamenta*, lib. VI. Eo enim tempore omnes Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ eidem & Imperio ſuberant, ut d.c. *Conſtantinus* probatur. Eundem etiam corona propria coronavit, & (ut ibi patet) fere omnem Imperialem poteſtatem conceſſit: & multas civitates & provincias donavit: etiam Imperiale palatium, & civitatem Romanam, ut notatur etiam ff. De offic. Præf. Vrb. l. 1. §. *Cum urbem*. Quod (ſicut puto) factum fuit inſtinctu & voluntate divina. Licet audiverim à magnis viris, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

quod tunc vox fuerit audita de cœlo, di-
cens: *Hodie ſeminatum eſt venenum aſpi-
dum in Eccleſia Dei.* Et dicunt hoc repe-
riri in antiquis authenticis ſcripturis. E
ita etiam narrat Magiſter Iohannes Pari-
ſienſis libro De poteſtate Papali & Impe-
riali, cap. XXI. ubi de iſta Donatione ſat
diffuſe tractatur. Audivi etiam à fide di-
gnis, quod tempore Bonifacii VIII, qui-
dam Cardinalis de Ordine Ciſtercien-
ſium, homo maximæ reputationis &
ſcientiæ, quadam feſtivitate dum ſermo-
cinaretur, in concluſione dixit: *Quod per
eoſdem gradus & paſſus, per quos Eccle-
ſia aſcenderat in temporalibus, deſcende-
ret uſque ad extremam paupertatem Sil-
veſtri:* & quod ad hoc adduxit validas
rationes & auctoritates divinæ Scriptu-
ræ. Videamus ergo, utrum dicta Dona-
tio fieri potuit per Conſtantinum, in præ-
judicium Imperii, & ſucceſſorum, &c.

*Pleniſsimam formam ipſius Donationis
originalem (ut loquitur) repræſentavit
idem Albericus ad Tit. Cod. De offic. Præf.
Vrb. Vide & Martinum Polonum, ſub Sil-
veſtro.*

FRAN-

RANCISCVS GVIC-
CIARDINVS

iſtoriarum lib IV, *celebri loco, qui in vulgatis editionibus expunctus, & nuper reſtitutus eſt, ſic inter alia habet.*

Ama quoque eſt, Conſtantinum O-
rientis provinciarum motibus Imperii
dem Byzantium, poſt de ſuo nomine
onſtantinopolim appellatam, transfer-
e compulſum, [Silveſtro I] Pontifici Ro-
anæ Vrbis aliarumque & urbium &
egionum in Italia imperium donaſſe.
uæ fama quamvis à ſequentibus Pon-
ificibus diligenter fuerit enutrita & ſuſ-
entata, eorumque auctoritate à multis
redita, eſt nihilominus cum ab ſcripto-
ibus graviſſimis [Laurentio inprimis
Valla, & aliis] tum vero rebus ipſis refu-
ata. Illud autem certo conſtat, & tunc
c longo poſt tempore, urbem Romam,
taliamque omnem tanquam Imperio
Cæſarum obnoxiam, ab Imperatorum
niniſtris ac præfectis fuiſſe gubernatam.
Nec deſunt, qui, quidquid de Conſtanti-
io & Silveſtro dicitur, (uſque adeo ſæpe
profundis in tenebris res vetuſtæ demer-
æ latent) redarguant, oſtendantque eos
onge diverſis temporibus extitiſſe: ne-
no tamen negat, Imperii Conſtantino-

polim tranſlatione ad Pontificum po-
tentiam viam eſſe patefactam, ex eaque
originem habuiſſe. Nam indies magis &
magis Imperatorum auctoritate, tum ex
illorum continua abſentia, tum quod
graviſſimis in Oriente bellis diſtineren-
tur, in Italia debilitata, populus Roma-
nus ab Imperatorum obedientia paula-
tim deſciſcens, atque ob eam rem tanto
magis Pontifices præſentes reſpiciens,
eis cœpit non obedientiam quidem, ſed
voluntarium quoddam obſequium ex-
hibere.&c.

MIRACVLIS PENE SIMILIA *ſunt, quæ*

De donariis Templorum à Conſtanti-
no Imp. collatis, ſcribit Platina
in Silveſtro I. Vide.

OFFICIALES ET MINISTRI PONTIFICIS.

INnumeri ſunt & multi, & ſuperat illius
Aula magnificentia omnes Chriſtiano-
rum Principum: & tanta eſt ejus obſer-
vantia, ut ne Cardinalis quidem, qui
dignitate Regibus comparantur, urbe
exeat, niſi petita & impetrata licentia.
Cardinalium in urbe ſemper ad mini-
mum XL, ſi non L ſunt: interdum LXX,
plus

plus minuſve, juxta Pontificis arbitrium, & creationem. Archiepiſcopi ad hoc plurimi, & Epiſcoporum magnus numerus. In familia Pontificis:

Auditores Rotæ	XII.
Clerici Cameræ	VII
Theſaurarius	I.
Auditor Cameræ	I.
Regens Cancellariæ	I.
Protonotarii Apoſtolici	VII.
Subdiaconi	VI.
Acolythi	VIII.
Secretarii Apoſtolici	VIII.
Corrector Cancellariæ	I.
Summiſta	I.
De Conſuetis	I.
Abbreviatores majores	XII.
Abbreviatores minores	VI.
Cuſtos Cancellariæ	I.
Secretarius ſchedularum	I.
Oſtiarius Cancellariæ	I.
Scriptores Apoſtolici	CI.
Cubicularii Apoſtolici	LX.
Scutiferi vel Dapiferi Apoſtolici	CXL.
Milites S. Petri	CCCC.
Milites S. Pauli	CC.
Scriptores Brevium	LXXXI.
Procuratores pœnitentiariæ	XXIV.
Scriptores pœnitentiariæ	XXVIII.
Collectores plumbi	CIV.
Correctores pœnitentiariæ	II.

Sol-

Sollicitatores de Ianizaris	C.
Correctores Archivii	X.
Scriptores Archivii	X.
Magiſtri plumbi	III.
Secretarii bullarum ſalariatarum	VIII.
Regiſtratores bullarum earundem	IV.
Magiſtri regiſtratarum bullarum	IV.
Auditores Contradictarum	XIV.
Magiſtri Supplicationum	VI.
Notarii Cameræ Apoſtolicæ	IX.
Scriptores regiſtri Supplicationum	XX.
Notarii Auditores Cameræ	X.
Notarii Rotæ	XLVIII.
Notarii Vicarii Papæ	IV.
Notarii Gubernatoris civilis	II.
Notarius Maleficiorum	I.
Notarius Cancellariæ	I.
Præſidentes Ripæ	CXLI.
Portionarii	DCXII.
Curſores	XIX.
Servitores: Armorum	XXIV.
Virgæ rubeæ	XVI.
Catenæ ſacri palatii	LXII.
Portæ ferreæ	XXVI.
Equites levis armaturæ	C, vel CC.
Bombardarii milites vel ſclopetarii	CCC.

Helvetii, cuſtodes portarum Palatii Pontificii, & quotidianas excubias agentes CC.
Interdum etiam CCC.

VI. MI-

VI.

MIRABILIA VRBIS ROMÆ.

De ambitu Vrbis.

MVrus Vrbis Romæ habet trecentas ſexaginta & unam turres. Propugnacula ſex millia & nonaginta, & XXII millia Porticularia. In circuitu vero ſunt XXII, exceptis Trans-Tiberim, & urbe Leonina, & Porticu S.Petri : ubi ſunt XX milliaria.

De Portis infra Vrbem.

Portæ inclytæ ſunt hæ :

Porta Capena, quæ dicitur S.Pauli.

Porta Appia, quæ ducit ad *Domine quo vadis.*

Porta Latina, ubi S.Ioannes fuit miſſus in oleo.

Porta Metioni ubi rivulus influit Vrbem.

Porta Aſinaria, in Laterano.

Porta Lavicana, quæ major eſt, juxta S.Crucem in Ieruſalem.

Porta Taurina, vel Tiburtina, quæ S.Laurentii dicitur.

Porta Numentana, quæ vadit ad S. Agnetem virginem.

Porta Salaria, quæ vadit verſus S. Sabinam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Porta Pinciana, quæ eſt circa eccleſiam S.Felicis.
Porta Flaminia, quæ eſt circa eccleſiam S.Mariæ de populo.
Porta Collina, quæ eſt contra templum Adriani ſupra pontem.

De Portis trans Tiberim.

Portæ trans Tiberim ſunt tres:
Porta Septimiana, ubi videlicet laudes factæ fuerunt Octaviano Imperatori.
Porta Aurea (*imo* Aurelia) ſcilicet S.Pancratii.
Porta Portuenſis.
In Porticu S.Petri ſunt duæ portæ: ſcilicet,
Porta Caſtelli S.Angeli, &
Porta Viridaria.

De Montibus infra Vrbem.

Mons Ianiculus, ubi eſt S.Petrus.
Mons Taurinus, qui dicitur Ianitarius.
Mons Aventinus, ubi eſt eccleſia S.Sabinæ.
Mons Quirinalis, quia ibi ſtabant Quirites, ubi eſt eccleſia S.Stephani, quæ dicitur In Cœlio monte.
Mons Tarpeius, vel Capitolinus, ubi eſt Palatium ſenatorum.
Mons Palatinus, ubi eſt Palatium majus.
Mons Eſquilinus ſuper alios montes di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

citur,ubi eſt baſilica S.Mariæ majoris.
Mons Viminalis, ubi eſt eccleſia S.Agathę: ubi Virgilius captus fuit à Romanis; qui viſibiliter exiens à carcere, perrexit Neapolim. [*Nugæ.*]

De Pontibus Vrbis.

Pontes Vrbis Romæ ſunt iſti:
Pons Adriani, vel Iudæorum.
Pons Fabiani,juxta prędfatum pontem.
Pons Gratiani.
Pons Senatorum.[*al.* Senatorius.]
Pons Theodoſii, &
Pons Valentini [*f.* Valentiniani.]

De Palatiis.

Palatia Imperatorum ſunt hæc:
Palatium Senatuum, juxta S.Sixtum.
Palatium Claudii, inter Coliſeum & S. Petrum ad vincula.
Palatium Conſtantini, in Laterano.
Palatium Romuli, inter S.Mariam novam & Coſmam: ubi ſex *Ædes Pietatis & Concordię.ubi poſuit Romulus ſuam ſtatuam, dicens: *Hæc ſtatua non cadet, donec Virgo pariet*.Et ſtatim, cum B.Maria virgo peperit,ſtatua corruit.
Palatium Trajani, ubi eſt Columna x x paſſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Palatium Silveſtri.
Palatium Antonii ,(*l.* Antonini) ubi e[illegible] alia Columna XXXIII paſſuum.
PalatiumNeronis,ubi eſt anguleaS.Petr[illegible]
Palatium Octaviani , ad S. Laurentiu[illegible] in Lucina.

De Arcubus triumphalibus.

Arcus triumphales ſunt hi : qui fie[illegible] bant alicui Imperatori redeunti; ſub qui[illegible] bus cum honore ducebatur à Senatori[illegible] bus,& ejus victoria ad memoriam eo[illegible] rum in arcu ſculpebatur.

Arcus Theodoſii , Valentini (*l.* Valenti- niani)& Gratiani Imppp.ad S.Vitum[illegible]
Arcus Conſtantini Imperatoris juxta Coliſeum.
Arcus ſeptem lucernarum Titi & Veſpa- ſiani.ubi eſt candelabrum Moyſi cum arca, habens ſeptem brachia , in pede turris calculatoriæ.
Arcus Iulii , & Senatoris , ad S.Mariam novam.
Arcus Octaviani Imp. ad S. Laurentium in Lucina.
Arcus Antonii (*l.* Antonini) ad Colum- nam.

De aliis Arcubus.

Alii ſunt Arcus non triumphales , ſed memoriales. Vt eſt , Arcus Pietatis ante

S.Ma-

Mariam rotundam: ubi accidit quæ-
am hiſtoria de paupere muliere, cujus
ius occiſus erat à vicinæ ſuæ filio: quæ
tiit jus ſibi fieri ab Imperatore Traja-
, parato ire ad exercitum: qui ſe jus
xit facturum in reditu: quæ reſpondit,
rſan Domine non redibis: qui ſtatim
it ibi conſiſtorium, & fecit ei ſecun-
m quæ petierat, judicavitque juvenem
micidam moriturum: quem mulier
tiit ſibi reddi pro recompenſatione ſui
i mortui. Quod ita factum eſt: & mu-
r fatebatur ſe plenum jus recepiſſe: &
ata ab Imperatore receſſit. [*Nugæ*]

De Thermis.

Thermæ dicuntur palatia magna, ha-
ntia maximas cryptas ſubterraneas,
quibus tempore hyemali fiebat ignis
ximus; æſtivo autem tempore reple-
ntur aquis, ut curia in ſuperioribus
mmorans magis delectaretur: quod in
rmis Diocletiani & Maximiani adhuc
eri poteſt.

ermæ Limpiadis (*l.* Olympiadis) apud
S. Laurentium in Paliſperna.

ermæ Domitianæ Tiberinæ ſunt re-
tro ad Mariam rotundam.

ermæ Alexandrinæ, ubi eſt Hoſpitale
de thermis.

De Theatris.

Theatra ſunt iſta:

Theatrum Titi & Veſpaſiani, ad Cat cumbas.

Theatrum Tarquinii Imperatoris ad S ptiſolium.

Theatrum Pompeii, ad S. Laurentium Damaſo: & eſt ibi

Theatrum Flaminium[*imo*, Circus Fl minius.]

De angulea S. Petri. [*Nugæ.*]

Ibi eſt memoria Cæſaris; ubi ſplen dus cinis in ſuo ſarcofagio, id eſt ma erco, requieſcit: ut ſicut eo vivente t tus mundus ei ſubjectus erat, ſic ip mortuo omnia corpora mortuorum ſ ſubjacerent. Vbi in giro mali ſcriptu eſt:

Cæſar tantus erat, quo nullus major
orbe.
Ille ſed in modico nunc tantus claus
tur antro.

Intra ſcriptum:

——ſtat Cæſaris alta column
Regia ſtructura, quanta non extat
aula.
Si lapis eſt unus, dic, qua fuit arte lev
tus?
Et ſi ſint plures: dic, ubi congeries

De Cœmiteriis.

Cœmiterium Calepodii, ad S. Pancratium.
Cœmiterium S. Agathę.
Cœmiterium S. Viti, ad Portam Collinam.
S. Felicis, Calixti, ad Catecumbas.
Cœmiterium Concordiani, (*imo* Gordiani) foris portam Latinam.
S. Agnetis, & alia quamplura cœmiteria: quę in multis locis deſcendebantur per tria milliaria; ubi Sancti abſcondebantur.

Loca, ubi Sancti paſsi ſunt.

Foris portam Appiam fuit decollatus S. Sixtus, prope *Domine quo vadis.* ubi fuit templum Martis.
Ante S. Nereum, intus cavati.
Ad S. Georgium, domus Lucinę: & eſt ibi Velum aureum.
Aqua Salvia ad S. Anaſtaſium, ubi decollatus fuit S. Paulus.
Hortus Lucinę, ubi eſt Eccleſia S. Pauli: & eſt ibi prope amphibiatum, [amphitheatrum *ſcripſit auctor, ſed* hippodromum *ſive* circum *habet Ado in Martyrolog.* XIII. *Kal. Febr.*] ubi eſt corda, (*imo* cloaca) in quam jactatum

fuit corpus S. Sebaſtiani; qui revel-
vit corpus ſuum Lucinæ, dicens: Ir
venies corpus meum pendens in vic
(*l.* unco) per pedes juxta ſtratam qu
dicitur via Cornelii juxta Girolum
[*an* Girlum? *Sed vide Adonem d.l.*]

Arcus Romanorum, ubi B.Silveſter &
Conſtantinus obligaverunt ſe abindc
ubi fuit domus Telluris.

Ante Martem.

Thermæ Lampiadis, (*l.* Olympiadis,) ub
fuit aſſatus S.Laurentius in Paliſperna

Palatium Tiburtinum, (Pal.Tiberii, *Ac*
in Martyrolog. IV *Idus Aug.*) ub
Decius & Valerianus receſſerunt a
Laurentio mortuo.

Arcus flammeus, [*l.* Flaminius.]

Ad pontem Iudçorum, trans Tiberim.

Infra palatium Neronis, & templum A
pollinis, quod dicitur S.Petronellæ

Ante eccleſiam S.Petri fuit Vaticanum
ubi vates, id eſt ſacerdotes, caneban
ſua officia.

Ante templum Apollinis fuit caſtrum
Neronis, ubi nunc eſt eccleſia S.An
dreæ.

In faſtigio Pantheonis, id eſt, Mariæ ro
tundæ, fuit Pinea ærea deaurata, qua
nunc eſt ante eccleſiam S. Petri; qua
cooperta erat tabulis æreis deauratis
ita quod à longe videbatur quaſi
mon

mons aureus, cujus pulchritudo adhuc in parte apparet.

De Templis.

Ante palatium Alexandri fuit templum Æneæ & Pompeii, miræ pulchritudinis. Monumentum vero Pompeii, quod dicitur, marmoreum, decenter ornatum, fuit oraculum Apollinis. Et eccleſia S. Viti fuit ſecretarium Neronis. In palatio Antonii (*an* Antonini?) eſt templum divi Adriani. In campo Martis fuit templum Martis: in quo eligebantur Conſules IV Kal. Iulii, & morabantur uſque ad Kal. Ian. In hoc templo ponebant Romani roſtra navium, ut eſſent ſpecula omnium gentium. Iuxta Pantheon erat templum Minervæ. Apud Cyriacum erat templum Veſtæ. In Calcari eſt templum Veneris. Monaſterium Roſæ fuit caſtellum Iunonis.

De Capitolio.

Capitolium dicitur eo, quod erat caput totius mundi: in quo Conſules & Senatores morabantur ad conſulendum Vrbi: cujus facies cooperta erat muris altis & aureis, vitro & auro undique coopertum.

Infra Capitolium fuit palatium pro magna parte aureum, lapidibus pretioſis

exornatum; quod dicebatur valere tertiam partem mundi: in quo tot ſtatuæ erant imaginum, quot ſunt mundi provinciæ. Et habebat quælibet imago tintinabulum in collo per artem Mathematicam diſpoſitum: ut quando aliqua regio populo Romano rebellis efficeretur, ſtatim hujus provinciæ imago vertebat dorſum imagini Vrbis Romæ; quæ major erat ſuper alias, tanquam Domina; & tintinabulum, quod habebat in collo, ſonabat. Tunc cuſtodes Capitolii dicebant id Senatui: ſtatimque mittebat legiones militum ad expugnandum provinciam. [*Nugæ, & quidem nugaciſſimæ.*]

Erant in Capitolio plura templa. Super Arcum erat templum Cæſaris, & Veſtæ; ubi Senatores ponebant Iulium Cæſarem in cathedram VI Martii. Et ex parte Capitolii erat templum Iunonis. Iuxta forum publicum erat templum Herculis in Tarpeio, & Achillis; ubi interfectus eſt Iulius Cæſar à Senatu, in loco ubi eſt Eccleſia Ara-cæli. Et fuerunt palatia ſimul juncta: palatium Phœbi & Carmentis: ubi Octavianus vidit viſionem ſuam in cælo. Iuxta Caneparium eſt templum Iani, qui erat Capitolii cuſtos.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

De equis marmoreis, [*in Quirinali.*]

Equi & homines nudi, (*ipſi ductores ſunt*) ſignificant quod tempore Imperatoris Tiberii fuerunt duo philoſophi, juvenes ſcilicet, Praxitelis & Pitias (*imo* Phidias & Praxiteles:) qui dixerunt ſe eſſe tantæ ſapientiæ, ut quicquid Imperator his abſentibus in camera ſua diceret, ipſi referrent de verbo ad verbum. Quod fecerunt, ut dixerunt: & inde pecuniam non petierunt, ſed memoriam ſempiternam. Itaque Philoſophi haberent duos equos marmoreos calcantes terram: quod ſignificat Principes hujus ſęculi. Quia nudi ſunt circa equos, ſignificat, quod altis extenſis brachiis, & replicatis digitis narrabant quę futura erant: ut ſicut nudi ſunt, ita ſcientia hujus mundi in eorum mentibus nuda & aperta eſt. [*Nugæ. Vt & ridiculum prorſus, quod ſequitur: cum ſtatuam æneam equeſtrem M. Antonini Pii Imperatoris in area Capitolina hodieque viſendam, neſcio quem liberatorem Vrbis fingit. Apage, apage.*]

De ruſtico ſedente ſuper equum [*nugæ nugaciſſimæ.*]

Ad Lateranum eſt equus æreus & deauratus, qui dicitur Caballus Conſtanti-

ni. Sed non eſt ſic: nam qui volunt ſci
verum, hoc perlegant. Tempore Con
ſulum & Senatorum quidam Rex poten
tiſſimus ex Orientis partibus Roman
venit, multa ſtrage Romanum populum
affligens. Tunc quidam ruſticus, armi
ger magnæ fortitudinis, virtutis, & pru
dentię, dixit Conſulibus & Senatoribus
Numquid, ſi eſſet aliquis liberans vos de
tribulatione iſta, quid à Senatu recipere
mereretur? Reſponderunt: Quidquid
peteret, obtineret. Qui ait illis: Date
mihi xxx talenta auri, & inſuper me-
moriam fieri ſempiternam: itaque equũ
ęreum, & ſtaturam meam deſuper, fa-
cietis: & ab illis vos in brevi liberabo.
Qui dixerunt, ſe omnia facturos. Ille
vero ait: Media nocte ſurgetis, & om-
nes eſtote armati bene, & ſtetis infra
muros in ſpelunca: & quidquid vobis di-
xero, facietis. Et reſponderunt: Faciemus.
Ruſticus vero aſcendit equum ſuum ma-
ximum ſine ſella, tollenſque falcem, exi-
vit foras tanquam vellet colligere her-
bas: viditque Regem venientem ad ar-
borem pro neceſſariis ſuis. Super quam
arborem cucumagia ſedebat, dulciter-
que canebat. Ruſticus hoc audiens, acceſ-
ſit propius. Socii Regis, putantes ruſti-
cum de ſuis eſſe, clamare ſic cœperunt:
Ruſtice, ne tangas Regem; quia ſi tetige-
ris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

ris, ſuſpenderis. Ruſticus vero, ſpretis eorum minis, per fortitudinem Regem parvæ ſtaturæ cito arripuit, & eum ſublevans poſuit coram ſe ſuper equum, & fugit ad Vrbem velociter, clamans voce magna ad homines Vrbis in cavernis latitantes: *Exite foras, interficite exercitum Regis, quoniam ipſum coram me nunc teneo captum* Qui exeuntes ad vocem ejus, multos occiderunt: & alii in fugam verſi ſunt. Romani habito triumpho, ſolverunt ei aurum quod petierat: & fecerunt memoriam ejus,& in pręſentatione ſtaturæ ſuæ. nam poſuerunt coram palatio Lateranenſi unum equum æreum & deauratum, & ſtaturam ipſius deſuper ſedentem deauratam, extenſa manu dextra, cum qua Regem ceperat: & ſuper caput equi quandam cucumariam poſuerunt; ad cujus cantum victoriam habuerunt: ipſám ſtaturam Regis, quæ parva erat, retro ligatam manibus ſub dicto equo collocarunt.

De Coliſeo. [*Nugæ.*]

Coliſeum fuit templum Solis miræ magnitudinis & pulchritudinis, diverſis cavernis adaptatum: & coopertum erat cælo æreo & deaurato, ubi tonitrua, fulgura, & coruſcationes fiebant,& pluviæ mittebantur per fiſtulas plumbeas.

Et erant ibi ſigna ſupercæleſtia, & Planetæ cum Sole & Luna quadrigis vehi videbantur. In medio ſedebat dominus Phœbus deus Solis, qui pedes ad dextram vertebat, & caput ejus cælum tangebat: qui palmam in manu ſua tenebat, deſignans quod Roma totum mundum regebat. Poſt vero multum temporis ſpatium B. Silveſter juſſit templum deſtrui, & alia etiam quamplura: ne peregrini venirent Romam propter ædificia antiqua,& Deorum famam; & non propter eccleſias Sanctorum tranſirent multimoda devotione. Caput vero & manus prædicti idoli cum pomo ad palatiũ inLaterano fecit poni in memoriam: quæ palma & caput Sampſonis falſo vocantur à vulgo. Palatium præfatum erat templum Turbi, per quod intrabant: & præfata ſimulatio in querimonia fundebat tempore Conſultuum & Senatorum orationes.

De S. Maria rotunda, & Pantheone M. Agrippæ. [*Nugæ.*]

Agrippa præfatus ſubjugavitRomano Senatui Sclavos & Saxones. Occidere fecit & juſſit IV legiones.In ejus revocatione tintinabulum ſtatuæ præſidis, quæ erat in templo Iovis & Minervę, ſonabat: quia ſtatua uniuſcujuſque Regni totius

tius Orbis in templo illo erat poſita cum tintinabulo ad collum: quando ſonabat, Regnum id cognoſcebatur rebelle. Hujus autem ſtatuæ pręſidis tintinabulum audiens ſacerdos, qui erat in ſpelũca in hebdomada illa, nunciabat Sacerdotibus. Senatores autem legationem hanc pręfato Agrippę injunxerunt, ut iret ad Perſas ſubjugandum. Qui omnino renuens, & dicens ſe non poſſe pati tantum laborem: tandem victus, petiit conſilium trium dierum: infra quos quadam nocte ex nimio cogitatu fatigatus obdormivit, & quędam fœmina ei apparuit, quæ ait: Agrippa, quid cogitas? in magno es cogitatu; conſolare, & promitte mihi templum quale oſtendam tibi, & dicam quomodo eris victurus. Qui dixit, Faciam, domina. Illa oſtendit ei in viſione templum rotundum ad modum Pantheon. Ille vero dixit: Domina, quæ es tu? Quæ reſpondit: Ego ſum Cybeles mater Deorum, fac mihi libamina & Neptuno, qui eſt Deus maris, ad honorem meum, quia tecum erimus, & vinces omnes rebelles. Agrippa vero ſurgens recitavit hæc Senatui, & civitates acquieverunt verbis ſuis. Igitur cum magno apparatu navium & v legionibus militum venit ad Perſas & debellavit, & poſuit ſub tributo Senatui Romano annuatim. Et rediens

Romam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Romam, fecit templum fieri quod promiſerat, & dedicavit ad honorem Cybelis matris Deorum,& impoſuit huic nomen Pantheon, & fecit ſtaturam Cybelis deauratam, quam poſuit in faſtigio Pantheon ſuper foramen, & cooperuit eam mirifico tegumento æreo & deaurato.

B.vero Bonifacius Papa poſt multum temporis videns id templum tam egregie dedicatum ad honorem Cybelis, antequam Chriſtiani perturbarentur aliquoties à dæmonibus, acceſſit ad Chriſtianum Imperatorem (*Phocam*) rogans eum hoc templum ſibi tradi. Quod Imperator conceſſit eidem libenter. Papa vero cum populo Rom. 1 Kal.Novemb. dedicavit idem, & ſtatuit ex illo die Romanus Pontifex cum Populo Romano, ibi convenirent, & populus communicaret ſicut in die Nativitatis Domini: & eodem die per univerſum orbem B.V. Mariæ & omnium SS.celebraretur.

De Octaviano Imperatore & eccleſia S.Mariæ Ara-cœli.

Poſt vero multum temporis, Senatores videntes Octavianum tantæ pulchritudinis & proſperitatis, & quod totum (*orbem*) tributarium fecerat, dixerunt: Volumus te adorare, quia divinitas in te eſt,

te eſt; ſi hoc non eſſet, non emergerentur tibi proſpera. Qui renuens, inducias poſtulavit: & ad ſe Sibyllam Tiburtinam vocari fecit, cui quod Senatores dixerunt, recitavit, & quod ſpatium trium dierum petiit ut ſibi conſuleret: in quibus artum jejunium operata eſt. Poſt tres dies reſpondit Imperatori: Sit judici ſignum, tellus ſudore madeſcit, de cœlo Rex venit per ſecula futurus illico. Poſtquam dixiſſet hoc, cœlum apertum eſt, & ſplendor maximus irruit ſuper eum, viditque in cœlo virginem pulcherrimam, & puerum in brachiis, tenentem ſuper altare Dei, quod miraretur valde. Audivit vocem dicentem: HAEC ARA EST FILII DEI. Qui ſtatim procidit in terram, & adoravit Chriſtum venturum. Quod recitavit Senatoribus. De quo mirati ſunt valde. Et fuit hæc viſio in camera Imperatoris, ubi nunc eſt eccleſia S. Mariæ in Capitolio: & ideo vocatur S. Maria Ara-cœli. Et eſt eccleſia Fratrum Minorum.

Exemplar, unde hæc Mirabilia typis deſcripta, eſt impreſſum Romæ per Ioannem Beſicken Alemannum, Anno MCCCCCVI.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Deſcriptio eccleſiæ S. Mariæ rotundæ.

Vbi nunc divæ Mariæ rotundæ, & omnium Sanctorum eccleſia, apud gentiles templum Iovis Vltoris fuit. Aliquando Cybeli ſacrum: cujus deæ caput antiqui operis & ſaxi muro templi incluſum adhuc cernitur: à M. Agrippa Pantheum, quaſi τῶν πάντων θεῶν, dictum: Marti tandem ac Veneri, qui auctores Vrbis & populi Romani habiti ſunt, conſecratum. Ado Viennenſis Archiepiſcopus in veteri Martyrologio Romano, Kalendis Novembris, Pantheon vetus fanum, à Domitiano prius factum ſcribit. Hoc Bonifacius III Pontifex à Phoca Imperatore acceptum B. Mariæ & omnibus Sanctis dicavit. fuitque primum dictum, *Virgo ad Martyres*: ſicuti nunc à circulari forma, *S. Maria rotunda.* Altum eſt pedes CXLIV, totidem latum. Contignationes æneis trabibus canalium modo compactæ, pedum XL, ut teſtatur Baptiſta Léo. Valvæ ingentes, item trabes ex ære Corinthio, & inauratæ. Lithoſtrotum varii marmoris. Aræ duæ marmoreæ, ſex marmoratæ. Interſtitia ſex columnarum ſpatio diſtantia. Parietes olim marmore incruſtati fuerunt, nunc latericii ſunt. Teſtudo templi laqueata, vacuis circumquaque ſpatiis relictis, ne nimio

mio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

mio pondere premeretur. Caret totum feneſtris, & penitus clauſum, niſi in meditullio convexi foramen rotundum æneis inauratiſque trabibus fultum, quod lumen præbet: eique in pavimento ſubjectum ad imbres excipiendos impluvium. Ad foramen illud XL gradibus plumbeis aſcenditur. Sed priuſquam eo perveniatur, bini ambitus ſunt, ad quorum primum ex imo templi per CL gradus eſt eũdum. In tecto nunc ſunt plumbeæ laminæ, quę olim argenteæ fuerunt, quas Conſtans Imperator Conſtantini Iunioris filius detexit, & in uſum ſuum tranſtulit. Gradus ænei ante templum ſublati, & ſaxeis permutati ſunt. Aſcenſum ad templum fuit per gradus XII. nunc per totidem deſcenditur. Ex quo intelligimus, quam alte ibi ſit ex ruinis ſolum exaggeratum. Inter omnia Vrbis opera, nullum admirabilius, ſive molem, ſive artem, ſive impenſam ſpectes, nullum etiam ex antiquiſſimis integrius ad hæc uſque ſecula perduravit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 33